00079854



Ariſtippus Philoſophus Socraticus, naufragio cum ejectus ad Rhodienſium litus animadvertiſſet Geometrica ſchemata deſcripta, exclamaviſſe ad comites ita dicitur, Bene ſperemus, Hominum enim veſtigia video.

Vitruv. Architect. lib. 6. Præf.

delin. M. Burghers ſculpt. Univ. Oxon.

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 17 May, 2019

ΑΡΧΙΜΗΔΟΥΣ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ

ΜΕΤΑ ΤΩΝ

ΕΥΤΟΚΙΟΥ ΑΣΚΑΛΩΝΙΤΟΥ

ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ.

ARCHIMEDIS

QUÆ SUPERSUNT OMNIA

CUM 79854

EUTOCII ASCALONITÆ COMMENTARIIS.

EX RECENSIONE

JOSEPHI TORELLI, VERONENSIS,

CUM NOVA VERSIONE LATINA.

ACCEDUNT

LECTIONES VARIANTES EX CODD. MEDICEO ET PARISIENSIBUS.



Q. a - 27

OXONII,

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.

MDCCXCII.

0
516
Arc/Arc
79854

00079854

L E C T O R I.

QUID in Archimede recenſendo præſtiterit TORELLUS, qua ratione et modo opus ſuum inſtituerit, ipſius Præfatio luculenter demonſtrat. Eam quidem conſcribebat ille, dum labores ſuos ad finem perducendos, et Editionem ſuam cito in lucem prodituram propiori jam ſpe præcipiebat, quam tamen, morte interveniente, ne prelo quidem commiſit. Interceſſerat illi jam antehac (ex conſilio et hortatu præcipue Philippi Comitis STANHOPE, harum literarum Cultoris ſummi ac Patroni) cum Curatoribus Preli Clarendoniani apud Oxonienſes de hac ipſa re commercium; neque gravata eſt Academia Oxonienſis in patrocinium ſuum recipere quod Euclidi et Apollonio ſuo velut cognationis jure tertium Opus accederet. Rem ea potiſſimum de cauſa abruptam quod TORELLUS nolebat Editionis ſuæ curam e manibus ſuis dimittere poſt mortem ejus renovabat Alberto Albertini ejus Teſtamenti Curator. Cum enim vidit tanti operis edendi ſumptum intra privati hominis facultates non cadere, arbitrabatur ſe non aliter et publicæ utilitati et amici ſui famæ rectius conſulturum eſſe, quam ſi illud, prout ipſi olim TORELLO viſum fuerat, Academiæ Oxonienſis fidei commendaret. Omnem itaque Editionis apparatum quem TORELLUS ſumma cum cura conquiſiverat, et induſtria plane admirabili digeſſerat, ultro Academiæ dono dedit, illud tantum rogans, ut ea in lucem, quamprimum fieri poſſet, proferretur. Figuras etiam Mathematicas huic operi deſtinatas, ſumptibus Academiæ comparandas eſſe procuravit. Quæ itidem negotia omni ope ſua adjuvit V. Cl. JOHANNES STRANGE ex Anglia eo tempore ad Venetos Legatus, qui ut inchoati fuerat olim conſilii particeps, ita ne in irritum evaderet, ſedulo elaboravit. Denique, quod felix fauſtumque ſit, Viri Doctiſſimi eximium opus lubenter excepit Academia Oxonienſis, et ad ejus mentem, non tantum quoad ea quæ Schedæ ejus accuratiſſime deſcripta exhibuerunt, viz. operum Archimedis ſeriem, Textus recenſionem, Verſionem Latinam, et * Lectionum Varietatem, &c. ſed etiam quoad Typos et Editionis formam, omnia componi voluit. In manus itaque, Lector, tibi jam tradimus ipſiſſimam TORELLI Editionem, qualem ipſe, dum in vivis agebat, eam in publicum proferre deſtinaverat.

Acceſſit autem Appendicis loco Auctarium unum atque alterum;

1mo. "Commentarius in aliquas Archimedis Propoſitiones De iis quæ in humido vehuntur."

Illum qui prius extitit Commandini Commentarium TORELLUS certe in ſuæ Editionis cenſum non retulerat. Etenim Commandini hujuſce Tractatûs Editionem præ manibus habens, textum recenſuit et multis in locis emendavit, Commentarium ne uno quidem in loco. Schemata Mathematica quæ textui illuſtrando inſerviant, ligno incidenda procuravit, omiſſis iis quæ Commentarii in uſum requiruntur, numero ſex et viginti; ea inſuper non incidenda eſſe nota qua in hunc finem utebatur in Margine appoſita indicavit; denique ſi in hoc aut illo ſchemate literæ nonnullæ non textus ſed ſolius Commentarii gratia interjectæ fuerint, eas omnes calamo in tranſverſum ducto delevit.

* Vide TORELLI Præfationem, p. xvi.

a Ex

Ex hiſce indiciis ſatis comparet TORELLUM Commandini *Commentarium in ſuam Editionem non recepturum fuiſſe, nimia ut videtur ejus prolixitate commotum. Novum de ſuo nondum excogitaverat. Aliquo autem commentario opus eſſe ſatis liquet, cum pro cognitis ſumantur neceſſe eſt in iſto Archimedis tractatu Parabolæ affectiones nonnullæ, quæ neque per ſe conſtant, neque apud Archimedem aut Apollonium alibi demonſtrantur. In ſupplementum igitur operis* TORELLIANI, *hunc quem in Appendicem retulimus, de ſuo ſuffecit* Abramus Robertſon *A. M. ex Æde Chriſti, cui etiam ab Academia tota hujus Editionis adminiſtrandæ et preli corrigendi cura demandata eſt.*

Sequitur 2do. *Varietas Lectionum ex Codicibus Mediceo et quatuor Pariſienſibus.*

De Mediceo Vir Cl. A. M. Bandinius, *cujus opera in inſtituenda hac Collatione uſi ſumus, hæc habet.*

“ *Eſt Codex meo quidem judicio valde inſignis, ſcriptus nitidiſſime in membrana, in* 4to. *majori,* “ *ſæculo* xiii, *eoque potius ineunte, quam exeunte, ſine ullis accentibus, et cum ſpiritibus valde raris,* “ *iiſque vetuſto more formatis, ut in variantibus ipſis, ubi ipſi inciderunt, videre eſt; charactere* “ *interdum ita complexo, ut unico calami ductu, duæ, vel tres voces ſimul conjungantur, quod in* “ *præpoſitionibus, ut plurimum, uſu venit: ſcribit enim* επιθατερα *pro* επι θατερα; διατου *pro* “ δια του, *&c. Habet præterea nexus quoſdam, quales in aliis Codicibus non ita facile obvii ſiant,* “ *videlicet* ⁄. *pro* ἐστὶν, //. *pro* εἰσὶν, ·)· *pro* εἶναι, ω *pro* ἔστω, ω *pro* ἔστωσαν, ∂ *pro* ἔσται, ⁄ *pro* “ τουτέστιν, ἡ *pro* ἴσον, ἀλλ᾿ *pro* ἀλλ᾿ ὃν, ʒ *pro* πρὸς, *&c. Titulos librorum exhibet charactere pæne* “ *quadrato exaratos, et ſchemata accuratiſſime delineata. Denique, quod præcipuum eſt, ex optimo* “ *exemplari defluxiſſe crediderim.*”

Quod Codicum etiam Pariſienſium Variantibus Lectionibus Editionem noſtram locupletavimus, lubenter profitemur non minima ex parte deberi illuſtrium Virorum benevolentiæ Hon^mi^ Georgii Comitis Gower, *et illius qui exteris apud Regem Gallicum negotiis uno vel altero abhinc anno præfectus eſt, Ill^mi^* Comitis de Montmorin. *Nam ut noſter ille Magnæ Britanniæ Regis in Galliam Legatus, nihil antiquius habuit quam ut votis* Academiæ Oxonienſis, *quam et ipſe non ita pridem ornarat, omni ope ſua obſecundaret, ita et alterum, ubi de finibus doctrinæ proferendis agebatur, conſilii ſui adjutorem facillime nactus eſt; qui itaque ad Archimedem illuſtrandum eum Codicum uſum, qui vel commodus eſſet quam maxume, ut erat tunc temporis munus ejus atque auctoritas, humaniſſime ſuppeditari voluit.*

Hi Codices ii ſunt, qui in Bibliothecâ Regiâ numeris 2359, 2360, 2361, 2362 *deſignantur, qui etiam in ejuſdem Catalogo ita recenſentur.*

2359. *Codex chartaceus, olim Mediceus, quo continentur*

- 1mo. *Archimedis de Sphæra et Cylindro libri duo.*
- 2do. *Idem de Circuli Dimenſione.*
- 3^tio^. *Idem de Conoidibus et Sphæroidibus.*
- 4to. *Idem de Lineis Spiralibus.*
- 5to. *Ejuſdem de Planis Æquiponderantibus libri duo.*
- 6to. *Ejuſdem Pſammites, ſeu de numero arenæ.*
- 7mo. *Ejuſdem Quadratura Parabolæ.*
- 8vo. *Eutocius Aſcalonita in Archimedis libros duos de Sphæra.*
- 9no. *Idem in Circuli Dimenſionem.*
- 10mo. *Idem in libros duos de Planis Æquiponderantibus.*

Is Codex duorum librariorum manu diverſa, ſæculo decimo ſexto exaratus videtur. Quædam et a tertio librario ſcripta ſunt.

2630. *Codex*

2360. *Codex chartaceus, olim Mediceus, quo continentur Archimedis, et Eutocii tractatus ſupra memorati.*

Is Codex, e vetere quodam Alberti Pii, Carpenſis, *exemplari quod penes* Georgium Vallam *antea fuerat, deſcriptus fertur. Nec abs re fuerit huc afferre, quæ de eximio illo antiquitatis monumento memoriæ prodidit* Gulielmus Philander *ad Lib.* 9. *Vitruvii cap.* 3. "*Hæc ego,* "*inquit, ſcripſeram, cum beneficio* Rodolphi Pii, Carporum Cardinalis, *facta eſt mihi copia videndi* "*exſcribendique (curante id Mæcenate meo) Archimedis de Sphæra et Cylindro cum enarratione* "*Eutocii volumen, ornamento futurum auguſtiſſimæ illi et inſtructiſſimæ Bibliothecæ, quam tu, toto* "*orbe terrarum maximis ſumptibus conquiſitis omnium diſciplinarum et linguarum libris, Franciſce* "*Regum potentiſſime et Chriſtianiſſime, ad Fontem Bleeium ſive Fontembellum aut Callirrhoen* "*dicere mavis, inſtituiſti: Id volumen Georgii Vallæ fuerat, in quo præter linguæ Doricæ pro-* "*prietatem et omiſſionem ſpirituum atque accentuum, quæ in legendo nonnihil exhibuerunt difficul-* "*tatis, occurrunt ſubinde ſyllabarum et dictionum notæ, quæ ne a Græcis quidem ipſis ſatis agnoſ-* *cuntur.*" *E quibus verbis noſtrum hunc Codicem a* Philandro *exaratum non temere conjicias* *.

2361. *Codex chartaceus, Fonteblandenſis, quo præter Archimedis et Eutocii opera, de quibus ſupra, continetur Heronis liber de menſuris. In fine capita duo, unum de ponderibus, alterum de menſuris, quæ incertum eſt an et ipſa ad librum Heronis pertineant. Præfixus index Græcus, manu*

* *Hujuſce Codicis Epigraphe ſic ſe habet,*

Ταῦτα ἐξεγράφη ἀπὸ τοῦ ἀντιγράφου ἐκείνου παλαιοτάτου ὃ πρότερον κτῆμα ἦν τοῦ Γεωργίου τοῦ βάλλα ὕστερον τοῦ ἐπιφανεστάτου ἄρχοντος Ἀλβέρτου πίου τοῦ καρπαίου ἐγένετο· ὃ μὲν ἀντίγραφον ὡς εἰρήκαμεν παλαιότατον ἦν [illegible] [illegible] ἐν τοῖς [illegible] [illegible] χωρία μάλα [illegible] μηδαμῶς· περὶ δὲ τῆς καταγραφῆς πολλῶν ὄντων καὶ ἄλλων ἁμαρτημάτων ταῦτα ἐν [illegible] τὰ ὑπογεγραμμένα· γωνία δηλαδὴ ἀντὶ γωνίας

χ ἀντὶ τοῦ κ καὶ ἀνάπαλιν π ἀντὶ τοῦ ι καὶ ἀνάπαλιν ζ ἀντὶ τοῦ ξ καὶ ἀνάπαλιν
θ ἀντὶ τοῦ β καὶ ἀνάπαλιν α ἀντὶ τοῦ λ καὶ ἀνάπαλιν

ἐν δὲ ἐν τῷ αὐτῷ ἀντιγράφῳ καὶ τινὰ ἴδια χαρακτηρίσματα [illegible] χάριν τῆς ἐν τῇ γραφῇ [illegible]· τὰ δέ·

[illegible] της.
[illegible] [illegible] οἷον [illegible] [illegible].
[illegible] και· ἄλλως ϛ· και.
ϛ [illegible] οἷον [illegible] [illegible].
[illegible] ἴσαι· [illegible] ἴσος· [illegible] ἴσον καὶ τἆλλα ὡσαύτως· [illegible] ἴσας· [illegible] ἴσοι.
⌒ [illegible] οἷον [illegible] των.
[illegible] [illegible].
/ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] καὶ [illegible] φέρεσθαι.
[illegible] εἶναι· ἢ ὥστε [illegible] εἶναι.
[illegible] [illegible].
[illegible] [illegible] καὶ [illegible] ὡς [illegible] [illegible] καὶ [illegible] [illegible].
[illegible] [illegible] ὡς [illegible] [illegible].
[illegible] [illegible] οἷον [illegible] [illegible].
< [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].
ο [illegible] οἷον [illegible] αὐτος.
υ [illegible] οἷον [illegible] του.
πάντων δὲ πυκνότατα ἐν τάδε.
[illegible] περὶ [illegible] [illegible].
8 οὕτως.
γ† γάρ.
γ‡ γίνεται.
ἄρα.
[illegible] ἴσον καὶ [illegible] [illegible].
σ [illegible] σ· [illegible] καὶ σ. [illegible] [illegible] δὲ [illegible] [illegible] [illegible] εἰ μὴ ἐν [illegible] χάριν διαφορᾶς.

Ex horum ſignorum convenientia cum iis quas in Codice Mediceo obſervavit Bandinius, facilis eſt conjectura utrumque ab eodem exemplari defluxiſſe, cujus rei etiam fidem facit, quod Variæ Lectiones in utroque fere eædem ſunt.

Conſtantini

Conſtantini Palæocappæ; *præfixus item index Latinus, manu Auveri.* — *Ibidem folio verſo deſcripti verſus Claudiani, in Archimedis ſphæram, ibidem et manu quoque eadem, præfatio brevis* Georgii Armeniaci *.

Is Codex manu Chriſtophori Auveri, *ſumptibus vero* Georgii Armeniaci *anno Chriſti* 1544 *exaratus eſt.*

2362. *Codex chartaceus, Fonteblandenſis, quo continentur Archimedis et Eutocii opera, de quibus ſupra.*

Is Codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

* *Ita ſcilicet præfatur Librarius,*

Ne te offendat, ſtudioſe lector, hunc Authorem citra ullam ipſius commendationem aut præfationem aliquam videre: ita prima folii facies in veteri exemplari unde hoc deſcriptum eſt, vetuſtate conſumpta et extrita fuit, ut ne Archimedis quidem nomen agnoſci potuerit: nec tum aliud Romæ reſtabat quo reſtitui hoc πρόσωπον poſſet. Carebat in univerſum et ſpiritus et accentus omni nota; reliquis partibus integrum et abſolutum, niſi quod ἔργον de menſuris poſtremi folii ſecunda pagina itidem ut Archimedis penitus obliterata fuerit. Quo tamen commendatione ejuſmodi Authoris etiam Gallia lætaretur, malui potius quoquo modo ejus tibi copiam meo ſumptu fieri, quam Mathematices amatoribus in hac parte mea culpa videri negligentior.

Ad finem Codicis ſubjicitur Epigraphe quæ ſequitur,


Τέλος ἐπέθηκα τούτῳ τῷ συντάγματι Χριστόφορος ὁ αὐέρος γερμανὸς τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τοῦ χιλιοστοῦ πεντακοσιοστοῦ καὶ τεσσαρακοστοῦ τετάρτου, δαπανήματι τοῦ αἰδεσιμωτάτου τῶν ῥοδίζων ἐπισκόπου γεωργίου ἀρμανιακοῦ τότε πρὸς παῦλον τὸν τρίτον τῆς ἁγίας ἐκκλησίας τὸν ἀρχιερέα [illegible] ἐν τῇ ῥώμῃ παρὰ φραγκίσκου τοῦ κελτῶν βασιλέως ἐξαπεσταλμένου πρεσβευτοῦ :——

DABAMUS EX ÆDIBUS CLARENDONIANIS
JUNII 22, MDCCXCII.

ELENCHUS

ELENCHUS OPERUM.

	PAG.
Clementis Sibiliati de Vita ac Studiis Joſephi Torelli Veronenſis Commentarium.	i
Præfatio Joſephi Torelli.	xi
ARCHIMEDIS	
De Planorum Æquilibriis Liber Primus, cum Commentariis Eutocii Aſcalonitæ.	1
Quadratura Paraboles.	17
De Planorum Æquilibriis Liber Secundus, cum Commentariis Eutocii Aſcalonitæ.	35
De Sphæra et Cylindro Liber Primus, cum Commentariis Eutocii Aſcalonitæ.	63
De Sphæra et Cylindro Liber Secundus, cum Commentariis Eutocii Aſcalonitæ.	131
Circuli Dimenſio, cum Commentariis Eutocii Aſcalonitæ.	203
De Helicibus.	217
De Conoidibus et Sphæroidibus, cum Torelli Commentario in Prop. 12.	257
Arenarius.	319
De iis quæ in Humido vehuntur Liber Primus.	333
De iis quæ in Humido vehuntur Liber Secundus.	339
Lemmata.	355
Opera Mechanica, ut cujuſque mentio ab antiquis Scriptoribus facta eſt.	363
APPENDIX.	
Commentarius in aliquas Archimedis Propoſitiones de iis quæ in Humido vehuntur.	373
Lectiones Variantes Codicis Florentini.	379
Lectiones Variantes Codicum Pariſienſium.	421



Michael Angelus Castellazzi delineavit — *Franciscus Piranesi incidit*

CLEMENTIS SIBILIATI,

IN PATRIO PATAVINO LYCEO

RHETORIS AC PHILOLOGI,

DE VITA AC STUDIIS

JOSEPHI TORELLI

VERONENSIS

COMMENTARIUM.

PERVETUS querela eſt, et ab Homeri ætate ad noſtram uſque ſermunculis propagata, Mundi ſeneſcentis vitio et ineluctabili diſſolvendi ſui neceſſitati obviam euntis debilitari ſenſim omnia, Naturamque effœtam viribus minores imbecillioreſque fœtus in dies progignere tum corporum tum animorum. Eos, qui talia venditent, aut inconſiderati judicii accuſandos cenſeo, qui opinionem vix dignam auribus anicularum temere imbiberint, aut malevoli ingenii, qui priſcorum ſæculorum atque hominum prædicatione, ætatis, qua vivunt felicitati, et eorum, quibuſcum vivunt, gloriæ tacite obtrectent. Nam cum aſpectabilem hanc cœli terræque molem eadem, quæ condidit, divina virtus ac ſapientia per univerſas infuſa partes conſervet, ſingulares quidem res ſibi invicem ſuccedentes ortæ occidunt, et auctæ decreſcunt, at in ſua ſe per veſtigia circumagens rerum ordo retro ſublapſus referri nequit, nec fatiſcere Natura communis, quam divina illa fatigari neſcia virtus ſuſtinet, et immutabili prorſus æternitate tuetur. Sed multo minus languorem ac ſenium hominum ingeniis obrepere exiſtimemus, cum animi firmiſſimo atque immortali naturæ robore ſepti, temporum viciſſitudinibus obnoxii eſſe non poſſint, cum temporis ſint expertes. Conticeſcant igitur paſſim jactatæ voces defeciſſe hac noſtra ætate Philoſophos, Juriſconſultos, Mathematicos, Medicos, Oratores, quorum tam uberem ſegetem præteritæ ætates effuderint. Nam præter quam quod præpoſteræ mentis eſt breviſſimam ætatem hanc, quam fugientes veluti prætervehimur, cum omnibus retro actis ſæculis conferre, ſi quid noſtris temporibus detrimenti cepit literaria res, non inde cauſa arceſſenda, quod nobis Natura defuerit, ſed quod nos ipſi Naturæ deſimus, ejuſque dona aut fruſtremur nihil agendo, aut aliud agendo intervertamus. Quocirca præter alias cauſas, quas docti viri attulerunt, hoc etiam nomine magnam iis habendam gratiam arbitror, qui non

 unius

unius aut alterius tantum eminentiſſimi ingenii, ſed multorum virorum ſcientia, aut literis, aut ingenua arte aliqua præſtantium elogia ſcriptis tradiderunt, ac tradere porro pergunt. Quos inter Angelus Fabronius, Piſanæ Academiæ Moderator, vitas Italorum noſtra aut avorum noſtrorum memoria doctrina excellentium duodecim adhuc voluminibus cedro linendis perſecutus, retrúſas Italas opes ac veluti complicatas eduxit, evolvit, et in oculis totius Europæ defixit, nunquamque interituram nominis ſui famam cum eorum, de quibus ſcripſit, immortalitate communicavit. Hiſtoricorum quippe voce ac fide hominum virtus ac ſcientia anguſto circumſcripta loco, breviſſimæque hominum vitæ alligata protenditur latius, ac diutiſſime prorogatur, efficiturque ut defendat numerus, refutetque immerito illatam Naturæ injuriam, quaſi novis malignius conſultum voluerit quam antiquis. Quæ ſane cogitatio menti occurſans, acriores volenti ſtimulos admovet, ut quædam de JOSEPHI TORELLI vita, ſtudiis, moribus, ſcriptis proloquar, ut qui non diu vixit, nec unquam e patriis Laribus pedem extulit, fato functus in longinquas terras nominis ſui commendatione, dum bonæ loquentur literæ, excurrat.

VERONAM pernobilem Venetorum Urbem, et natura ſoli cœlique adſpirante præſtantium ingeniorum ſine intermiſſione fœcundam ſortitus eſt Patriam JOSEPHUS TORELLUS, qui honeſto prognatus genere anno 1721, tertio nonas Novembris, in vitam ingreſſus eſt. Patrem habuit Lucam Torellum, qui mercaturam faciebat, quam artem ignobilem nemo dixerit, niſi qui luxu ac deſidia nobilitatem metitur. Matrem nactus eſt Antoniam Albertiniam, Venetam mulierem egregie cordatam ac priſci moris, in quam mox vicaria patris quoque cura conceſſit, cum illum immatura mors familiæ ac filiolo ſuſtuliſſet. Ingeminato igitur officii munere, maternamque facilitatem paterna gravitate roborans, piis doctiſque viris, quos Somaſchos dicimus, alendum, primiſque literarum rudimentis imbuendum tradidit, dein Ballerinis Fratribus plenius erudiendum concredidit, qui præ ſumma, qua pollebant ſapientia, ſpectatis pueritiæ velut auſpiciis, ac tanquam ſervato cœlo ſpem reliqui temporis præcipientes morigeram Matrem cohortati ſunt, ut in Athenæum Patavinum quam primum mitteret, ac nihil non ſibi de ejus ingenio ac diligentia polliceretur. Florebat tunc quoque Gymnaſium hoc noſtrum magnorum Doctorum copia ac celebritate, quam nunc etiam male feriatorum voculæ adaugent, non ut illos, reor, nihil jam ſenſuros demereantur, ſed ut inducta comparatione præſentibus detrahant. Id ipſum, me puero, jactari conſueviſſe commemini, nempe illos qui ſuperiore ætate ſcholas rexiſſent ingenio ac ſcientia anteſtetiſſe iis ipſis, quos TORELLUS et ego tunc temporis audiebamus. Venit ille, atque ita toto quadriennii ſpatio perdius ac pernox in ſtudiis evigilavit, nulla ut ei temporis particula vacaret ab auditione, lectione, ſcriptione, commentatione; tantumque diligentiæ tribueret, ac ſi non maxima ingenio, quod illi magnum inerat, gratia habenda videretur. Una diſcendi cupiditas in locum aliarum cupiditatum omnium immigraverat, quibus reſtinctis aut conſopitis, nil mirum ſi integerrima quoque vitæ innocentia inter æquales præcelleret, feſtinataque maturitate non longe abeſſet ab Anteceſſorum gravitate atque prudentia. Hinc hi certatim illum non laudare ſolum, ſed etiam parentum inſtar omnibus officiis complecti, cum illo verſari familiariter, de arte, quam profitebantur, ſermones ſerere, acroaſes, quas publice eſſent habituri, domi prælegere; quod inter cæteros Cl. Morgagnium conſueviſſe compertum eſt, atque adeo libros in lucem edere ejuſdem nomini nuncupatos, quod præſtitit doctiſſimus idemque elegantiſſimus Hercules Dandinus Pandectarum Interpres, quo potiſſimum Duce in Juriſprudentiæ caſtris TORELLUS ſtipendia merebat. Non ita tamen ampliſſimæ huic Diſciplinæ ſe totum addixerat, quin verſatili, ut erat, ac multivolo ingenio ad alias quoque partitis vicibus applicaret ſeſe, et eo quidem fructu, ut de quacumque ſermo incidiſſet in ea una ſeparatim elaboraſſe judicaretur. Doctoris titulo et inſignibus auctus, Patriæ atque amantiſſimæ Parenti redditus, cum extremus atque unicus familiæ

ſuæ ſupereſſet, juris plane ſui iiſque fortunæ bonis inſtructus, quibus abuti ad vitæ mollitiem ac vitiorum illecebras potuiſſet, Ithacenſium exemplo non cera ſed ratione ſibi obturatis auribus Sirenios ſcopulos, ad quos fere ſeſe juventus omnis allidit, quam velociſſimo curſu prætemavigavit, ſeque totum in ſtudia bonarum Artium abdens et otium malorum peſſimum effugit, et animum multiplici doctrinarum ac virtutum ſupellectile locupletavit. Ac illud ſtatim deliberatum habens, ut uberes animo excepti ſatus ad pleniorem frugem feliciter adoleſcerent, redintegrare inſtituit et acrius urgere literarium curriculum, quod ſe plane abſolviſſe cenſent plerique adoleſcentuli, ubi eos laurea atque annulus honeſtaverint; quaſi vero hæc complementa ſint non invitamenta laboris et gloriæ. Cum autem nullam artem factitare decreviſſet, nullique addictus ſcholaſtico muneri cogitare atque agere rem aliam ex alia quotidie pro lubitu poſſet, non ab ingenio inſtitutoque ſuo receſſit, ſed curas cogitationeſque in multa ſubinde diſpertiit, fructuoſe et laudabiliter tamen, quoniam ea firmiſſima præjecerat fundamenta, eos ſubſtraverat ſcanſiles gradus, quibus non appoſitis, vel neglectis, inædificata deinceps ſtudiorum moles labatur et corruat neceſſe ſit. Quibus exemplis non utinam ſcateret ætas hæc noſtra, quæ ſeſe φιλοσοφωτάτην venditat, qua homines paſſim primorum elementorum rudes, quive nullum doctrinæ genus obtinent, aut ipſum tantum lacinia, in tutelam ſeſe ac fidem Encyclopedici alicujus Lexici recipientes in immenſo vadoſoque ſcientiarum atque artium veluti ſalo jactantur potius quam navigant. Quamvis autem Juriſperiti nomen exercitationemque defugeret, non tamen utriuſque juris ſtudio nuncium remiſit, imo nonnulla de Legibus ad Tullianam lucernam elucubrarat, neſcio quo fato dolendo certe intercepta. Hebrææ Linguæ, Græcæ, Latinæ, Italæ multum temporis ac vigiliarum impertiit, duabus illis prioribus ut eas probe intelligeret, duabus reliquis, ut ad uſum ſcriptionemque transferret. His adjecit Gallicam, Hiſpanam, Anglam, at hanc eo perfectius perdidicit quo lubentius. Ut enim Britannos homines maxime diligebat, ita Scriptores perdite amabat, et pervolutabat aſſidue; e quorum lectione præter vim proprietatemque ſermonis, mentis quoque ac pectoris excelſitatem roburque eliciebat gentem præ ſe ferens libertati natam et imperio. Imo pruriebat ei animus denuo reddendi hetruſcis carminibus Miltoni epicum poema, ut Rollianæ interpretationis labeculis ac σφάλμασι mederetur, idque jam inchoarat loca quædam ſelectiora carptim decerpens tum ad ſpecimen reliqui operis, tum fortaſſe ut quam ſimillimo munere remuneraretur Miltonum ipſum, qui ut Italæ nationis amiciſſimus, ita noſtratis linguæ apprime callens aliquot olim Dantis atque Areoſti eminentiora loca anglicis verbis numeriſque reddiderat. Ethicen, Metaphyſicen atque adeo diſceptatricem Theologiam cognitam habere voluit, non amore magis quam more ductus, cum in ea incidiſſet tempora, quibus concertationes de jejunio, de uſura, de magica arte, de probabilitate in moribus regundis Veronæ vigebant, ſeu potius dixerim, graſſabantur. Hiſtoriam priſcorum hominum ac populorum ſibi prope vectigalem fecerat, facem ubique præferentibus Chronologia, Geographia, et Arte Critices. Quam artem, qua ſuppoſititia a genuinis, interpolata ab integris, optima a ſequioribus internoſcuntur, ſecum circumtulit conſiliariam et adminiſtram, ad alias quoque diſciplinarum provincias obeundas, ut citius quis illi reliqua ingenii ornamenta denegaſſet, quam limatum acerrimumque judicium non conceſſiſſet. Muſicen non leviter attigit, non quidem ut caneret ipſe aut pſalleret, ſed ut totam canendi pſallendique rationem, quam plerique ſenſu tantum percipiunt, ipſe intellectu etiam ſequi et aſſequi poſſet. Probabat ille tamen in vocum nervorumque modis non tinnulos ſed graves, non ſubſultantes inerrantibus numeris, ſed in varietate eodem ſemper redeuntes, non aurium tenus vim terminantes ſuam, ſed illabentes in ima pectoris, cienteſque modo hos affectus, modo illos, pro ut res ipſa poſcat, aut poeſis præeundo imperet. Quod ſane genus, ut ita dicam, eloquens, flexanimum naturæ ac veritati conſonum

Pata-

Patavii proxime a Tartinio et Vallotio, Venetiis a Benedicto Marcello omnium vere Coryphæo laudabiliter uſurpatum nunc jam in deſuetudinem ac tantum non in faſtidium ſenſim abit, ut Platonis dicto adſtruatur fides, inflexis moribus muſicen immutari. In Pictura eruditis ejus oculis ſtudio atque uſu adjutis vel ipſimet artifices, Cignavolus in primis, plurimum tribuebant, rogatoque ſententiam de graphicæ ſervata fide, de colorum harmoge, de tabulæ pretio, de auctoris nomine, eam licet modeſte ac circumſpecte prolatam paſſim harum rerum amatores excipiebant ſine provocatione. Ipſe quoque domi, non quidem lautam ſupellectilem, quam opulentioribus relinquebat, ſed ſpecimen aliquod inſignium quarumdam tabularum collegerat, incipiens ab ea ætate, qua e Græcia velut extorris ars iſthæc Italo affini cœlo benignius ſuſcepta vivere vitam cœpit priore illa ſua fortaſſe potiorem. Harum unam percaram ſibi non magni moduli quidem at permagni artificii, quæ coloris ac luminis hilaritate ac flore quodam humanam ſortem egreſſæ pulchritudinis adjeciſſe aliquid etiam videtur earum, quas pictas exhibet, ſacrarum imaginum religioni, quæque a me viſa ſemel habitat adhuc in oculis, vivens dono dedit Chirographo ſuo ſe mortuo repoſcendam Jacobo Wrightio elegantiorum artium cultori, et Britannici Regis nomine apud Venetos Legato. Hic enim biennium una cum lectiſſima conjuge, liberalibus et ipſa ſtudiis patrio more innutrita, Veronæ commoratus, eam ſe perdidiſſe crediderat diem, quæ non viſo auditoque Torello ſibi præterfluxiſſet, eidemque hoſpitalem teſſeram in patriam redux dimidiam reliquerat, dimidiam ſecum abſtulerat. Architecturam vero eo coluit accuratius, quo utiliorem pernoverat tum rei privatæ tum publicæ. Cum enim ſuperiores artes duæ voluptati potiſſimum oculorum atque aurium lenocinentur, ſine iis conſiſtere humana ſocietas poteſt, hac ſublata non poteſt, niſi forte malimus ad Numidum mapalia, aut Troglodytarum ſpecus redire. Nec antiquariorum ſolertem peritiam neglexit, ſed numiſmatum, gemmarum, ſiglarum, toreumatum, anaglyphorum, aliorumque quibus Cimeliarchia decorantur, ac præcipue literatorum lapidum, ſatis ſe gnarum pro re nata perhibebat; ac vix ulla monumentis aut ſimulachris Veronæ ponebatur inſcriptio, quam non ille compoſuiſſet, aut ab aliis compoſitam non ſaltem penſitaſſet. Documentorum porro genus omne conditam condendamve patriam urbem, ad hæc uſque tempora bono in lumine collocantium, non quidem percurſum et quaſi memoria decantatum habebat, ex immortali præſertim Veronæ illuſtratæ opere, ſed ſuis inſuper qua vendibilibus conjecturis, qua firmioribus argumentis ita roborarat et cogitatione ſepſerat, ut de quacumque re aut fando audita, aut oculis repente oblata conſuleretur ea ex tempore promeret, quæ videri poſſet recentiſſime meditatus. Itaque nullus vir Regius, aut Tethrarcha peregre Veronam proficiſcebatur qui non ad ſe Torellum acciri juberet, eoque Myſtagogo uti cuperet ad viſenda et recognoſcenda ſingularia ornamenta ejus Urbis, in qua ubicumque incedimus in aliquam hiſtoriam veſtigium ponimus. Nec Torellus indonatus abibat, ſed ita tamen ut non ipſe eorum monilibus ditior, quam ipſi ejus alloquio diſcederent ornatiores.

Verumtamen ſi hoſpitia ſibi quæſivit in aliis, in Mathematicis et in humanioribus ſtudiis domicilium, quaſique tabernaculum vitæ poſuit. Quæ duæ cum inter ſe natura atque inſtituto minimum congruant, ſeu potius confligant, bicipiti, ut ita dicam, ingenio præditus ſit oportet qui præclare utrique alterna vice operam navare velit, ne ſi facultas altera tranſverſa incurrat in alteram utraque interturbetur. Animorum quippe vis, non ſecus ac corporum, aut adverſis alliſa motibus diffluit, aut obliquis alio detorta debilitatur. Torellus unus e pauciſſimis habendus, qui geometrarum adductam et ſuperciliosam gravitatem cum Muſarum Charitumque amœnitate conjungeret, eademque dextera modo circinum modo plectrum ſcite tractaret. Quos autem in Mathematica ſcientia (quam ſibi ea etiam de cauſa commendari dicebat, quod non, ut diſciplinæ fere omnes, magnam biblio-

thecam

thecam poſtulet, ſed paucis quibuſdam principiis innixa non magis in Urbe quam in agris commodiſſime coli poſſit) quos, inquam, in ea quantoſque mentis acumine ac laboris ſedulitate progreſſus fecerit, inconſultus ſim ſi multis coner oſtendere, cum Archimedeum hoc illius evigilatum opus ante oculos omnium interque manus verſetur. Quid enim ſponſore interpoſito opus ei ſit, qui repræſentata re fidem exſolvit ſuam? Quanquam ſponſionem jam fecit, deditque voluntatis ac judicii prærogativam antequam in lucem ederetur ea ipſa, quæ in lucem edit humaniſſima ac doctiſſima natio, de qua tot jam revolutis ſæculis iterum dici queat exactior Matheſis in Britannia reperta, atque inde in Galliam aliaſque gentes tranſlata eſſe non quidem exiſtimatur ſed plane cernitur. Manſuetiores porro literas nec cura leviore et longiore etiam intervallo, toto ſcilicet vitæ decurſu in deliciis habuit, ad quas non doctus ſed factus, non inſtitutus ſed imbutus videbatur. Inerat enim illi acerrimus ſenſus a natura, teſtis ac index exquiſitiſſimus pulchritudinis, quo tanquam conſiliario intus admonente, quid venuſtum, quid turpe, quid ſincerum, quid non, et ſagaciter odorabatur et tuto arripiebat. Inficiabatur enim ille uſu atque induſtria novum, quem Natura non indiderit, parari poſſe ſenſum veri ac pulchri, ſed tantum quem illa dederit, poſſe ſtudio atque exercitatione corroborari. Ut autem in Geometricis antiqua recentibus præoptavit, ſic in amœnioribus artibus veterem eloquentiæ formam ſibi unam propoſuit, in quam intuens in eaque defixus ad ejus imaginem mentem et calamum dirigeret, eamque injuria annorum atque hominum veluti tabulam vaneſcentem vetuſtate iiſdem, quibus fuerat, coloribus renovaret. Oderat quippe illorum (libertatemne dixerim an licentiam?) qui conſpiratione facta de ſpatio curriculoque majorum deflectentes, aliam ſibi quamdam inuſitatam viam munierunt, ad quos frequens juventus adhinnit in nova omnia maxime prona, quæque nacta quos admiretur eorum effici ſe quam ſimillimam geſtit. Eos item, qui ut in veſtitu cæteroque beatioris vitæ cultu, ſic in literis nil elegans putant niſi Sequana advectum, igni et aqua interdici oportere dictitabat, igni, ut arbitror, Apollineo et aqua Hippocrenæa. Ac ſi quandoque in Gallica præſertim poeſi perſtringenda modum exceſſit, ferendus hercle magis quam ii quibus ſuccenſebat, quique in extremum e regione poſitum ruunt exemplo pejore quam errato. In eo quidem laudabo nunquam quod, ne leviculos offenderet, graves interdum et ſucci plenos ejus gentis libros tranſmiſit, atque inde libanda eruditio ſi frugifera ipſi futura erat, defuit, ſin minus, abfuit. Sic ea etiam carmina et orationes vel digito attingere detrectabat, quas aut parum emendata dictio inficeret, aut nimium conquiſita effœminaret, vel ſi quando curioſitate aut officio compulſus legeret, ſtatim ſumebat in manus veterem aliquem oratorem aut poetam, ut optima lectione dilueret quidquid externæ labis forte inhæſiſſet. Quidni autem improbaret abnormem dicendi formam ac diſſimilem ſuæ, qui in apta ſibi ac perfecta paranda claſſicorum imitatione tantopere elaboraverat, cum ulius quiſque ſuam maxime probet quamvis ab archetypo auctorum principum deſciſcentem? Ac ſi inter meticuloſam imitationem et effrænem libertatem non viſus eſt admittere plures interjectos et utrinque reductos gradus, parcendum in hoc ſemel homini geometræ non diſcedenti ab arte ſua, quæ inter immenſum curvarum numerum unam tantum atque unicam rectam lineam agnoſcit. In latine ſcribendo, in quo ſe valde amabat, nihil ejus dictione purius, nitidius, caſtigatius ad unguem. Illum ego unum ex triariis latinæ legionis apud noſtros Italos non jocoſius quam verius appellitare conſueveram, qui, modo quidpiam ſcriberet, refelleret ipſa re captioſas Alembertii concluſiunculas negantis poſſe quenquam mortalium tam ſero natum non improprie, incallide, invenuſte Romulidum uti lingua. Qui doctiſſimus quidem homo, at homo tamen, videri poſſit tanquam alter Hermagoras a TULLIO notatus, non quid ars, ſed quid ipſe poſſet expoſuiſſe. Neque tamen noſter hic aut difficultatem diffitebatur,

aut laborem deſugiebat. Alienus quippe ab oſcitanti eorum ſecuritate, qui linguam hanc libris tantum ſuperſtitem adhibentes, memoriola unice confiſi quidquid ſtilum ſubierit cartis illinunt, limæque parcunt magis quam famæ ſuæ, lente ac prope moroſe excutiebat omnia, delebat, retractabat, ad eum tamen modum ut anxia iſthæc accuratio uni ſibi, non legentibus innoteſceret. Teſtis eſto hæc ipſa Archimedis interpretatio, in qua æſtimanda ea ne nos cogitatio prætervolet Romanos olim non, ſicuti Græcos, in mathematicis diſciplinis fuiſſe verſatos, notionibuſque pluribus deeſſe apud illos appellationes, ut oporteat transferre aut circumire, quod operoſioris induſtriæ eſt, quam quivis non auſus idem aſſequi poſſit conjectura. Sed næ ego ineptus, qui hæc recinam iis, apud quos hæc in lucem prodit editio, quique in hac re percipienda ſuo non alieno palato ſapiunt, ac tantum abeſt ut Latiali linguæ voce unquam aut ſcriptis oblatraverint, ut eam populis olim omnibus jura dantem, boni etiam ominis cauſa, tanquam Statores Joves ſartam tectam in ſuis Inſulis retinuerint, ac deinceps, quod bene vertat, ſint retenturi. Hetruſca autem lingua ſive quid ſolutum, ſive ligatum numeris pertexeret, ita ſtilum ſuum ad eorum, qui XIV aut XVI ſæculo floruere, exemplaria conformabat, ut non quidem eorum æmulus, ſed unus omnino ex ipſis judicaretur. Imo prætermiſſo nomine, ne annorum quidem auctoritas ejus ſcriptis fuiſſet defutura. Attamen in verſibus pangendis, ſi quid video, lenes ac teretes Franciſci Petrarchæ modos cum paulo hiantibus et ſcrupoſis Joannis Caſæ numeris temperabat. In proſa autem oratione ex Boccacio et Davanzato frontibus adverſis ſecum invicem collidentibus, tertium quoddam ſibi ſtili genus conflaverat ſcriptorem redolens utrumque ac neutrum. Non pauca varii argumenti, quorum Elenchum in calce dabimus, ſermone utroque publici juris fecit, quorum pleraque ſi vitilitigatorum leviſſima capita libellos potius quam libros vocitent, proindeque minoris faciendos ducant, velim pauliſper advertant non eum fuiſſe TORELLUM qui ſeſe ſtudiis mancipaſſet ut ex muneris functione alios opime erudiret, ſed ut ſe ipſum honeſto in otio jucunda veri ac pulchri contemplatione diſtrictum occupatumque teneret. Quanquam ſi quis attente illius etiam opellas legat ac penſitet, mehercule intelliget, quemadmodum longa non ſunt quibus nihil adimi, ita nec brevia, quibus nihil addi queat, contracta velut in arctum artis majeſtate, ac ubertate rerum; nec illum ingenii ſterilitate, ſed dedita opera maluiſſe litare Muſis thure aut farre cum potuiſſet hecatombe. Nihil profecto factu proclivius homini tam ingenioſo, tam navo, tam erudito ac ſeſquipedalia volumina concinnare mole quidem non virtute majora, in tanta præſertim hujus ſæculi proſtantium doctrinarum nundinatione.

Periclitari quoque ingenium voluit in transferendis Græcorum Latinorumque carminibus, cumque apud Quintilianum, puto, legiſſet græca diſcere cupienti ab Æſopo incipiendum, fabellas ejus omnes, quas vel ipſe Socrates fertur olim verſibus illigaſſe, latinas fecit. Qua in re ſi quis illum actum egiſſe dixerit, rogandus eſt ut TORELLIANAS prius cum alienis conferat, ac ſi appareat ab aliis elegantius fuiſſe converſas, tum vero hoc quidquid eſt ſive laboris, ſive induſtriæ, ſive exercitationis contemnat. Mox Theocritum Italo Cœlo, ſeu potius ſuo, utpote Syracuſanum reſtituit, ac illud ſimplex munditiis molle ac facetum paſtoritii ſermonis genus tam belle retulit, ut non minus ipſe cum Theocrito, quam hetruſca lingua cum græca de copia, proprietate, concinnitate decertet. Nec de latinis Poetis bene mereri neglexit, ac inter alia Epithalamium Catulli tribulis ſui de nuptiis Pelei ac Thetidos, nuncupatum a Cæſare Scaligero divinæ Æneidos veſtibulum; ac Plauti Comœdiam, cui titulus Pſeudolus, de qua tantopere auctor ipſe, TULLIO teſte, ſibi plaudebat, in Hetruſcos numeros ac modos ita convertit, ut eandem aleam ſubire volentibus proximum tantummodo a primo locum reliquerit. Attamen nuperrime Neapolitanus homo ſuam

fabu-

fabularum Plautinarum interpretationem evulgaturus, memoratis aliis qui in eodem ſtudio deſudarunt, hanc Torelli indictam præteriit; non auſim dicere ne contentione facta in dubium laudis diſcrimen adduceretur, ſed quod ad ejus manus non fuerit allapſa. Dolenda quippe vice in hoc bonarum artium librorumque e prælis indies prodeuntium commercio, minus propemodum a noſtro diviſos orbe Britannos experimur, quam Taurini populi Tuſcos, Tuſci Calabros. Italiæ ſiquidem tot regnatæ Principibus, quaſique in partes diſciſſæ deſit Urbs caput, in quam velut in commune centrum ductæ ab extremitate omni lineæ concurrant; optandumque foret ut quemadmodum olim in terra Græcia πολιτικοὶ, ita literarii nobis ſuppeterent Amphictyones, qui e ſingulis provinciis adlecti in aliquem ſtatum locum convenirent diſceptaturi de communibus ſtudiis, ſuaſque interim allaturi eruditas opes ac alienas reportaturi. Redditi item ab illo duo priores Æneidum Libri tam pari ac gemina (ita me Dii ament!) verborum conformatione, numerorum conſenſu, ac toto corporis inceſſu habituque cum exemplari concinunt, ut in eos optime quadret Virgilianum illud de Laride Thymbroque gemellis fratribus Æneid. l. 10. v. 390.

> - - - - - - - - - - - - - - ſimillima proles
> Indiſcreta ſuis gratuſque *legentibus* error.

Ut autem in literarum profeſſione, ſic in vivendi ratione tota priſcæ virtutis retinentiſſimus fuit, cumulavitque ſcientiam ſapientia, ut decebat eum, cujus animus aſſidue inter veterum ſcripta, nempe inter mores incorruptos et candidos verſabatur. Homo vere frugi, quique temperantia modeſtiaque ſua adverſus ſæculi luxum certaret, ornatumque vitæ in ſimplici cultu et condecentia poſitum vellet. Avitæ religioni citra ſuperſtitionem addictiſſimus, propoſiti cum judicio tenax, ſervantiſſimus æqui et videbatur et erat, quique etiam ſublatis legibus eamdem ſemper probitatis conſtantiam retinuiſſet. Pudiciſſima illi non oratio ſolum ſed vita, quam expertem thalami duxit, quo ſolutior expeditiorque Minervæ ſacris operaretur, quam non ſine cauſa innuptam Virginem, ut etiam Muſas, Mythologi commenti ſunt. Facillimi ad eum aditus, et ex ejus congreſſu nemo non alacrior et eruditior redibat, quorum alterum æquabilem morum ſuavitatem, alterum lubentem communicationem doctrinæ prodebat. In amicitiis colendis obſequens et firmus quam maxime. Non longe abiero a memet ipſo. Is enim vix dum ephebus inito mecum Patavii amicitiæ fœdere in eo tam firmiſſime ſtetit, nulla ut alia toto vitæ curſu inter me ac illum interceſſerit contentio præter unam, uter alterum vinceret benevolentia ac fide. Teſtor ſexcentas illas epiſtolas noſtrarum ſententiarum et cogitationum conſcias, quas ſervo ſervaboque dum vivam, quaſque oculis identidem uſurpans redivivam ejus imaginem, inerrantemque veluti ſpiritum haurire mihi videor, jacturamque tam cari capitis aliquantiſper lenire. In quibus præter animi ſenſa capit me etiam mirifice accurata ſermonis integritas urbanitaſque Attico ſapore perfuſa, atque adeo manus ipſa, quæ compoſitiſſimas nitidiſſimaſque literulas tam belle exarabat, ut nil propius abeſſet a typorum ſimilitudine. Ut autem gloriolam ex leviſſimis honoris inſignibus collectam contempſit, ita ſolidam ac veram appetiit tanquam peſtiſſimam mercedem virtutis; invidiæque omnis ac maledicentiæ non expers modo ſed inſcius illud aſſecutus eſt, ut in tanta ſemidoctorum colluvie invidiam viciſſim et obtrectationem effugeret, ſummiſque ac infimis juxta carus eſſet. Cariſſimus certe fuit Scipioni Maffeio, quocum communicare ſolebat cogitata et conſilia omnia, ac viciſſim ille ſua cum Torello multum licet natu minore, permutatione plane diſſimili atque illa Diomedis cum Glauco; cum hic utrinque non χρύσεα χαλκείων ſed aurum auro rependeretur. Veronenſes reliquos memoratu alioqui digniſſimos, a quibus nullum illi amoris atque exiſtimationis teſtimonium defuit, invitus prætereo, ne ſi omnes percenſeam, longa, ſin paucos excerpam, odioſa futura ſit oratio mea. Præſertim cum Maffeius multigena illa doctrina ſua

non

non tam ſingulos provocet, quam unus ferme exhibeat univerſos. Ex Venetis Patriciis duos tantum commemorabo, qui tamen et ipſi inſtar erunt plurimorum. Hieronymum Aſcanium Juſtinianum Equitem, qui jam tum a Prætura Veronæ præclare geſta JOSEPHUM TORELLUM affini tantum virtute animorum conciliatricula ſibi commendatum in clientelam ultro recepit, nec decedens ea unquam propenſioris animi officia intermiſit, quæ abſentem abſenti reddunt. Vir et ipſe hæreditario velut jure mitiorum graviorumque diſciplinarum cognitione utiliumque linguarum facultate anteferendus plurimis, poſthabendus nemini, ſed quo haud facile invenias quempiam compoſitum magis in doctrinæ ſuæ diſſimulatione. Benevolum quoque habuit et aliquandiu etiam Veronæ ſtudiorum ſocium in legendis præſertim philoſophorum Græcorum libris Angelum Quirinum, ad quod epulum uterque Conviva ſymbolam ſuam largiter conferebat. Quanta enim Senator hic doctrina, eloquentia, ac pulcherrimarum artium acerrimo ſenſu polleat cum multa teſtantur, tum in primis Alticheriana Villula, in qua extruenda ornandaque talis ſeſe ubique exſerit ſibi inſtans induſtria, eruditus ſapor, intelligenſque judicium, ut inde tota plane heri ſui mens animuſque pelluceat. Defatigarer equidem numerando ſi exteros quoque percenſere ſatagam genere aut ingenio aut utroque nobilitatos, quibus aliqua cum eo conjunctionis neceſſitudo interceſſit. Sed tacitus præterire nullo modo poſſum Philippum Stanhopium *τὸν μακαρίτην* proxime ſublatum ex oculis, non ex animo bonorum omnium atque ſapientum; Davidem Stormontium ſummatem Virum, quem nominare laudare eſt; Archiepiſcopum Cantuarienſem ingenio ac virtute dignitati quam ſuſtinet prorſus parem, qui unam atque eandem eſſe putantes literariam Rempublicam in omnia pertinentem loca, iiſque tantum quibus terrarum orbis finibus contentam, Italo homini atque operi adeo impenſe patrocinati ſunt, ut Conterraneo ſuo non potuiſſent impenſius. Quos ſane arbitror una cum reliquis Civibus dictum illud in ore habere Ducis Carthaginienſis apud Ennium, at ſalubriore ſententia.—Scientias qui provehat erit mihi Albione natus quiſquis erit. Sed memorita præ cæteris commemoratione fraudandus non eſt Joannes Strangius Nationis ſuæ Orator apud Venetos, Naturæ interpres apud omnes, cujus gratia et auctoritas nunquam TORELLO defuit, quem vivum perſpectiſſima benevolentiæ teſtificatione honeſtaverat. Nihil autem honorificentius quam probari ac diligi ab eo Viro, quem qui Plinium Britannicum appellet, is ſciat latine ſe non oratorie locutum. Quanquam et Itali, Patavini in primis, ſuum vindicant, qui Euganeis collibus diu ac ſedulo perluſtratis multa ac nova naturalis hiſtoriæ arcana deprehendit ac pateſecit, eamque primus rem acu tetigit, quam vix unus aut alter e noſtris divinando tantum olfecerat*. Ac ut olim M. TULLIUS, detecto Archimedis ſepulcro, gloriatus eſt Syracuſanos ejus cives illud fuiſſe ignoraturos niſi ab homine Arpinate didiciſſent, nunc jure ſibi plaudat Strangius Patavinos ignoraturos fuiſſe montium ſuorum *γένεσιν καὶ ἀρχαιότητα*, niſi Tameſi advectus homo intento digito commonſtraſſet. Tantis igitur fultus meritis et patrociniis quæ non TORELLUS ampliſſima munia tum ad quæſtum, tum ad dignitatem non quidem ad alienæ petitionis occaſionem intercipere, aut precibus efflagitare, ſed nutu ipſo non aſſequi potuiſſet? Sed meruiſſe contentus cupidioribus, aut egentioribus relinquebat, tum quia nihil illi dulcius beatiſſimo Patriæ ſolo, penatibus, zotheculis ſuis, tum quia ne Attalicis quidem conditionibus divelli ſe paſſus eſſet a grandævæ ac valetudinariæ Matris convictu adſpectuque, cui ſic viventi aſſedit, ſic morienti illacrimatus eſt, ut ejus in illam amor titulo res digna ſepulchri habita ſit. Sed quam ille parenti optimæ, Patria amantiſſimo Civi luctum mærorem que retribuit, cum ille vigenti adhuc ætate ac viribus

* Videſis Alberti Fortis Italicam Diſſertationem Intorno la vera ſituazione delle Iſole Elettridi degli Antichi. Tomo I. de' Saggi Scientifici e Letterari dell' Academia di Padova 1786: in qua nominatiſſimus ille naturalis Hiſtoricus, et quidem Patavinus, ea de Cl. Strangio rata facit, quæ hic ego obiter attigi.

bus brevi acutoque morbo correptus pie conſtanterque naturæ conceſſit. Cadaver funebri pompa elatum, delatumque ad Divæ Anaſtaſiæ. Monumentum illi extructum e marmore, cujus in faſtigio locata ſtatua, vivæ perſimilis, ex gypſea larva in ipſo demortui ore efficta, cum inſcriptione quam legere eſt in baſi ipſiuſmet monumenti, quod hic quoque lineari pictura ex vero fictum conſpicitur. Cæterum Albertus Albertinius inſtitutus hæres, cujus magna et copioſa mercatura non parum alitur Veronenſe Commercium, artemque ipſe ſuam nobilitate animi, cultuque ingenii condecorat, nihil omnino prætermiſit eorum, quæ viſa ſunt e re ad proferendam obſignandamque affinis ſui, at arctius amici, gloriam nunc jam in tuto poſitam, mutuata a nunquam deſituro Archimedis nomine conſociatione immortalitatis. Ac parum ſe feciſſe ratus ſi imaginem tantum corporis daret, animi quoque effigiem qualemcumque hanc a me non nolente obtinuit. Canonicorum Collegium, quorum ſelectiſſimæ Bibliothecæ libros ſuos omnes ſupremis tabulis legaverat, nunquam intermorituram accepti beneficii memoriam cum perenni conteſtataque largitoris laude extare voluit, tanquam alienis quoque ſcriptis poſterorum educatoris. Philarmonicorum perilluſtris Academia Sodalem ſuum optime meritum ſolemni ſtataque die publica oratione ornandum decrevit. Eam habuit atque edidit Eques Hieroſolymarius Hyppolitus Pindemontius Veronenſis Venetuſque Patritius, cujus ſpectata eloquentiæ ac doctrinæ laus ſola pietate erga extinctum ſuperata eſt, quem præceptoris atque adeo parentis ſe habuiſſe loco grato animi ſenſu commemoravit, plaudente Verona tota, ac Josephi Torelli nomen in album immortalium ſuorum civium referri jubente. Quo adjecto illorum non tam numerum, quam pondus augeri ſenſit.

OPERA EDITA.

Lucubratio Academica, ſive Somnium Jacobi Pindemontii &c. Patavii ex Typographia Seminarii. 1743.

Animadverſiones in Hebraicum Exodi librum et in Græcam LXX Interpretationem. Veronæ. 1744. Typis Seminarii.

De principe Gulæ incommodo, ejuſque remedio, Libri duo. Coloniæ Agrippinæ. 1744.

De probabili vitæ morumque regula. Coloniæ. 1774.

De rota ſub aquis circumacta Epiſtola. Veronæ. 1747.

Li due primi Canti dell' Iliade (di Scipione Maffei) e li due primi dell' Eneide di Giuſeppe Torelli tradotti in verſi Italiani. Verona per Dionigi Ramanzini. 1749.

Gli ſteſſi due canti dell' Eneide riſtampati ſoli lo ſteſſo anno per lo ſteſſo Ramanzini.

Scala dè Meriti a capo d' anno Trattato Geometrico. Verona 1751 per Agoſtino Carattoni.

De Nihilo Geometrico Libri 2. Veronæ. 1758. Typis Auguſtini Carattoni.

Lettera intorno a due paſſi del Purgatorio di Dante Alighiero. Ib. 1760.

Della Denominazione del corrente anno volgarmente detto CIƆIƆCCLX in Bologna per Lelio della Volpe.

Il Pſeudolo. Comedia di Accio Plauto in verſi Italiani, e ſi aggiunge la traduzione d'alcuni Idilli di Teocrito e di Moſco. Firenze. 1765.

Inno a Maria Vergine nella Feſtività della ſua Concezione. Verona. 1766.

Lettera a Miladi Vaing-Reit premeſſa al libro che ha per titolo XII lettere Ingleſi, con altra lettera all' Autore della ſuddetta. Verona. 1767.

Elegia di Tommaſo Gray, Poeta Ingleſe in un Cimetero Campeſtre in verſi italiani rimati. Verona. 1776.

Geometrica. Veronæ. 1769.

Demonſtratio antiqui Theorematis de motuum commixtione. Veronæ. 1774.

Lettera ſopra Dante contro il Signor di Voltaire. Verona per gli Eredi di Marco Moroni. 1781

Poemetto di Catullo ſu le Nozze di Peleo e Tetide, ed un Epitalamio dello ſteſſo. ivi. 1781.

OPERA INEDITA.

Æſopi Fabulæ ex græco in latinum verſæ et illuſtratæ.

Teocrito tradotto in verſi toſcani.

Elementi d' Euclide tradotti nell' idioma italiano.

Elementorum Proſpectivæ Libri duo, propediem in lucem exituri.

PRÆFATIO

JOSEPHI TORELLI.

QUICUNQUE Geometriæ ſtudium via et ratione inſtituit, illud fere ab antiquis Auctoribus exorditur, atque in eorum ſcriptis perlegendis prima ingenii rudimenta ponit. Qui enim Analyſin ſtatim amplectitur, quod plerumque fit, poſthabita Syntheſi aut neglecta, idem facit atque ille, qui labyrinthum ſine filo ingreditur, ac ſe variis viarum flexibus implicat nullum exitum habituris. Neutonum quidem accepimus queri de ſe ipſo aliquando ſolitum, quod perlecto nondum Euclide ea diligentia, quæ adhiberi in tanto Auctore debuerat, ad Carteſium alioſque propera quadam cura deſcendiſſet. Neque enim ignorare poterat, aut diſſimulare volebat vir, vel ex hoc ipſo ſummus, quia ingenuus, quid ſibi ad ſummam laudem deeſſet. Et ſane, ut magnus vir ille ſit, qui obſcura et involuta arcana arte detegit, major tamen eſſe videbitur, ſi quæ detexit, ea noverit certa ratione demonſtrare. Qui vero, quod unus aliquis affirmaverit, id ita eſſe ſine ulla probatione credit, præpoſtere agit; dum id homini tribuit, quod unice rationi tribuendum eſt. Non ſum neſcius, quæ antiqui pertractarunt, eadem a recentioribus pertractata eſſe, et quotidie pertractari; ſed, abſit dicto invidia, labore prorſus irrito. Si enim Euclides, ut de hoc uno loquar, aliqua in parte peccat, cur non redarguis? Sin autem in omnibus ſibi conſtat, cur eadem mihi aliis verbis proponis? At quædam ſcilicet recentiores detorquent, invertunt, immutant. Ita quidem exiſtimo: ſed tamen dum hoc faciunt, quid, quæſo, aliud agunt, quam ut ſarcinatores imitentur, qui fœminarum veſtes quotannis refingunt, ut eas ad ſæculi mores accommodent? De brevitate autem, quam tantopere jactant, quod dicunt, id nihil eſt; cum breve nihil dici debeat, quod ſine explicatione aliqua intelligi nequit, et minus perſpicue traditur. Quæ cum ita ſint, optime illi mihi de Geometria meriti eſſe videntur, qui in antiquis Auctoribus emendandis illuſtrandiſque operam poſuerunt. Cum autem Euclides, et Apollonius eo, quo debuerant, cultu, jampridem in lucem prodierint, reliquus erat Archimedes, ordine quidem tertius, dignitate vero, ſi ſuum cuique pretium ſtatuatur, facile princeps.

Natus fertur Syracuſis anno altero Olympiadis CXXIII; hoc eſt ab U. C. CCCCLXVI; utique ſi habenda fides eſt Joanni Tzetzæ, qui annum ætatis ſuæ LXXV ipſum exceſſiſſe tradit. Ortus autem eſt genere nobiliſſimo, utpote qui Hieronis Syracuſarum Regis, teſte Plutarcho, propinquus fuit. Nam quod eum Cicero Lib. V. Tuſcul. Quæſt. humilem homunculum vocat, id nihil officit; quoniam ibi cauſſæ ſervit, et ut Dionyſium deprimat, Archimedem, quem illi præfert, oratoria arte proſternit. Niſi forte illud veriſimilius videtur

Archi-

Archimedem Hieronis propinquum fuiſſe, quatenus is materno genere inferior erat, quippe ejus mater ſervili loco nata fuerat. Cum ingenio eſſet admodum acri, Geometriæ ſtudio ab ipſa pueritia ſeſe dedit. Mox adulta ætate profectus eſt in Ægyptum; quod tum facere Græci fere omnes ſolebant, ut Ægyptiorum Sapientiam, quæ maxima ferebatur, perciperent. Erat tum in iis regionibus Conon unicus cœli Syderumque ſpectator, quem ſibi Archimedes familiariſſimum fecit, tantoque in honore habuit, ut unum ſibi ſuorum operum indicem deligeret. Itaque et vivum omni officiorum genere excoluit, et mortuum, haud ſecus quam mater unicum filium, eluxit. Præclarum ibi ingenii ſui documentum dedit aggeribus extructis, cochleaque inventa, cujus ope exundantis Nili fluminis aquas exprimeret. Alias præterea regiones adiit, atque in iis aliquandiu commoratus eſt. Tandem reverſus a longa peregrinatione domum ſe recepit, atque ibi libros magna ex parte compoſuit, qui adhuc extant, quique otium et quietem hominis minime peregrinantis requirere videntur. Tanto autem animi ardore in meditando fuiſſe traditur, ut cibi interdum ac ſomni, aliorumque, quæ corpori curando neceſſaria ſunt, oblivifceretur! Quin etiam cum in balneum deſcenderet, figuras in foco deſcribere ſolebat, corpuſque, ſi quando ungeretur, notis digito interſtinguere. Atque hinc factum eſt, ut vana etiam de illo crederentur, Sirenen quamdam familiarem habuiſſe, quæ ipſum voce cantuque perpetuo deliniret. Interim accidit anno ab U. C. DXL, ut Marcellus Conſul Syracuſas obſideret; quo maxime tempore, qualis quantuſque Vir Archimedes eſſet, cognitum eſt. Nam patriam ſuam adverſus Romanos hoſtes menſes octo unica arte defendit, atque ita defendit, ut ii confecti labore ac tædio ab ejus oppugnatione abſiſterent; tantum in uno viro præſidii fuit. Sed cum ea tandem Dianæ feſto dolo capta eſſet, et a militibus diriperetur, ipſe formis intentus, quas in pulvere deſcripſerat, ab ignaro milite quis eſſet, interfectus eſt. Ægre id Marcellus tulit, ejuſque ſepulturæ curam habuit, et conquiſitos propinquos a militari licentia prohibuit. Sepultus eſt ad portas Agragianas, atque ejus monumento columella impoſita, quod ille propinquis et amicis mandaverat, in qua inerat ſphæræ figura et cylindri; adjectis ſenariis verſibus, quibus quæ ipſius ſphæræ ad cylindrum proportio eſſet, declarabatur. Quod monumentum M. Cicero, cum prætor in Sicilia eſſet, ignoratum a Syracuſanis, ut ipſe ait, exciſis vepribus et dumetis, quibus undique veſtiebatur, detexit. Porro cum plures in Græcia Philoſophi ingenii atque doctrinæ laude floruerint, nemo unquam tantam ſibi apud poſteros nominis celebritatem peperit. Cum enim plurimos antiquitas celebraverit, hunc potiſſimum divinis prope laudibus extulit; quas ſi quis perſequi velit, ut longam ac moleſtam, ita non neceſſariam rem ſuſcipiet. Nam ille, meo judicio, fruſtra laudatur, cujus opera extant, unde ſua cuique commendatio venit. Quamvis autem nonnulla Archimedis opera temporis injuria interciderint, tamen plurima eaque nobiliſſima ad nos pervenerunt.

Quæ cum ego animadverterem nondum ea cura edita eſſe, quæ tamen in libris levium quoque Scriptorum, pro ſæculi hujus felicitate, ponitur, operæ pretium me facturum exiſtimavi, ſi in iis operam meam qualemcunque diligentiamque collocarem. Itaque duo mihi propoſui, quæ potiſſima habenda ſunt: primum ut ea emendarem; deinde vero emendata latino ſermone fideliter, et, quantum argumenti ratio pateretur, eleganter etiam exprimerem. Quorum poſtremum me facile præſtare poſſe credebam, ſi primum illud ex voto ſucceſſiſſet. Hoc autem arduum maxime videbatur, quod antiquiſſimus quiſque Scriptor corruptiſſimus fere ſit; præſertim ſi de rebus minime obviis pertractaverit. Cum enim Amanuenſes in iis ipſis tam multa peccent, quæ perſpicua ſunt, quanto plura peccabunt in illis, quæ obſcura natura ſua caligine quadam obducuntur? Illud tamen occurrebat, cum quæcunque Archimedes ſcripſit, ea certa ratiocinatione demonſtraverit, me in iis, quæ forte depravata eſſent, emendandis haud dubiis conjecturis inniti poſſe. Qua cogitatione erectus

Archi-

Archimedis libros, quam poſſem, diligentiſſime recognoſcendos ſuſcepi, uſus editione Baſileenſi An. MDXLIV, quæ ab antiquo codice ſingulari fide deſcripta cum fuerit codicis ipſius loco habenda eſt. Nam qui eam adornavit Thomas Venatorius Vir doctus ac diligens nihil ſibi ne in iis quidem licere voluit, quæ manifeſto corrupta eſſent, et abſque ullo errandi periculo corrigi poſſent. Ac primum librorum ordo immutandus fuit, ut ille antecederet, qui tempore prior eſſet; deinde cæteri ſequerentur, ut ab Auctore quiſque ſuo conſcripti ſunt, et alter ab altero pendet. Itaque eos ita diſpoſui, ut primum locum teneant libri duo de Planorum Æquilibriis, libro de Quadratura Paraboles interjecto; deinde duo libri ſuccedant de Sphærâ et Cylindro, eoſque libellus de Circuli Dimenſione excipiat; mox ſubjiciatur liber de Helicibus, atque huic proximus ſit liber de Conoidibus et Sphæroidibus; denique agmen claudat liber, qui Arenarius inſcribitur. Libri autem duo de iis, quæ in humido vehuntur, itemque alius, qui Archimedis, ut aliqui credunt, Lemmata continet, ſeorſum poſiti ſunt, quod Græce ſcripti non extent, neque certo ſtatui poſſit qui potiſſimum locus iiſdem tribuendus ſit. Cæterum librum de Paraboles Quadratura ponendum eſſe ante libros duos de Sphæra et Cylindro colligitur ex epiſtola horum alteri præmiſſa, in qua Archimedes ad Doſitheum familiarem ſuum ita ſcribit: *πρότερον μὲν ἀπεστάλκαμέν σοι τὰ ὑφ' ἡμῶν ἐσκεμμένα γράψαντες αὐτῶν ἀποδείξεις· ὡς ὅτι πᾶν τμῆμα, τὸ περιεχόμενον ὑπό τε εὐθείας, καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομῆς ἐπίτριτόν ἐστι τριγώνου τοῦ ἔχοντος βάσιν τὴν αὐτὴν τῷ τμήματι, καὶ ὕψος ἴσον· νῦν δὲ τινῶν προσπεσόντων θεωρημάτων πεπραγματεύμεθα τὰς ἀποδείξεις· ἅ ἐστι τοιαῦτα. Πρῶτον μὲν ὅτι σφαίρας ἡ ἐπιφάνεια τετραπλασία ἐστὶ τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν αὐτῇ.* Hic autem liber medius interponendus erat inter duos de Planorum Æquilibriis; quoniam ab eorum altero lucem accipit, alteri ipſe præbet. Quod ſi quis quærat cur libris de Sphæra et Cylindro libellus de Circuli Dimenſione appoſitus ſit, hic ſciat præcipua theoremata, quæ in iis demonſtrantur, uſui non eſſe, niſi Circuli Dimenſio habeatur. At vero quo ordine duo libri ponendi ſint, alter de Helicibus, alter de Conoidibus et Sphæroidibus, epiſtola docet primo illi præmiſſa, in qua poſtquam Archimedes theoremata recenſuit, quæ in poſtremo hoc continentur, ait: *τούτων δὲ αἱ ἀποδείξεις οὔπω τοι ἀποστέλλονται.* Quod autem ad librum attinet, qui Arenarius inſcribitur, ut eum recte prætuleris duobus libris, quos modo diximus, ita aliis, qui eos antecedunt, poſtponendus eſt.

Jam diſpoſitis eo ordine, quem ſupra memoravi, Archimedis libris, nihil prius mihi faciendum putavi, quam ut ſingulos attente perlegerem, et a librariorum mendis, ſi quæ eſſent, repurgarem. Et multa ſane occurrerunt, eaque non parvi momenti, quæ medicam manum requirerent. Nam voces aliæ corruptæ erant, aliæ confuſæ, aliæ ex duabus pluribuſve compoſitæ, aliæ contra in duas pluresve diviſæ, quæ neque ipſæ per ſe, neque ſimul conjunctæ quidquam ſignificabant. Quid quod integræ ſententiæ interdum deerant, eæque ejuſmodi, ut non paucis verbis, ſed aliquibus periodis conſtarent. Non tamen animum deſpondi, cum cogitarem nihil eſſe tam arduum, quod perfici ab homine non poſſit, ubi ſtudium ac diligentiam adhibeat. Atque illud primum quæſivi num quis forte in Archimedis libris emendandis operam poſuiſſet. Cumque inveniſſem fuiſſe aliquos, et quidem præcipuos Commandinum, Rivaltum, Barrowium, Walliſium, hos omnes conſului, et quid unuſquiſque præſtitiſſet diligenter conſideravi. Quamvis autem omnes optime de Archimede meriti ſint, tamen Walliſius tantum præſtat, ut huic uni multo plus, quam cæteris omnibus debeatur. Itaque cum adjutoribus in paucis quibuſdam ſim uſus Commandino, Rivalto, et Barrowio, unum Walliſium in Circuli Dimenſione, atque Arenario ſecutus ſum. Quod quamvis ſuo loco confeſſus ſim, ut virum ingenuum decet, tamen hic quoque profiteri placet, ne quis forte putet, pro ea, quæ ſæculum tenet, carpendi omnia libidine, me aliena pro meis venditare voluiſſe. Illud etiam percommode accidit, quod latina Archimedis verſio quam Joannes

Cremonenſis olim confecerat, Nicolai V. Pontificis juſſu cum deſcripta diligenter fuiſſet a Joanne Regiomontano, qui eam ab amicis acceperat, paulo poſt Baſileam tranſmiſſa, atque una cum Archimede edita eſt. Cum enim Cremonenſis codice uſus ſit aliquanto emendatiore, quam ſit Baſileenſis, nonnulla quæ in hoc depravata erant hujus Verſionis ope emendavi; plura etiam emendaturus, ſi quantum ille Græcam linguam, tantum Geometriam calluiſſet. At ubi hæc Verſio defecit, defecit autem in pluribus, ingenio et conjectura uſus ſum, quæ ut in cæteris lubrica eſt atque incerta, ita in iis ſtabili veſtigio ingreditur, quæ non hominis arbitrium, ſed veritas regit ac moderatur. Hac potiſſimum duce Archimedem totum in integrum reſtitui; ut nihil jam ſit in ejus ſcriptis, quod hominem Geometriæ peritum morari poſſit; ſi locum unum excipias, quem ſuſpicor mendoſum eſſe; ſed ideo non attigi, quod nihil de eo explorati habeam. Is eſt in epiſtola præmiſſa libro de Helicibus, in qua poſtquam theoremata ordine expoſuit, quæ ſcripta in quodam Cononis libro reperiebantur, tria quædam excipit, quæ ſejuncta ab aliis erant, eaque ut falſa traducit. Hæc autem theoremata hujuſmodi ſunt. Primum: "Si ſphæra plano ſecetur in inæquales partes, majus ſegmentum ad minus rationem habet ejus duplam, quam habet major ſuperficies ad minorem." Alterum: "Si ſphæra plano ſecetur in inæquales partes ad rectos angulos alicui diametro earum, quæ in ſphæra ſunt, majus ſegmentum ad minus eandem rationem habet, quam majus ſegmentum diametri ad minus." Tertium: "Si ſphæræ alicujus diameter ſecetur, ita ut quadratum, quod a majore ſegmento deſcribitur, triplum ſit quadrati, quod deſcribitur a minore ſegmento; planumque, quod per id punctum agitur ad rectos angulos ipſi diametro, ſphæram ſecet; talis ſpecie figura, quale eſt majus ſphæræ ſegmentum, maxima eſt omnium ſegmentorum, quæ æquali ſuperficie comprehenduntur." Credamuſne præcipuum illud theorema Cononem ignoraſſe, cujuſlibet ſphæræ ſuperficiem quadruplam eſſe circuli maximi omnium, qui in ipſa ſunt? Ex quo alterum ſponte fluit; cujuſlibet ſegmenti ſphæræ ſuperficiem æqualem eſſe circulo, cujus ea, quæ ex centro, æqualis eſt rectæ lineæ, quæ a vertice ſegmenti ducitur ad circumferentiam circuli, qui eſt baſis ſegmenti. At contra Archimedes affirmare videtur non modo illud theorema Cononem inveniſſe, ſed alia etiam plurima, quibus longe Geometriæ fines amplificaverit. Hoc autem ſi non ignorabat, quomodo in librum ſuum referre potuit prima duo, quæ modo attulimus, theoremata, quæ ſimul componi nequeunt? Nam primum, quod ſtatuit majus ſegmentum ad minus rationem habere ejus duplam, quam habet major ſuperficies ad minorem, concludit hæc ſegmenta rationem habere ejus duplam, quam habet majus ſegmentum diametri ad minus. Atqui hoc manifeſte pugnat cum altero theoremate, quod ponit, majus ſegmentum ad minus eamdem, quam majus diametri ſegmentum ad minus, rationem habere. Quid quod Archimedes ipſe initio epiſtolæ, quam memoravimus, duo tantum theoremata falſa eſſe pronuntiat, et tamen paulo poſt tertium quoque recenſetur? Libet ipſa ejus verba hic afferre, ut ego illa, cum corruptiſſima eſſent, emendavi. Καὶ γὰρ συμβαίνει δύο τινὰ τῶν ἐν αὐτῷ εἰμὲν κεχωρισμένα, τέλος δὲ ποτιδεξόμενα· ὅπως οἱ φάμενοι μὲν πάντα εὑρίσκειν, ἀπόδειξιν δὲ αὐτῶν οὐδεμίαν ἐκφέροντες ἐλεγχθῶντι, εἰ πώθ᾽ ὁμολογηκότες εὑρίσκειν τὰ ἀδύνατα. Quid ergo dicendum eſt? Non aliud profecto, quam ſecundum theorema interpoſitum a quopiam temere eſſe, cum Archimedes primum, tertiumque tantummodo attulerit; atque ideo rejici debere. Sed quoniam hæc ſuſpicio nunc mihi primum oborta eſt, neque ea eſt adeo gravis, ut homines ad ambigendum proniores movere queat, rem integram relinquendam eſſe, nihilque omnino immutandum cenſui. Cæterum hoc uno loco excepto reliquos omnes conjiciendo emendavi, ut nullus jam ſit, qui negotium legenti faceſſere poſſit. Quod cum dico de iis loquor, quorum ſententia depravata erat. Nam ubi ea integra eſſet, loquendi modos, ſi qui forte minus proprii occurrerent, retinui: quos dum aliqui plus æquo fidentes in antiquis ſcriptori-

bus

bus emendare volunt, corrumpunt. Exemplum rei hujus in Thucydide habemus, qui cum ſcripſiſſet: ὧν ἐνθυμηθέντες, καὶ νεώτερός τις παρὰ πρεσβυτέρου αὐτὰ μαθὼν, ἀξιούτω τοῖς ὁμοίοις ἡμᾶς ἀμύνεσθαι· repertus eſt qui dictionis novitate, ἐναλλαγὴν Græci vocant, offenſus, pro ἀμύνεσθαι, legendum cenſeret ἀμείβεσθαι. Quod monet Vetus Scholiaſtes hiſce verbis: ἀμύνεσθαι, ἀντὶ τοῦ ἀμείβεσθαι. Μόνος δὲ Θουκυδίδης ἐνταῦθα κέχρηται τῇ ἐναλλαγῇ τῆς λέξεως, ὥς καί τινας ἐναλλάττειν τὴν γραφὴν, καὶ γράφειν ἀμείβεσθαι. Οὐκ ἔστι δέ. Quamvis autem quæcunque ego emendavi et correxi adeo certa ſint ut omnia fere præſtare audeam; ea tamen ita in contextum recepi, ut quæ loco moviſſem in extremam quamque paginam rejicerem. Atque id eo conſilio feci, ut præſens cuique ſit de induſtria noſtra judicium; et ſi qua forte minus arrideant, quid ipſe melius præſtare poſſit, ſtatim experiatur.

Illud quoque curandum mihi erat, qui Archimedem emendandum ſuſceperam, ut ipſum in Sicilia natum educatumque patrio ſermone loquentem exhiberem, Civemque patriæ ſuæ quodammodo reſtituerem. Itaque cum libri de Sphæra et Cylindro Attica dialecto conſcripti circumferantur, detrahenda iis erat peregrina veſtis, propriaque induenda; ut non modo res, ſed verba etiam ipſa, quibus explicantur, Archimedis eſſent. Quod enim Walliſius ſuſpicatus eſt, hos etiam libros conſcriptos ab Archimede fuiſſe ea dialecto, quæ propria Siciliæ erat, id ego certiſſimo argumento confirmavi; cum locum quemdam obſervaverim, qui Attice in illis expreſſus cum ſit, in Eutocii commentario Dorice exprimitur. Reperitur hic locus in definitionibus libro primo de Sphæra et Cylindro præmiſſis, atque eſt hujuſmodi: τομέα δὲ στερεὸν καλῶ, ἐπειδὰν σφαῖραν κῶνος τέμνῃ, κορυφὴν ἔχων πρὸς τὸ κέντρον τῆς σφαίρας, τὸ ἐμπεριεχόμενον σχῆμα ὑπό τε τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου, καὶ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας ἐντὸς τοῦ κώνου. Qui in Eutocii Commentario ad ſecundam Propoſitionem libri ſecundi de Sphæra et Cylindro ita effertur: τομέα δὲ στερεὸν καλέω, ἐπειδ' ἂν σφαίραν κῶνος τέμνει τὰν κορυφὰν ἔχων ποτὶ τῷ κέντρῳ τᾶς σφαίρας, τὸ περιεχόμενον σχῆμα ὑπὸ τῆς τοῦ κώνου ἐπιφανείας τὰς ἐντὸς τοῦ κώνου hoc autem pacto emendandus eſt: τομέα δὲ στερεὸν καλέω, ἐπειδ' ἂν σφαῖραν κῶνος τέμνῃ τὰν κορυφὰν ἔχων ποτὶ τῷ κέντρῳ τᾶς σφαίρας, τὸ περιεχόμενον σχῆμα ὑπό τε τᾶς ἐπιφανείας τοῦ κώνου, καὶ τᾶς ἐπιφανείας τᾶς σφαίρας ἐντὸς τοῦ κώνου. Quod autem de duobus libris de Sphæra et Cylindro, idem de Circuli Dimenſione judicari debet. Quis porro Doricam dialectum in hiſce libris immutaverit, incertum eſt. Certe Eutocius Aſcalonita non immutavit, quod tamen docti aliqui Viri exiſtimarunt, qui tunc id facere debuerat, cum commentarios in eoſdem libros conſcripſit. Utcunque res habeat, cum illud certum ſit, hoſce libros conſcriptos ab Archimede fuiſſe eadem dialecto, qua reliqui conſcripti ſunt, conſtitueram Atticos loquendi modos abjicere, iiſque Doricos ſubſtituere, qui Archimedis ingenio, quod proprium cuique ſcribenti eſt, maxime conveniunt. Sed cum Amici, quibus ego plurimum tribuo, dehortarentur ne id facerem, quod moleſtiſſima res eſſet, neque adeo neceſſaria, ut ab ullo magnopere deſideraretur; omnem de ea cogitationem depoſui, partemque oneris mihi detrahi libenter paſſus ſum. Quoniam vero ii quoque libri, qui Dorice ſcripti ad nos pervenerunt, puri putique Dorici non ſunt, ſed plures Atticiſmos admixtos habent, ſatis habui hos diligenter repurgare, abjectiſque, quæ peregrina ſunt, proprio ornatu decoros producere. Hoc tamen ipſum haud ſatis fidenter feci, quod ſcriptor quilibet, ſive antiquus, ſive recentior, ut propriam dialectum in pluribus ſervet, quædam tamen interdum aliis indulget. Thucydides quidem inter cætera habet ἀφύτιος, et ἰθωμῆτα, pro ἀφυτιέως, et ἰθωμήτου; quorum alterum Ionice, alterum Dorice dictum eſt, ut recte obſervavit vetus Scholiaſtes. Quod ſi Attico homini licuit quædam Dorico more inflectere, quidni licuerit Siculo quædam contra inflectere more Attico? Præterea Græcæ linguæ dialecti adeo cognitæ perſpectæque nobis non ſunt, ut quid proprium cujuſque ſit, quid commune habeant, certo ſtatui poſſit. Quam multa enim habet Ionica dialectus, ut cæteras omittam, quæ Doricæ conveniunt! Le-

gimus

gimus ſane apud Herodotum τοὶ, pro οἱ; ὤλλοι, pro οἱ ἄλλοι; ὢν, pro οὖν; μέζονα, pro μείζονα; aliaque hujuſmodi, quæ Dores hoc prorſus pacto pronuntiant. Quid quod Dorica lingua non una eademque eſt, ſed pro variis regionibus, in quibus floruit, varia ſibique diſſimilis. "Aliter enim," ut Corinthus ait, "Cretenſes loquuntur, aliter Rhodii, aliter Argivi, aliter Lacedæmonii, aliter Syracuſii, et Siculi." Poſtremo hæc lingua ne in una quidem regione ſibi conſentit; quod etiam in iis linguis fieri videmus, quæ noſtris temporibus vigent. Itaque in Cretenſium quorumdam populorum decretis, quæ non ita pridem edidit Edmundus Chiſhullius, legimus τῶ, et τοῦ; ἀμὲ, et ἡμεῖς; ποτὶ, et πρὸς; ἦμεν, et εἶναι; διελέγεν, ſive διελέγην, et διελέγησαν. Quibus adde ἐόντας, et ὄντων; ζαμίας, et ἀζήμιοι; στᾶμεν, et πέμπεν; aliaque hujuſmodi, quæ brevitatis gratia prætermitto. Quæ cum ita ſint, quamvis multa in Archimedis libris occurrant, quæ Dorica non ſunt, et aliter alibi ſcribuntur; tamen nihil fere immutavi, ratus ſatius eſſe ſpuria aliqua retinere, quam germana rejicere. Nam illud præterea occurrebat, Siculos omnium Græciæ populorum peſſime locutos; atque ideo mirum non eſſe ſi parum ſibi conſtabant, neque eamdem ſemper in iiſdem vocabulis pronuntiationem retinebant. Eorum linguam Plautus duobus hiſce verſiculis oblique perſtringit.

> Atque adeo hoc argumentum Græciſſat; tamen
> Non Atticiſſat, verum Siciliciſſitat.

Hiſce perfectis, reliquum erat ut codex aliquis manu deſcriptus conquireretur, cum quo Baſileenſis conferri poſſet, ut ejus auctoritate, quæ conjiciendo emendaveram, confirmarem. Cum igitur certior factus eſſem membraneum codicem, quem maxime cuperem, Venetiis in D. Marci Bibliotheca aſſervari, curavi ut ſtatim examinaretur; quæque varia in eo eſſent, miſſis levioribus et inanibus, deſcriberentur. Qua in re operam mihi ſuam pollicitus eſt, cumulateque præſtitit Vir Græcis Latiniſque litteris apprime excultus Antonius Zanettius ejuſdem Bibliothecæ Cuſtos. Verum quod jamdiu animo inſederat, parum in codicibus præſidii eſſe, ſi ipſe proprio judicio uti neſcias, id verum eſſe experientia didici; cum quæ in codice Baſileenſi corrupta erant, ea fere omnia corruptiora in Veneto reperta ſint. Et ſane cum codices deſcribi ſoleant alius ab alio, nulluſque ſit tam antiquus, qui non a pluribus pendeat, neceſſe eſt omnes mendoſos eſſe; dum aliena incurioſe tranſcribimus, veteribuſque vitiis, quæ humanæ naturæ imbecillitas eſt, nova ſemper adjungimus. Non tamen pœnituit codicem illum conſuluiſſe. Nam quædam etiam in eo emendate perſcripta erant, quibus eorum nonnulla, quæ ipſe conjiciendo ſuppleveram, ſi omnino conſentirent, confirmavi; aut, ſi qua ex parte diſcreparent, perpolivi ac retexui. Quin etiam varias ex eo lectiones excerpſi, eaſque, ut optima quæque viſa eſt, extremo margini adſcripſi; rejectis illis, unde nullus eſt uſus, ſed inanis quædam diligentiæ oſtentatio.

Emendatis Archimedis libris, quod primum mihi propoſueram, reſtabat alterum facilius illud quidem, ſed longe moleſtius, ut ſingulos e Græco in latinum ſermonem converterem. Quod cum Joannes Cremonenſis jampridem fecerit, et poſt illum magna ex parte Federicus Commandinus, videbor fortaſſe aliquibus ſi non inutilem, certe non neceſſarium laborem ſuſcepiſſe. Quibus reſpondendum eſt, Cremonenſis verſionem contemnendam non eſſe, ſi temporum illorum ratio habeatur, quibus confecta fuit: at vero in hac tanta litterarum luce, quando nihil niſi perfectum abſolutumque hoc in genere ferri poteſt, nullius eſſe pretii. Nimirum ille Vir Græcis litteris mediocriter imbutus parum admodum peritus fuit latini ſermonis, et, quod caput eſt, Geometriæ; ut vix mediocris Archimedis interpres, nedum optimus, haberi poſſit. Quorum unum cum adeo certum ſit, ut probatione non egeat, placet alterum exemplo, quod primum mihi occurrit, confirmare. Petitionum, quas primo libro de Sphæra et Cylindro Archimedes

præ-

præmiſit, hæc una eſt: τῶν δὲ ἄλλων ἐπιφανειῶν, καὶ τὰ αὐτὰ πέρατα ἐχουσῶν, ἐὰν ἐν ἐπιπέδῳ τὰ πέρατα ᾖ, ἀνίσας εἶναι τὰς τοιαύτας· ἐπειδὰν ὦσιν ἀμφότεραι ἐπὶ τὰ αὐτὰ κοῖλαι, καὶ ἤτοι ὅλη περιλαμβάνηται ὑπὸ τῆς ἑτέρας ἑτέρα ἐπιφάνεια, καὶ τῆς ἐπιπέδε τῆς τὰ αὐτὰ πέρατα ἐχούσης αὐτῇ, ἢ τινὰ μὲν περιλαμβάνηται, τινὰ δὲ κοινὰ ἔχῃ, καὶ ἐλάσσονα εἶναι τὴν περιλαμβανομένην. Quam ego petitionem ita verti: "aliarum vero ſuperficierum, quæ eoſdem terminos habent, ſi in plano terminos habeant, eas inæquales eſſe, quarum utraque ad eaſdem partes cava eſt, alteraque ab altera, et a plano, quod eoſdem ac ipſa terminos habet, vel tota comprehenditur, vel aliquâ quidem comprehenditur, cætera vero communia habet, eamque minorem eſſe, quæ comprehenditur." Quid Cremonenſis? "Aliarum vero ſuperficierum, et eoſdem terminos habentium, ſi in plano terminos habeant, eas eſſe inæquales. Ubi autem ambæ in eaſdem partes cavæ fuerint, et vel altera tota contineatur ab altera, aut alteram earum ab altera ſuperficie, et plano eoſdem cum illa terminos habente, aut ejus partem quidem comprendi conſtet, partem vero communem habere, et comprenſam eſſe comprendente minorem." Itane vero bone interpres? Quæ ſententia una eſt, hanc tu in duas dividis: atque id adeo inepte facis, ut altera falſa ſit, altera autem nulla. Quod ſi tam fœde lapſus eſt in re facili atque obvia; quod tamen et Rivalto contigit; quid ab illo expectandum eſt in difficilioribus, in quibus Viri etiam acuti interdum falluntur? Ad Commandinum quod attinet, Græcas quidem Latinaſque litteras optime calluit; ſed non omnes Archimedis libros convertit, ſive longi laboris tædio, ſive peculiari quodam litterarum fato, quo fit ut nihil fere perfectum abſolutumque ab uno homine habeatur. Neque enim numerantur inter libros a Commandino converſos libri duo de Sphæra et Cylindro, aliique item duo de Planorum Æquilibriis, quos tamen ille vidit, et in libro de Paraboles Quadratura pluries laudavit. Cum igitur hi libri neceſſario interpretandi mihi eſſent, cæteros quoque interpretari placuit, ut una in omnibus oratio ac ſtilus appareret. Neque enim inertiæ crimen effugiunt qui Græcum aliquem Auctorem edituri onus inter amicos partiuntur, et cum plura ſint ejus opera, ſuum cuique vertendum tradunt. Illud etiam accedit, quod quamvis plurima Commandinus egregie interpretatus ſit, aliqua tamen ſecus, atque debebat, accepit; præſertim in Arenario, quod codice uſus ſit valde mendoſo, in quo nonnulla adeo depravata erant, quemadmodum ipſe teſtatur, ut qualia eſſent divinandum ipſi fuerit; neque tamen aſſecutus ſit. Quæ omnia cum corrigenda eſſent, liberque ipſe quibuſdam in locis veluti retexendus, fieri non poterat quin aliqua in illum ſtili varietas induceretur, quæ maxime fugienda eſt. Nihil enim æque offendit paullo delicatiores aures, quam multiplex ſcribendi genus; ut ille tolerabilior videatur qui æquabili ſtilo utitur, licet minus eleganti, quam qui elegantiſſimo, ſed vario ſibique diſſimili. Porro Commandinus quamvis latini ſermonis naturam probe noverit, atque ideo omnia fere ad optimæ ætatis conſuetudinem exprimat, verba tamen habet, verborumque compoſitiones, quæ latinæ non ſunt. Quarum exempla non affero, quod invidioſa res ſit; cum præſertim ſciam in Geometra elegantiam, ſi afferat, probari; ſi non afferat, non valde requiri.

Hactenus de Græcis Archimedis libris; nunc pauca quædam de duobus illis dicenda ſunt, qui περὶ ὀχουμένων inſcripti temporis injuria interciderunt. Hos latine quondam redditos in vetuſto quodam codice reperit Nicolaus Tartalea, deſcriptoſque diligenter aliquatenus emendavit; non tamen eodem tempore, ſed ſpatio aliquo, ut videtur, interpoſito. Primus enim utrumque Venetiis in vulgus emiſit Trojanus Curtius An. MDLXV, nempe viceſimo ſecundo poſtquam Tartalea eorum alterum ibidem edidit. Neque vero dubium eſſe poteſt quin libri iſti Archimedi aſcribi debeant, cum eos Strabo non modo memoret, ſed propoſitionem etiam afferat, quæ in eorum primo poſita ſecundo loco eſt. Verba ejus hæc ſunt, quibus Eratoſthenem irridet, quod Archimedis ſententiam de humidi

natura atque forma non probaverit: ὁ δὲ ἔτως ὁδὸς ἐστι, ὥστε ϗ μὴ μαθηματικὸς ἂν ἐάσαι τὴν Ἀρχιμήδους βεβαιοῦν δόξαν, ὅτι φησὶν ἐκεῖνος ἐν τοῖς περὶ τῶν ὀχουμένων, παντὸς ὑγροῦ καθεστηκότος ϗ μένοντος τὴν ἐπιφάνειαν σφαιρικὴν εἶναι. Huc etiam afferri ſolet Pappi auctoritas; ſed ea incertior eſt, quam ut cum Strabonis auctoritate conferri poſſit. Quamvis enim ipſe quoque Archimedis ὀχούμενα memoret, tamen incertum eſt quid eo nomine intelligat; num opus, quod hoc titulo habemus, an quædam hydraulica, quæ melius etiam cum Heronis ſpiritalibus conjungi videntur. Verba Pappi hæc ſunt: καλοῦσι δὲ μηχανικοὺς οἱ παλαιοὶ ϗ τοὺς θαυματουργούς, ὧν οἱ μὲν διὰ πνευμάτων φιλοτεχνοῦσιν, ὡς Ἥρων πνευματικοῖς· οἱ δὲ διὰ νευρίων, ϗ σπάρτων ἐμψύχων κινήσεις δοκοῦσι μιμεῖσθαι, ὡς Ἥρων αὐτομάτοις, καὶ ζυγίοις· ἄλλοι δὲ διὰ τῶν ἐφ' ὕδατος ὀχουμένων, ὡς Ἀρχιμήδης ὀχουμένοις. Cæterum cum Commandinus in libros, quos memoravimus, eodem fere tempore incidiſſet, quo illos Tartalea invenit, egregiam in iis operam inſumpſit. Nam orationem, quæ barbara plerumque erat, expolivit, menda correxit, loca mutila redintegravit, duaſque, quæ deerant, Propoſitiones proprio Marte explevit: ut qui hoſce libros cum prioribus illis conferat a Tartalea emendatis facile intelligat quantum vir viro præſtet. Itaque cum cæteris addendi eſſent, unum Commandinum ſecutus ſum; niſi quod eorum titulum aliquantulum immutavi, et quos ille de iis, quæ in aqua vehuntur, ego de iis, quæ vehuntur in humido, inſcripſi: propterea quod Græcum verbum ὀχεῖσθαι latiſſime patet, vehique generaliter ſignificat. Porro licet Commandinus talia ac tanta in iis præſtiterit, qualia quantaque ea ſunt, quæ memoravimus, aliquem tamen induſtriæ noſtræ locum reliquit. Nimirum Propoſitio altera libri ſecundi hujuſmodi eſt, ut eam edidit Trojanus Curtius. "Recta portio conoidis rectanguli, quando axem habuerit majorem quam hemiolium ejus, quæ uſque ad axem, omnem proportionem habens ad humidum in gravitate, demiſſa in humido, ita ut baſis ipſius non tangat humidum, poſita inclinata non manet inclinata, ſed recta reſtituetur." Quæ hoc pacto a Commandino elegantius exprimitur. "Conoidis rectanguli recta portio, quando axem habuerit minorem quam ſeſquialterum ejus, quæ uſque ad axem, quamcunque proportionem habens ad humidum in gravitate, demiſſa in humidum, ita ut ipſius baſis humidum non contingat, et poſita inclinata, non manebit inclinata, ſed recta reſtituetur." Vides Propoſitionem utramque convenire, niſi quod conditio de axis magnitudine immutata eſt, quæ in illa quidem jubetur data quadam recta major eſſe, in hac autem minor. Et recte quidem Commandinus animadvertit verbum majorem mendoſum eſſe; ſed illud retinere debuit, non in minorem mutare; addita tantum negativa particula non, quæ facile, in Græco præſertim exemplari, excidere potuit. Quæ emendatio, licet exigua videatur, tamen tanti eſt, ut Propoſitio illa, niſi hæc recipitur, vera quidem ſit, ſed parte ſui mutila atque trunca. Quod enim Archimedes de recto conoide pronuntiat, id verum eſt, ſive ejus axis minor ſit recta, quam diximus, ſive eidem ſit æqualis; quorum utrumque τὸ, "non major," comprehendit. Quod cum adeo perſpicuum ſit, ut cuivis vel legenti appareat, non modo Commandinus, ſed ne Barrowius quidem animadvertit: ne quis veterum ſcripta reparare cupiens animum deſpondeat, omniaque ſibi prærepta a prioribus exiſtimet.

Sunt qui exiſtiment Archimedem librum ſcripſiſſe præter illos, quos memoravimus, qui Lemmata vocaretur, quod conjectæ in illum eſſent quædam Propoſitiones, quæ ipſæ per ſe ſtarent, viamque difficilioribus ſternerent. Hic autem liber ad noſtram uſque ætatem pervenit, quemadmodum ipſi volunt, non Græco ſed Arabico ſermone conſcriptus, ſtudio atque opera Thebitii Ben-Koræ Geometræ apud Arabas in primis clari, qui tamen liberioris interpretis munere functus eſt. Sed egregie meo quidem judicio, falluntur, dum ſibi perſuadent, aut perſuadere aliis volunt librum aliquem Archimedis hoc titulo unquam fuiſſe. Cujus inſtitutum hoc eſt, ut omnia ſuo loco demonſtret, et ſi quid interdum, ne orationis filus abrumpatur, omittit, in fine ſtatim ſubjiciat. Hinc ſolemnis ejus clauſula, quaſique con-

contrita: *τοῦτ' ἐπὶ τέλει δειχθήσεται.* Quod autem Eutocius vetuſtum quemdam librum memorat, in quo duo quædam Archimedis theoremata continebantur, id levius eſt, quam ut refelli debeat. Neque enim totum librum, ſed partem ipſius aliquam Archimedi tribuit; idque non affirmate, ſed dubitatione aliqua injecta. Ait enim: *τῶν μέντοι ζητουμένων ἔχειν τὴν ὑπόμνησιν, ἐν μέρει δὲ τὴν Ἀρχιμήδει φίλην Δωρίδα γλῶσσαν ἀπέσωζεν, καὶ τοῖς συνήθεσι τῷ ἀρχαίῳ τῶν πραγμάτων ὀνόμασιν ἐγέγραπτο· τῆς μὲν παραβολῆς ὀρθογωνίου κώνου τομῆς ὀνομαζομένης, τῆς δ' ὑπερβολῆς ἀμβλυγωνίου κώνου τομῆς· ὡς ἐξ αὐτῶν διανοηθῆναι, μὴ ἄρα καὶ αὐτὸς εἴη τὰ ἐν τῷ τέλει ἐπηγγελμένα ὑπεσχόμενος γράφεσθαι.* Præterea vetus ille liber, cujuſcunque tandem fuerit, diverſus longe erat ab illo, quem nobis Arabum diligentia ſervavit. Neque enim continet duas illas Propoſitiones, de quibus Eutocius loquitur, pluresque contra habet, quæ in mathematicis Pappi collectionibus leguntur. Quin Propoſitio omnium prima Pappi ipſius eſt, qua Apollonii doctrinam de contactibus illuſtrare nititur. Quocirca crediderim varias in eum librum Propoſitiones congeſtas eſſe, quæ maxime illuſtres circumferebantur, quæque periculum erat ne interciderent, niſi in unum colligerentur. Cum autem Archimedis nomen paucis quibuſdam adſcriptum eſſet, illud ad omnes tranſlatum eſt; atque ita clarior unius fama, quod fere fit, multorum memoriam obliteravit. Cæterum quædam in eo libro Propoſitiones occurrunt, quæ Archimedis ingenium præ ſe ferre videntur; cujuſmodi ſunt quæ ad Arbeli dimenſionem pertinent: idque me potiſſimum impulit, ut cæteris Archimedis libris hunc quoque adjungerem. Cujus Arabicum exemplar libenter edidiſſem, quod Florentiæ in Bibliotheca Palatina aſſervatur, quo major mihi apud eruditos gratia quæſita eſſet, ſi obtinere potuiſſem ut illud Veronam transferrem. Neque enim vitæ meæ ratio permiſit ut ego me illuc conferrem, disjectis vinculis, quibus aliquot jam annos intra domeſticum limen cohibeor. Sed cum duæ latinæ libri hujus Verſiones eodem fere temporis articulo confectæ ſint, altera a Joanne Gravio, altera ab Abrahamo Ecchellenſi, poſtremam hanc prætuli, in quam operam contulit Joannes Alphonſus Borrellus, quæ doctis Viris valde probatur. Una res offendit, quod is non contentus Propoſitiones expreſſiſſe, quæ ſolæ in pretio habendæ, ut Græcorum hominum, erant, ſcholia etiam adjecit Arabi cujuſdam Auctoris cognomento Almochtaſſi, Viri ſocordis, ejuſque Artis, quam profitebatur, minus periti. Quæ ego partim non neceſſaria, partim etiam inepta, ne cum ſolidis inania conjungerem, prætermiſi. Duas autem Propoſitiones, quas ille affert ex Abuſahal Alkuhi, ideo rejeci, quod propoſitum mihi eſſet nihil edere, quod non e Græcis fontibus ductum ſit. Et quoniam Propoſitio quædam eſt, quæ generalibus verbis concepta peculiariter demonſtratur, quod quidem tribuendum videtur Arabo interpreti, qui Græci Auctoris mentem non aſſecutus argumentationem, quæ forte interciderat, minus recte ex ingenio ſupplevit; hanc ego de integro demonſtravi, ingreſſus viam, quæ mihi ut facilior, ita elegantior viſa eſt.

Et in his quidem quæſita aliqua mihi eſt ſive ingenii, ſive induſtriæ laus. Quod nunc ſubjiciam, hominem oſtendit magis diligentem quam ingenioſum, qui nullum Auctoris ſui monumentum obſcurum eſſe patitur. Nimirum cum intellexiſſem plura Opera Mechanica confecta ab Archimede fuiſſe, omnia diligenter conquiſivi, atque in unum collegi, ne iis quidem omiſſis, quæ nomine tenus nota ſunt. Nam mirum illud navigium, quod Hiero Rex Syracuſarum conſtruxit, Archiæ cuidam Corinthio, non Archimedi tribuendum eſt: quippe ille Architectus, hic præſes inſpectorque ejus operis fuit. Hæc autem opera ita referre placuit, ut a Græcis, Latiniſque Scriptoribus memorata ſunt; ſelecto inter multos antiquiſſimo quoque, niſi ſi recentior aliquis accuratior plenior que in deſcribendo fuiſſe viſus eſt. Quod dum feci, non tam aliorum auctoritati, quam fidei meæ conſulere volui: ne cum quædam narrarem, quæ fidem prorſus excedunt, ea ipſe præſtare viderer. Quis enim non inter aniles fabulas referat, quod aliqui tradunt, Archimedem hoſtium naves,

injectis

injectis earum proris ferreis manibus, ſuſtuliſſe, aut portum ſubeuntes comburentibus ſpeculis incendiſſe? Quod tamen poſtremum, cum neque Polybii, neque veteris ullius Scriptoris auctoritate firmetur, facile refutaveris. Et ſane quod ſpeculum fabricari potuit ea magnitudine, ut exceptos ſolis radios in tantam longitudinem jaceret? Qui ſi eo pertingere potuiſſent, quo intendebantur, nullum tamen inde navi periculum fuiſſet, quod ſua ipſa agitatione vitaret. Hoc tamen ipſum ſeu falſo creditum, ſeu in majus auctum, e celebritate viri originem duxit. Et magna illum ac mirifica præſtitiſſe dicas, cui incredibilia affingebantur. Neque vero prætermittendum aliquid erat quod Archimedis nomine celebraretur. Itaque ea quoque ſubjicere oculis volui, quæ aut incerta in aliquibus Bibliothecis latent, aut minime dubia nobis longa ætas corrupit. Hæc autem deſcripta e Græca Joannis Fabricii Bibliotheca poſtremo loco poſita ſunt.

Jamque videbar ſuſcepto labori finem impoſuiſſe, cum occurrit animo fore pleroſque, qui Eutocii commentarios deſiderent Aſiatici hominis, et explanandi arte inſignis. Hic oriundus Aſcalone nobili Paleſtinæ urbe ante annos floruit mille circiter et ducentos; utpote qui præceptore uſus eſt Iſidoro Mileſio Architecto in primis claro, qui Juſtiniano imperitante una cum Anthemio Tralliano ſuperbum illud D. Sophiæ templum extruxit. Inter commentarios quos in Archimedem conſcripſit duo illi maxime celebrantur, quibus divinum opus de Sphæra et Cylindro illuſtravit. Quorum alter longe quidem uberrimus plurimi faciendus eſt, in quo varii modi traduntur, quibus veteres Geometræ celebre illud problema de cubo duplicando expedire conati ſunt. Deſcribuntur autem in illo plures machinæ perquam ingenioſæ, quarum, quæ ingenioſiſſima eſt Eratoſthenis, parum ab illa differt, quam in tertio Geometriæ libro Carteſius proponit. Quod quidem ſilentio libens prætериiſſem, niſi ejus fama hoc in genere laboraret; objectumque ei eſſet, quod gloriam ſibi ex aliorum inventis interdum quæſierit. Sed illud in primis jucundum eſt plura Geometrarum ſcripta cognoſcere, quorum pleraque interciderunt, nempe Philonis, Dioclis, Spori, Menechmi, Eudemi, Architæ, Eratoſthenis, Nicomedis, Heronis, quorum poſtremus librum de fornicatis parietibus, teliſque fabricandis compoſuit. Quod dum reputo ſatis mirari non poſſum Græcorum diligentiam, qui de rebus omnibus quantumvis exiguis ſcribebant, modo ad neceſſarios vitæ uſus utiles eſſent. Præterea quædam in hoc commentario verba occurrunt, ut levia quoque attingam, quibus Græcam linguam locupletaveris, cujuſmodi ſunt σωληνίζομαι, χοινικίδες, et κίρκινος; quod poſtremum non Græcum ſed latinum hucuſque habitum eſt. Qui autem Commentarius proxime ſequitur in Circuli Dimenſionem vel ideo in pretio habendus eſt, quod ex eo colligitur quam difficilis atque implexa Græcorum Logiſtica fuerit. Cujus Artis præcepta complexus eſt Pappus duobus primis collectionum ſuarum libris hauſta fortaſſe a Magno, cujus λογιστικὰ Eutocius memorat. Nam Græci ad numeros exprimendos alphabeti litteras adhibebant, non habita, ut hodie fit, ratione loci, in quo collocantur; quæ cum variæ eſſent atque multiplices haud mediocrem vel exercitatiſſimo computatori moleſtiam afferebant. Neque vero contemnendi ſunt commentarii quibus libros de Planorum Æquilibriis Eutocius expoſuit: quamquam in iis, ut verum fatear, levia quædam nimia cura perſequitur, gravioribus quod interpretum vitium eſt, ſilentio tranſmiſſis. Nam propoſitio ſexta libri primi prætermiſſa ab eodem eſt, quæ tamen omnium potiſſima, utpote quæ principium demonſtrat, cui mechanica ars tota innititur, vitio aliquo laborare videtur. Quo factum eſt, ut docti aliqui viri ſuſpicati ſint Opus iſtud Archimedis non eſſe; licet nulla ſatis firma ratione permoti. Nam cæteræ propoſitiones ſolidiſſimæ ſunt; et hanc ipſam concutias facilius, quam evertas. Ipſe etiam ſtilus Archimedis eſt, qui ſemet ipſum horum

horum librorum auctorem prodit, dum in eorum altero Propoſitione V. librum de paraboles quadratura citat his verbis: δέδεικται γὰρ ἐν ἄλλοις, τὰ τμάματα ἐπίτριτα ἦμεν τῶν τριγώνων. Num ita loqui ſolet qui aliena memorat? Verum hoc obiter. Illud dolendum eſt, quod neque iſti commentarii, neque cæteri, quos memoravimus, uno in Circuli Dimenſionem excepto, digni habiti ſint, in quibus aliquis ingenii vires exerceret. Nam præterquam quod hominum diligentia æmulatione intenditur, minus in iis laborandum eſt, quæ ipſe primus non attingas; quando aliena facilius correxeris, quam ipſe tua propoſueris. Itaque major prope cura adhibenda mihi fuit in Eutocio, quam in Archimede ipſo recognoſcendo; quamvis ille, ut recentior, ita incorruptior aliquanto ad nos pervenit. Atque hæc cauſſa fuit, cur Archimedem in Eutocii domo conquirerem, ubi melius quandoque, quam in propria habitabat. Quod ſi qua ſententia cum eadem utrobique ſit verbis aliquibus diſcrepat, id ex editionum varietate repeti debet. Quando enim Eutocius ſuos commentarios confecit editione uſus eſt longe optima, quam præceptor ejus Iſidorus Mileſius recognoverat, ut ipſe monet his verbis, quæ in fine cujuſque commentarii ſubjecit: Εὐτοκίου Ἀσκαλωνίτου ὑπόμνημα, ἐκδόσεως παραναγνωσθείσης τῷ Μιλησίῳ Μηχανικῷ Ἰσιδώρῳ ἡμετέρῳ διδασκάλῳ. Cæterum illud non tam in Archimede quam in Eutocio expertus ſum, quam arduum ac difficile ſit Græcorum monumenta latinis litteris tradere. Nam Romani eloquentiæ ſtudio unice dediti, quod in Republica maxime viget, Geometriam, cæteraſque fere diſciplinas comtemnebant, quaſi eæ homini ingenuo minus convenirent. Hinc fit, ut ſi quid de rebus hujuſmodi ſcribendum ſit, nullum fere auctorem habeas, quem imitere. Quo major mihi gratia habenda eſt eximio hujus ætatis ſcriptori Jacobo Facciolato Patavino, quem ego unum per litteras conſului, quoties aliquid incidit, quod ſine ſumma Latinæ linguæ peritia expediri non poſſet. Nec ille pro ſua erga me benevolentia, licet graviſſimis occupationibus diſtrictus, quærenti mihi unquam defuit. Nam ut eſt humaniſſimus, colendiſque amicitiis in primis natus nihil antiquius ducit, quam quos maxime caros habet opera atque conſilio juvare.

Utinam vero Eutocius omnia Archimedis opera expoſuiſſet eadem cura atque diligentia, qua pauca quædam expoſuit, quæ memoravimus: quod illi facere per otium licuit, cum admodum adoleſcens libros de Sphæra et Cylindro interpretatus ſit, ut ex ejus epiſtola apparet ad Ammonium Sophiſtam. Sed unus fortaſſe aliquis exorietur, qui incœptum ab eodem opus abſolvet, aut, quod optabilius eſt, de integro inſtituet, præcipuus ingenio atque doctrina, iiſque omnibus adjumentis inſtructus, ſine quibus res tanta perfici nequit. Nam majus quiddam eſt, quam quod vulgo creditur, commentarios in Archimedem pro rei dignitate conſcribere; idque cum omni tempore, tum præſertim ætate hac, quando ea, quæ maxima olim habebantur, ut levia deſpicimus. Quotus enim quiſque hodie petat, modo non in ipſo Geometriæ limine hæſerit, ut ſi qua Propoſitio paulo obſcurior in Archimede occurrit, ea ſibi explicetur, demonſtratiſque, quæ ille conſulto omiſit, in ſua quaſi principia reſolvatur? Hoc, quod quis in Euclide, Apollonio, Theodoſio, aliiſque cum laude præſtiterit, ſupervacuum in Archimede eſt, qui non tyronibus, ſed viris exercitatis legendus proponitur. Illud potius quærendum eſſet, quænam fuerit methodus illa prorſus admirabilis, qua tantus Geometra uſus eſt ad ea detegenda, quæ hodie calculi integralis ope eruuntur. Neque enim valde diverſa fuiſſe videtur ab illa, quam primus invenit Bonaventura Cavalerius, ſuoque illo volumine tradidit, quod "Geometriam indiviſibilibus continuorum promotam" nuncupavit. Sane Archimedes ſi quando demonſtrare vult, quæ figuræ ad figuram proportio ſit, ſive ea plana fuerit, ſive ſolida, utramque in plures particulas aut parallelogrammas, aut cylindraceas dividit, eaſque invicem componit cum ſingulas, tum omnes ſimul ſumptas, ut quod verum eſt inde eliciat. Quod ubi factum ab illo vidiſſes, quantulum

lum erat particulas illas animo uſque adeo minuere, dum collectæ in unum totas figuras exæquare viderentur! Atqui hoc præcipuum fundamentum eſt, cui Cavalerius methodum ſuam ſuperſtruxit. Quid vero ſi Archimedes docuit, qua ratione eæ particulæ, quotcunque tandem fuerint, in unam ſummam colligantur? Nimirum huc faciunt Propoſitiones X, et XI libri de Helicibus; et II ac III libri de Conoidibus et Sphæroidibus. Illud porro animadvertendum eſſet, quantum Archimedes et Cavalerius inter ſe conveniunt, tantumdem a ſe invicem diſſentire. Cum enim uterque figuram, de qua quæritur, in plures particulas dividat, ex quibus figura alia componitur, Archimedes quidem de una ex altera ita conjicit, ut ſingulas ſeorſum conſideret; Cavalerius autem idem de utraque ſtatuit, quod ſibi perſuadeat eas tandem aliquando in unum coaleſcere. Itaque cum idem uterque eadem via quærat, longe diverſis principiis utitur. Neque enim Archimedes ſtatuit, aut ſtatuere unquam potuit, componi lineam ex punctis, ſuperficiem ex lineis, ſolidum ex ſuperficiebus; quod utique abſurdum erat cogitaſſe. Atque hoc manifeſtum eſt ex V propoſitione libri de Conoidibus et Sphæroidibus, in qua cum hoc ſibi demonſtrandum propoſuiſſet, ellipſin ad circulum majori ejus diametro inſcriptum eamdem rationem habere, quam minor ejus diameter ad majorem, argumentationem inſtituit, quæ eo demum exit, ut colligatur eamdem illam rationem intercedere inter duas lineas, quæ a quovis puncto communis diametri ad ellipſis et circuli ambitum, ad rectos angulos, ducuntur. Quidni ergo Archimedes ita concluſerit? Atqui linearum, quas diximus, priores quidem ellipſin componunt, poſteriores vero circulum; et ut omnes præcedentes ad omnes ſequentes; ita ſe habet una præcedens ad unam ſequentem. Igitur ellipſis ad circulum eamdem rationem habet, quam minor ejus diameter ad majorem. Hoc argumento recentior aliquis Geometra utatur, non Archimedes, aut alius quiſpiam ex antiquis, qui valde metuunt ne ab Euclide ferulis vapulent. Quippe recta linea ab eo definitur ſine latitudine longitudo: ex quo ſequitur infinitas numero lineas, cum alia ſuper aliam cadat, unam tantum lineam efficere. Quod ſi rectam lineam ipſe definieris longitudinem cum inſecabili quadam latitudine, præterquam quod quid hoc ſit concipi non poteſt, in aliam haud minorem difficultatem incides. Nam ſi inæquales hujuſmodi rectæ componantur, ſerratam quamdam figuram conſtituent, non continuo et æquabili orbe comprehenſam.

Atque hinc occaſio arripienda eſſet, quæ ſeſe ſponte offert, excutiendi celebris illius ſive principii, ſive petitionis, cui uni calculus differentialis, atque integralis innititur, duas quaſvis magnitudines æquales eſſe, quæ quantitate differunt adeo exigua, ut minor alia proponi nequeat. Quod quidem manifeſte pugnat cum notione illa, quam animis inſitam de æqualitate habemus. Ea enim æqualia eſſe concipimus, quarum differentia nulla eſt. Jam vero ſi quantitas infiniteſima, ita vocant, exigua illa quidem eſt, ſed tamen aliqua, qui, quæſo, fieri poteſt, ut duæ magnitudines, quas inter hujuſmodi quantitas intercedit, æquales omnino ſint? Nam de monte quod dicitur, quem ideo depreſſiorem non cenſeas, quod granum arenæ ejus vertice deceſſerit, id nihil ad rem facit. Quippe in Geometria quod exquiſitiſſimum eſt quæritur; ita ut ſi ejus montis altitudo Geometrica ratione dimetienda ſit, ne illud quidem arenæ granum negligi debeat. Porro eo etiam diligentius quærendum de infiniteſimis quantitatibus eſſet, quod quidam contendunt eaſdem receptas fuiſſe ab antiquis Geometris, quod falſiſſimum eſt. Cum enim Euclides docet, datis inæqualibus duabus magnitudinibus, fieri poſſe, ut a majore magnitudine pars quædam alia atque alia abſcindatur, ita ut, quæ pars ejus relinquitur, minore propoſita magnitudine minor ſit, quid aliud oſtendit, quam nullam eſſe majoris illius magnitudinis partem, ultra quam progredi abſcindendo nequeas? Ita ille maxime infenſus eorum placitis invehitur, quo præſertim nituntur. At mihi recentiores Geometræ ideo decepti eſſe videntur, quod principia quædam atque elementa quæſierint in magnitudine mathematica haud ſecus quam in

physica

phyſica quæri ſoleant. Quaſi vero eadem ſit magnitudinis utriuſque natura, et non potius longe diverſa, cum altera coacervatione fiat, altera motu; ita ut quæ illius elementa ſint, animo ſaltem concipias; quæ vero hujus, ne fingere quidem poſſis. Nimirum cum unum idemque ſolidum ſuperficiei motu gignatur, ſive celerior is ſit, ſive tardior, quæ tandem illius ſolidi elementa erunt? An pro diverſitate motus ea quoque diverſa cenſenda ſunt? Ita fiet, ut plura ac prorſus infinita unius magnitudinis elementa ſint; quod utique eſt abſurdum. Atque hinc vetus illa quæſtio de diviſione continui, quæ magna animorum contentione diu multumque in ſcholis agitata eſt, minimo negotio expeditur. Nam continuum, quod vocant, aut Phyſicum eſt, aut Mathematicum. Si Phyſicum eſt, illud ita divides, ut conſiſtere tandem cogaris: ſin autem Mathematicum, progredieris dividendo quouſque voles; neque ulla erit pars adeo exigua, quæ animo dividi in partes alias atque alias non poſſit. Scilicet illud disjunctione partium disjici nequit, quod non earum compoſitione compingitur; et ibi elementa fruſtra quæruntur, ubi nulla ſunt. Quod cum dico duo hæc continua mente et cogitatione ſejungo; ne quis forte objiciat mathematicum in phyſico concipi, quatenus ſcilicet id eſt quantum, et propterea idem de utroque pronuntiari debere. Neque vero quidquam agunt, qui infiniteſimas quantitates rejicientes, momenta quædam earum loco Geometriæ inferunt; eaque ita vocant, quod concipiantur momento temporis finitæ magnitudinis fluxu oriri. Si enim momenta hæc vires ſuas fluendo explicant, non aliud ſunt quam ipſæ, quas rejiciunt, infiniteſimæ quantitates: ſin autem nituntur, neque tamen ultra tendunt, novum vocabulum fruſtra inducitur, dum id, quod nihil eſt, momentum appellatur. Quid ergo eſt? Inquiet aliquis. Num recentiorum calculum deſpicis, cujus uſus in Geometria tam longe lateque patet? Imo vero valde ſuſpicio, atque inter maxima ſuperioris ætatis inventa refero, quo nihil majus non modo ab homine expectari, ſed ne voto quidem præſumi potuerit. Hoc unum contendo, falſo illum fundamento inniti: ut ſuſpicari liceat non jam conſtituto principio calculum inventum, ſed invento calculo tum demum conſtitutum principium fuiſſe. Et ad calculum differentialem quod attinet, illud mihi certum exploratumque eſt in definiendis contingentibus, et maximis minimiſve, quas illi infiniteſimas quantitates vocant, has eſſe merum nihilum. Merum autem nihilum dico, quod nihilum relatione in Geometria, meo quidem judicio, nullum ſit. Quod vero attinet ad calculum integralem, cujus ope curvæ lineæ in rectas tranſmutantur, et ſuperficies ac ſolida ad quadratum, et cubum rediguntur, quantitates illæ, quæ characteriſticæ vocantur, aliquid quidem ſunt, ſed furtim calculo ſupputantur. Quid ergo mirum ſi calculi iſti recte procedunt; quando nihil impendii ſit, ſive quod nihil eſt abjicias, ſive quod eſt aliquid ultro retineas. Ex quo illud etiam apparet merum calculi integralis commentum eſſe, duas quaſdam rectas concipere infinite proximas, quæ figuræ elementum conſtituant; quod eodem res cadat quocunque tandem intervallo diſtent. Atque hæc adeo perſpecta mihi ſunt in curvis omnibus tam algebraicis, quam mechanicis, ut ea, ubi opus fuerit, demonſtrare poſſim.

Nunc autem pauca quædam non tam explicare, quam proponere libet, quæ occurrerunt animo cum Archimedem attente perlegerem, quærerem que num, quæ ſibi recentiores Geometræ ſubſidia analyticæ artis quæſierunt, ipſe, ut aliqui volunt, admiſerit. Ego enim contra ſentio, quod videam ea quoque illum rejicere, quæ minus dura videntur; puta figuram quamlibet curvam ſumi poſſe pro polygono eidem inſcripto, quod infinita numero latera habeat. Quod cum tamquam verum ponatur communi recentiorum Geometrarum conſenſu, tantum abeſt ut Archimedes illud probet, ut ideo concludat ſpatia quædam parabolæ ſegmento inſcripta, quotcunque tandem fuerint, ſegmento ipſo minora eſſe, quod ea polygono cuidam æqualia ſint. Et ſane concipi nequit polygonum

in

in curvam figuram abire, quin duæ res prorſus diverſæ in tertiam quamdam coaleſcant. Alia ſiquidem ſpecies nobis animo obverſatur cum circulum, et alia cum polygonum dicimus, quæ non tam re, quam ratione ſecernuntur. Porro id polygonum, quod in circulum tranſmutatur, cujus tandem naturæ eſſe debet? Num ternarius illud numerus metietur, an quaternarius; denique alius quiſpiam numerus primus, vel compoſitus? Neque enim demonſtras cur potius circulus fiat id polygonum, cujus latera a ternario, quam cujus a quaternario, aut alio quovis multiplicantur. Præterea abſurdum eſt concipere, quod infinitum eſt, id factum aliquando eſſe. Neque enim id eſt infinitum, cujus aliquis eſt finis. Cæterum non negaverim polygona, quæ curvis figuris inſcribi ſolent, magno ſæpe adjumento eſſe ad ea detegenda, quæ figuris ipſis conveniunt, quæque alio modo erui ſine magno labore non poſſent. Nam Archimedes ipſe paraboles quadraturam invenit, polygono quodam ejuſdem ſegmento inſcripto, cujus ea erat natura, ut minus continuo eſſet quam ſeſquitertium trianguli eamdem ac ſegmentum baſim atque altitudinem habentis quantitate quadam, quæ magis magiſque minueretur, quo plura polygonum latera haberet, propiuſque ad ſegmentum ipſum accederet. Hoc autem polygonum parabolæ analogum recte vocaveris. Cujus generis polygona cum infinita ſint, pro diverſa curvarum natura, quærendum de iis diligenter eſſet; unde maximi in Geometriam fructus redundarent. Plurimum enim ſcire refert, quotieſcunque polygonum figuræ alicui inſcribis, utrum analogum eidem ſit; ne in graviſſimos errores incidas, eaque te inveniſſe credas quæ fieri nullo modo poſſunt. Cujus rei exemplum hic afferre libet ex figura quadam petitum polygoni ſpeciem referente circuli quadranti inſcripta, cujus ope aliquis fortaſſe ſibi perſuaſerit ſe circuli quadraturam detexiſſe. Hoc autem tribus propoſitionibus explicabitur, quarum prima hæc ſit.



1. Si fuerint rectæ quotcunque æqualiter ſeſe invicem excedentes, quarum exceſſus ſit æqualis minimæ; et aliæ item rectæ multitudine quidem unâ illis minores, magnitudine vero æquales unaquæque maximæ; omnes rectæ, quarum unaquæque maximæ eſt æqualis, duplæ erunt omnium rectarum ſeſe invicem excedentium, dempta earum maxima.

Hujus autem demonſtratio ex appoſita figura manifeſta eſt. Ex qua ſequitur, ſi minores rectæ, quas diximus, cum poſterioribus conjungantur, tunc triplas illarum fore.

2. Si recta linea circulum in quolibet puncto contigerit, et ab eodem recta ducatur ad diametrum normalis, duæ rectæ, quarum prima inter normalem, et contingentem, altera inter normalem, et diametri extremum, quod ad partes contingentis eſt interjicitur, proportionales erunt duabus rectis, quarum prima interjicitur inter normalem, et extremum diametri, quod eſt ad partes contingenti contrarias, altera inter normalem, et centrum; ita ut, quæ ſunt ad diametri extrema, ſecum invicem non conferantur.



Sit circulus A E B, cujus diameter A B, et centrum C. Contingat autem circulum A E B in puncto E recta E F; ducaturque a puncto E recta E D ad diametrum A B normalis. Dico, ut F D ad A D, ita ſe habere B D ad D C.


Ducantur enim rectæ A E, C E, B E. Quoniam igitur angulus A E B rectus eſt, ut E D ad A D, ita ſe habet B D ad E D. Se

habet

habet autem, ut F D ad E D, ita etiam E D ad D C; quoniam angulus F E C ipſe quoque eſt rectus. Se habet igitur, æqua proportione, ut F D ad A D, ita B D ad D C. Quod oportebat demonſtrare.


3. Si circuli quadranti quadratum circumſcribatur; ſectaque alterutra ejus baſe in æquales quotcunque partes rectis ad baſim ipſam normalibus, quæ quadrantis circumferentiam in partes totidem ſecent, ducantur ad ea puncta, in quibus eadem ſecatur, rectæ aliæ baſi parallelæ; producanturque rectæ, quas primo, quaſque ſecundo loco diximus, ad binas contiguas, ita ut figuræ oriantur ex parallelogrammis compoſitæ, quarum altera quadranti inſcribatur, altera circumſcribatur: inſcripta ad circumſcriptam majorem quam triplam rationem habebit.

Sit circuli quadrans A D F R V X, eique circumſcribatur quadratum A T X C. Secetur autem A C in æquales quotcunque partes A M, M N, N O, O P, P C rectis ad ipſam A C normalibus M D, N F, O R, P V; ducanturque ad puncta D, F, R, V rectæ I D, H F, Q R, S V ipſi A C parallelæ, et producantur M D, I D ad H F, N F, aliæque item eodem modo; ita ut oriantur figuræ, altera quidem M D F R V X, altera vero I D F R V X. Dico figuram M D F R V X ad figuram I D F R V X majorem rationem habere quam triplam.



Jungantur enim puncta D, F recta D F, quæ producta cum diametro in puncto L concurrat. Ducatur autem a puncto D recta D K quadrantem contingens; et jungatur D C; ponaturque C B ipſi A C æqualis. Et quoniam parallelogramma D N, H D æquiangula ſunt, rationem inter ſe invicem habebunt, quæ ex laterum rationibus componitur. Itaque ut parallelogrammum D N ad parallelogrammum H D ita ſe habet cum D E ad D G, ſive E F, tum D M ad D I, ſive A M. Ut autem D E ad E F, ita ſe habet L M ad M D. Ut igitur parallelogrammum D N ad parallelogrammum H D, ita ſe habet cum L M ad M D, tum D M ad A M; hoc eſt parallelogrammum L M D ad parallelogrammum A M D; hoc eſt L M ad A M. Quæ enim parallelogramma ſub eadem altitudine ſunt, ea ſeſe invicem habent ut baſes. Habet autem L M ad A M majorem rationem, quam K M ad A M; hoc eſt B M ad M C. Quippe demonſtratum eſt quatuor haſce rectas proportionales invicem eſſe. Habet igitur parallelogrammum D N ad parallelogrammum H D majorem rationem, quam B M ad M C. Eodem modo demonſtrabitur, parallelogrammum F O ad parallelogrammum Q F majorem rationem habere, quam B N ad N C; et parallelogrammum R P ad parallelogrammum S R majorem, quam B O ad O C; et parallelogrammum V C ad parallelogrammum T V majorem, quam B P ad P C. Igitur omnia parallelogramma D N, F O, R P, V C ad omnia parallelogramma H D, Q F, S R, T V majorem rationem habent, quam omnes B M, B N, B O, B P ad omnes M C, N C, O C, P C. At vero B M æqualis eſt duabus B C, C M; et B N duabus B C, C N; et B O duabus B C, C O; et B P duabus B C, C P. Itaque quædam ſunt rectæ æqualiter ſeſe invicem excedentes B C, C M, C N, C O, C P, quarum exceſſus minimæ C P æqualis eſt; et aliæ item rectæ multitudine quidem una illis minores, magnitudine vero æquales unaquæque maximæ B C, quæ cum prioribus

illis conjunguntur. Omnes igitur B M, B N, B O, B P triplæ erunt omnium C M, C N, C O, C P. Demonſtratum autem eſt omnia parallelogramma D N, F O, R P, V C ad omnia parallelogramma H D, Q F, S R, T V majorem rationem habere, quam omnes B M, B N, B O, B P ad omnes M C, N C, O C, P C. Igitur omnia parallelogramma D N, F O, R P, V C, hoc eſt figura inſcripta, ad omnia parallelogramma H D, Q F, S R, T V, hoc eſt figuram circumſcriptam, majorem habent rationem, quam tria ad unum; hoc eſt majorem quam triplam. Quod oportebat demonſtrare.



Jam qui appoſitam figuram inſpicit ſtatim intelligit, quo plures in partes ſecatur A C eo propiores D M, F N, itemque D K, D L invicem evadere, rationemque magis magiſque minui, quam L M habet ad A M; ut tandem ferme conveniat cum ratione, quam habet K M ad A M; hoc eſt B M ad M C. Hoc autem cum in aliis quoque rectis contingat, quæ a punctis F, R, V ductæ intelliguntur, ſequitur rationem figuræ quadranti inſcriptæ ad circumſcriptam continuo ad triplam accedere; ut ea demum inter quadrantem ipſum, et quadrati ſegmentum intercedere videatur. Quod ſi ita res haberet ſequeretur quadratum quod circulo circumſcribitur circuli eſſe ſeſquitertium; atque ideo ejus circumferentiam diametri eſſe triplam; quod omnino fieri non poteſt. Demonſtravit enim Archimedes, cujuſlibet circuli circumferentiam diametri eſſe triplam, et adhuc parte quadam excedere, quæ minor quidem eſt ſeptima diametri parte, major vero decem ſeptuageſimis primis. At vero perperam de circulo conjicitur ex figura eidem inſcripta, quæ nihil cum circulo ipſo commune habet.

Contra autem eſt in polygono, quod Archimedes parabolæ inſcribit, quod licet parabola numquam fiat (eſt enim abſurdum) cum illa tamen arcta quadam ſocietate conjungitur. Atque id polygonum exprimitur ſerie quadam magnitudinum, quæ proportione quadrupla, eademque continua, ſeſe invicem excipiunt. Cujus ſeriei colligendæ ratio ea nobis ab Archimede traditur, quæ vera germanaque eſt, et totius rei naturam explicat. Cum enim nos doceat omnes has magnitudines in unum collectas ſeſquitertias eſſe maximæ, ſi tertia minimæ pars iiſdem adjiciatur, neque tamen earum numerum definit, facile intelligitur partem hanc tertiam non aliud eſſe, quam parabolæ ſegmenta, quæ una cum polygono parabolam totam componunt. Itaque ſi qua ſeries colligenda ſit, opus non eſt, ut ea concipiatur infinitis numero terminis conſtare, quod tamen recentiores præcipiunt; ita ut poſtremus prope ad nihilum redigatur, ideoque negligi poſſit. Nam ipſe quoque in ſummam redigendus eſt, et quantitas adhuc quædam addenda, quæ reliqua eſt magnitudinis pars, unde ſeries oritur, et dividenda uſque et uſque eſſet. Redit autem integrum, ſi quæ pars ablata fuerit, eidem rurſus accedat. Quid quod etiam Recentiores eam ipſam quantitatem ſpecie abjiciunt, revera ſupputant. Nimirum ea in formula colligendis ſeriebus inſtituta negative ponitur: et quæ quantitas ſigno negativo notatur, ſi notetur poſitivo, evaneſcit.

Porro ex his omnibus colligitur eaſdem fere methodos Veteres adhibuiſſe, quibus nunc utimur, niſi quod eas ſolidioribus fundamentis ſuperſtruxere. Scilicet ſeveriora ejus ætatis ingenia nihil tamquam principium admittebant, quod non ſtatim ipſo naturæ lumine verum eſſe appareret. Nunc autem quædam proponuntur, quæ adeo obſcura ſunt atque incerta, ut

qui

qui liberaliſſime agere velit, pronuntiare debeat, quod in antiquis indiciis fieri ſolebat, non liquere. Quotus enim quiſque infiniti naturam perſpexit, cujus nulla notio ſatis clara atque diſtincta impreſſa in animis noſtris quaſique conſignata a natura fuit? Neque vero ipſi per nos acquirere potuimus, cum totus hic mundus aſpectabilis, et quidquid in eo manu tangimus, oculis videmus, ſenſu aliquo modo percipimus, ſuis finibus coerceatur. Quod dum reputo minus miror viros etiam acutiſſimos, quoties de infinito locuti ſunt, hallucinatos eſſe, multaque prodidiſſe, quæ partim inania ſunt, partim etiam abſurda. Quid enim abſurdius excogitari potuit, quam circuli circumferentiam, ſi infinitus ille fiat, in rectam lineam tranſmutari? Nonne infinitus circulus æque ſecum ipſe pugnat, atque cum infinito finitum? Et recta fieri qui poteſt linea, cujus ea natura eſt, ut in orbem redeat? Quæ cum ita ſint affirmare non dubitaverim infinitum propria ſignificatione acceptum a Geometria omnino rejiciendum eſſe, cujus præcipuum officium eſt magnitudines metiri; ex quo etiam Geometria dicitur. Infinitæ autem magnitudinis menſura nulla eſſe poteſt. Quæ enim ſuperficies, aut ſolida infinita a Geometris dicuntur, ea proprie infinita non ſunt; niſi quatenus infinita etiam eſt pedalis longitudo, quæ in partes dividi poteſt nullo finito numero comprehendendas. Quod ſi qua magnitudo concipienda ſit ultra quodvis intervallum extendi, eam rectius Geometra indefinitam, quam infinitam vocaverit. Nam qui aiunt infinitum, de quo in Geometria ſermo eſt, infinitum abſolute non eſſe, ſed relatione tantum, nihil aliud agunt, quam ut infiniti nomine abutantur, et quod infinitum non eſt, id infinitum eſſe dicant. Cujus definitio hæc una afferri poteſt: infinitum id eſt, quod nullos habet fines. Quocirca ſi quis conſiderare voluerit quid infinitum ſit, notiones ejus omnes ex allata definitione eruet, diligenterque cavebit ne cum ulla re finita illas communicet; unde maximi errores ſequerentur. Hoc autem quomodo fieri debeat præclare nobis Plato demonſtravit in Parmenide, ubi poſtquam unum cum Zenone id eſſe definiit, quod non plura; quid unum ſit hac ſignificatione acceptum, et quid inde ſequatur, inquirit. Atque id tanto ingenii acumine exequitur, quanto nemo unquam mortalium de re ſubtiliſſima diſputavit: ut quantus is in aliis libris cæteros Philoſophos, tantum in hoc ſe ipſum ſuperaſſe videatur. Cæterum cum infinitum magnitudine concipi nequeat, ne infinitum quidem parvitate concipies. Scilicet alterum majus eſt, quam ut animo recipi poſſit; alterum minus, quam ut retineri. Quamquam primum illud a Geometris aliquo modo exprimitur unitatis nota per nihilum diviſa; neque uſu caret ſi tempore et loco adhibeatur.

Hæc aliaque hujuſmodi, quid enim ſingula percurram? explicanda illi eſſent, qui novos in Archimedem commentarios conſcribendos ſuſciperet. Nulla enim utilior aut jucundior comparatio eſſe poteſt, quam quæ inter Veteres, et Recentiores inſtituitur; præſertim cum minime invidioſa res ſit, quos longa ætas æmulationi exemerit, etiam ſupra verum extollere. Sed ne illa quidem ſilentio prætereunda, quæ cum ante annos bis mille Archimedes propoſuerit, ſuperiore demum ætate ut nova tradita ſunt. Et de magnitudinibus quidem colligendis quid ille præceperit ſupra dictum eſt, ſi eæ proportione Geometrica, eaque continua deinceps ponantur. Illud quoque nos docuit, quomodo magnitudines colligi debeant, quæ pro ratione numerorum deinceps imparium ſeſe invicem conſequuntur. At hoc facere quicunque noverit plures ſuperficies, ac ſolida minimo negotio quadrabit. Et ut a Geometricis ad Phyſica tranſeamus, celebris illa poſitio de corporum gravitate Archimedi debetur, qua finguntur duo, aut plura gravia ad terræ ſuperficiem agi ſecundum lineas rectæ illi parallelas, quæ a communi eorundem gravitatis centro ad terræ centrum ducitur. Cum enim vera poſitio hæc eſſet, qua Archimedes ipſe quandoque utitur, gravia ad terram deprimi ſecundum lineas, quæ in ipſius

terræ

terræ centro coeant, altera illa conficta eſt, quo facilius præcipua quædam de gravitate theoremata eruerentur. Et ſane ſi quis primum illud ponat, deinde quærat quam lineam grave deſcribat, quod in plagam aliquam projiciatur, difficillimam rem ſuſceperit. Neque vero alterum jure rejeciſſe videbitur, quando duæ lineæ, quæ non niſi dimenſo longiſſimo intervallo invicem concurrunt, parallelarum naturam aliquo modo ſequuntur. Ad hæc ſi quis machinas tractorias conſideraverit, quæ noſtris temporibus propoſitæ ſunt, facile intelliget omnes fere ab Archimedis Helice, aut Triſpaſto ductas fuiſſe. Quin etiam lanx illa a Galilæo excogitata, cujus ope detegitur, ubi illam in aqua demerſeris, num qua maſſa è pluribus metallis conflata fuerit, et quota cujuſque pars in ea ſit, uni Archimedi tribuenda eſt. Profecto lancem neſcio quam in hunc uſum ab Archimede comparatam Priſcianus deſcribit, aut quicunque Auctor fuerit libelli de ponderibus, et menſuris. Nam Vitruvius rem exequitur craſſa Minerva; ut potius vulgi opinionem, quam veritatem ſecutus eſſe videatur. Verum de his hactenus.

Id quoque oneris alius quiſpiam Archimedis explanatori injunxerit, ut ejus nomen adverſus quoſdam tueatur, qui illud ſi non obſcurare, certe perſtringere conati ſunt. Neque enim defuerunt qui quædam ejus ſcripta, firmiſſimis licet demonſtrationibus ſubnixa, oppugnarent. Sed mihi ea cura inanis videtur, quæ in iis propugnandis impenditur, quæ ſemel vera eſſe certiſſimis argumentis cognoveris. Quem enim eorum moveant, qui Archimedis Circuli Dimenſionem probe aſſecuti ſint, quæ adverſus illam Joſephus Scaliger impetu magis, quam ratione fudit? Et hæc ipſa ab Hadriano Romano, aliiſque uſque ad faſtidium refutata ſunt. Quoniam vero duo omnino cum ſint demonſtrandi modi, quorum alter directus, alter non directus vocatur, Archimedes poſtremo hoc plerumque utitur; idque ei a pleriſque vitio datum eſt; pauca quædam de illo dicenda eſſent. Et illi quidem, qui priorem modum ſecundo ita præferunt, ut illum certum ac germanum, hunc fallacem ſpuriumque eſſe dicant, non ſatis mihi utriuſque naturam perſpexiſſe videntur. Uterque enim æque plana ac ſimplici via ingreditur, quando alter verum ex vero, alter falſum ex falſo colligit. Ea autem veri, falſique natura eſt, ut neutrum ſibi contraria gignat. Enimvero duo illi modi hoc præſertim inter ſe differunt, quod alter per vera progreditur, quæ ſingula vera eſſe, cognito primo, intelliguntur; alter per falſa, quæ falſa eſſe tum demum apparet, cum de poſtremo conſtiterit. Id quoque modus directus commodi habet, quod in primo vero acquieſcit, unde cætera fluunt; dum falſa omnia non directus percurrit, quæ uni alicui vero contraria ſunt. Hæc tamen duo omnino eſſe poſſunt in Geometria, in qua magnitudines invicem comparantur. Quæ enim proportio inter duas quaſdam magnitudines intercedit, ea ſi non ſit propoſitæ alicui proportioni æqualis, aut major ipſa erit, aut minor. Quorum unum verum cum ſit, neceſſe eſt duo reliqua eſſe falſa. Quocirca prior ille modus clarior quidem altero, et expeditior; non autem certior, aptiorve ad demonſtrandum judicari debet. Præterea animadvertendum eſt, verum quodcunque dicitur, niſi ſimplex illud ſit, ex pluribus veris componi, quæ ſingula cum veris aliis ejuſdem generis cognatione quadam conjunguntur, et ſeſe invicem alterum ex altero manifeſtant. Ex quo fit duas omnino eſſe veri inveſtigandi vias, quarum altera verum ipſum ex propriis ſibi veris aperit, altera de uno vero ex aliis veris ſimilibus conjicit. Quare ſi demonſtrandum aliquid fuerit, quod quis priore via invenerit, modo directo; ſin autem quod poſteriore, non directo commode utetur. Quippe aliud eſt principium a principio recto ordine ducere; aliud de uno principio ex principio alio, quod cum ipſo conveniat, conjecturam facere. Ut autem exemplo aliquo manifeſta res fiat, quando Archimedes de circuli area quæſivit, quota ea eſſet detexit non tam ex natura ipſius circuli, quam ex natura polygonorum, quæ eidem inſcripſit, circumſcripſitque. Itaque cum demonſtrare voluit, quemlibet

libet

libet circulum æqualem eſſe triangulo rectangulo, cujus unum latus eorum, quæ circa rectum angulum ſunt, circumferentiæ, alterum radio æquale fuerit, argumentatione utitur, unde abſurda concluſio ſequitur. Quæ quidem argumentatio præterquam quod neceſſaria eſt, vel ideo in pretio haberi debet, quod miros quoſdam ſuppeditat concludendi modos. Quis enim unquam ſibi perſuaſiſſet de duobus ſpatiis colligi poſſe, alterum altero majus futurum, ſi eo minus fuerit; aut contra futurum minus, ſi eodem fuerit majus? Ego tamen huc rem deduxi, cum duo quædam rectangula figuræ cuidam inſcriberem, eaque æqualia invicem eſſe contrariis duabus poſitionibus demonſtrarem. Quod non jactantia refero, ſed quia concluſiones hujuſmodi vel apud antiquos Geometras rariſſimæ ſunt; quas inter ea Euclidis maxime celebratur, qua de duobus quibuſdam numeris colligit, alterum alterum ideo metiri, quod non metiatur.

Et hæc quidem obſcura natura ſua obſcuriora etiam fiunt, quod preſſius dicantur: quæ tamen alius fortaſſe fuſius explicabit, qui eam curam ſuſcipiet, quam ego libens abjeci, aut in tempus aliud diſtuli. Cum enim duo potiſſimum in Græco Auctore præſtanda ſint; primum ut emendetur, latineque reddatur; deinde vero illuſtretur; quod prius ordine, id etiam tempore eſſe debebat. Quoniam vero experientia didici quanta vel in facilioribus rebus Typothetarum negligentia ſit, veritus ne in difficillima gravius peccarent, præſidium ab amicis quæſivi, adjuncto mihi inter cæteros adjutore Joanne Franciſco Seguierio Nemauſenſi, Viro in primis docto atque induſtrio. Huic uni potiſſimum referendum eſt, quod ne illa quidem neglecta ſunt, quæ exigua quidem videntur, ſed plurimum, ut ipſe ait, typographicam artem commendant, chartarum nitor, typorum elegantia, denique optima cujuſque rei diſpoſitio atque forma. Mira ſiquidem eſt Viri ejus ſolertia; dum maximas res minimaſque eadem ferme cura exequitur. Geometricas figuras, et encarpa, quibus librorum capita fineſque ornantur, ligno elegantiſſime incidit egregius artifex Antonius Bellemius Anconitanus. Cæterum editio hæc, qualis demum cunque ſit, paucis admodum in pretio erit. Quantæ enim operæ eſt Græca monumenta a librariorum mendis repurgare, latinoque ſermone fideliter exprimere! Scilicet editor veteris cujuſque ſcriptoris hodie deſpicitur, quantamcunque diligentiam in eo emendando adhibuerit, niſi illum commentariis ſubinde illuſtret, et dimidia ſaltem ſui parte auctum, aliena propriis coacervando, in lucem emittat. Itaque ille mihi judex optandus eſt, qui quod hoc ſit, Archimedem pro dignitate edere, ſuo pondere æſtimet, Geometriæ peritus, Græciſque litteris animo, non ore tenus exercitus. Hic ſi mihi contingat, laudatorem equidem malim, ſed et benevolum accuſatorem admonitoremque æquo animo feram. Cæteros non moror, qui ſpecie boni, non bono ipſo capiuntur, pluriſque ea faciunt, quæ videntur, quam quæ ſunt. Quorum ego judicium nec æquum expecto, nec iniquum magnopere reformido.

ARCHIMEDIS

DE PLANORUM

ÆQUILIBRIIS LIBRI DUO;

LIBRO DE QUADRATURA PARABOLES INTERJECTO.

ΑΡΧΙΜΗΔΟΥΣ

ΕΠΙΠΕΔΩΝ ΙΣΟΡΡΟΠΙΩΝ,

Η ΚΕΝΤΡΑ ΒΑΡΩΝ ΕΠΙΠΕΔΩΝ,

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ,

ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΕΥΤΟΚΙΟΥ ΑΣΚΑΛΩΝΙΤΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ.

ARCHIMEDIS

(UT PLERIQUE CREDUNT)

DE PLANORUM ÆQUILIBRIIS

SIVE

EORUMDEM GRAVITATUM CENTRIS,

LIBER PRIMUS,

CUM COMMENTARIIS EUTOCII ASCALONITÆ.

ΑΙΤΟΥΜΕΘΑ τὰ ἴσα βάρεα ἀπὸ τῶν ἴσων μακέων [a] ἰσοῤῥοπεῖν· τὰ δὲ ἴσα βάρεα ἀπὸ τῶν ἀνίσων μακέων μὴ [b] ἰσοῤῥοπεῖν, ἀλλὰ [c] ῥέπειν ἐπὶ τὸ βάρος τὸ ἀπὸ τοῦ μείζονος μάκεος. Αἴκα βαρέων ἰσοῤῥοπεόντων ἀπό τινων μακέων ποτὶ τὸ ἕτερον τῶν βαρέων ποτιτεθῇ τι, μὴ ἰσοῤῥοπεῖν, ἀλλὰ ῥέπειν ἐπὶ τὸ βάρος ἐκεῖνο, ᾧ [d] προσετέθη. Ὁμοίως δὲ καὶ αἴκα ἀπὸ τοῦ ἑτέρου τῶν βαρέων [e] ἀφαιρεθῇ τι, μὴ ἰσοῤῥοπεῖν, ἀλλὰ ῥέπειν ἐπὶ τὸ βάρος ἀφ' οὗ οὐκ ἀφῃρέθη. Τῶν ἴσων καὶ ὁμοίων σχημάτων ἐπιπέδων ἐφαρμοζομένων ἐπ' ἄλλαλα, καὶ τὰ κέντρα τῶν βαρέων [f] ἐφαρμόζειν ἐπ' ἄλλαλα. Τῶν δὲ ἀνίσων, ὁμοίων δὲ, τὰ κέντρα τῶν βαρέων ὁμοίως [g] εἶμεν κείμενα. Ὁμοίως δὲ λέγομεν σαμεῖα κεῖσθαι ποτὶ τὰ ὅμοια σχήματα, ἀφ' ὧν ἐπὶ τὰς ἴσας γωνίας ἀγόμεναι εὐθεῖαι [h] ποιοῦντι γωνίας ἴσας ποτὶ τὰς ὁμολόγους πλευράς. Αἴκα μεγέθεα ἀπό τινων μακέων ἰσοῤῥοπέοντι, καὶ τὰ ἴσα αὐτοῖς ἀπὸ τῶν αὐτῶν μακέων ἰσοῤῥοπησοῦντι. Παντὸς σχήματος, οὗ ἁ περίμετρος ἐπὶ τὰ αὐτὰ κοῖλα ᾖ, τὸ κέντρον τοῦ βάρεος ἐντὸς εἶμεν [i] δεῖ τοῦ σχήματος.


PETIMUS æqualia gravia ab æqualibus longitudinibus ſuſpenſa librari: æqualia vero gravia ſuſpenſa ab inæqualibus longitudinibus non librari, ſed verſus illud propendere, quod a majore longitudine ſuſpenditur. Si gravibus a quibuſdam longitudinibus ſuſpenſis, ac libratis, eorum alteri aliquid adjiciatur, ea non amplius librari; ſed verſus illud propendere, cui aliquid adjectum eſt. Quin etiam pariter, ſi a gravium altero aliquid auferatur, ea non amplius librari, ſed verſus illud propendere, a quo nihil ablatum eſt. Æqualium, et ſimilium figurarum planarum, quæ ſibi invicem conveniunt, centra quoque gravitatum ſibi invicem convenire. Inæqualium vero, et ſimilium figurarum centra gravitatum ſimiliter poſita eſſe. Puncta autem in ſimilibus figuris ſimiliter poni dicimus, in quibus quoque ad æquales angulos rectæ ducuntur, æquales cum reſpondentibus lateribus angulos efficiunt. Si magnitudines a quibuſdam longitudinibus ſuſpenſæ librentur, eas quoque, quæ ipſis æquales ſunt, ab iiſdem longitudinibus ſuſpenſas librari. Cujuſlibet figuræ, cujus ambitus ad eaſdem partes cavus ſit, centrum gravitatis intra figuram ipſam eſſe oportere.

[a] ἰσοῤῥοπεῖν. [b] ἰσοῤῥοπεῖν. [c] ῥέπειν. [d] Sic MS. [e] ἀφαιρεθῇ τι. [f] ἐφαρμόζειν. [g] In MS. hiatus eſt, et εἶμεν vel ἔσται deeſt in pluribus locis. [h] ποιοῦντι. [i] In MS. δεῖ deeſt.

EUTOCII COMMENTARII.

MOMENTUM, quod dicitur, nobiliſſime Petre, commune quoddam genus gravitatis atque levitatis eſſe docet cum Ariſtoteles, tum, qui Ariſtotelem ſequitur, Ptolemæus. Timæus autem apud Platonem ait, momentum omne a gravitate proficiſci; quippe levitatem privationem eſſe exiſtimat. Quorum quidem ſententiæ colligi poſſunt ab iis, qui Matheſeos ſtudio delectantur, ex Ptolemæi libro de Momentis, ex Phyſicis Ariſtotelis, ex Platonis Timæo, atque ex iis, qui in hæc commentarios ſcripſerunt. Archimedes autem hoc in libro, centrum momenti unius plani illud eſſe exiſtimat, a quo ſuſpenſum finitori parallelum manet: centrum vero momenti, ſive gravitatis, duorum, pluriumve planorum eſſe illud, a quo ſtatera ſuſpenſa manet finitori parallela. Nimirum ſit triangulum ABΓ, atque in ejus medio punctum aliquod Δ, a quo ſuſpenſum finitori parallelum maneat. Conſtat utique partes trianguli ABΓ invicem libratum iri, ita ut earum nulla magis quam alia verſus finitorem propendeat. Pariter appenſis ad ſtateram AB magnitudinibus A et B, ſi ea a puncto Γ ſuſpenſa partes habeat A, B, quoque invicem librentur, manebit utique finitori parallela. Atque erit centrum ſuſpenſionis magnitudinum A, B punctum Γ.

ΤΗΝ ῥοπὴν, ὦ κράτιστε Πέτρε, κοινὸν εἶναι γένος βαρύτητος καὶ κουφότητος, Ἀριστοτέλης τε λέγει, καὶ Πτολεμαῖος τούτῳ ἀκολουθῶν. Ὁ δέ γε παρὰ Πλάτωνι Τίμαιος πᾶσαν ῥοπὴν ἀπὸ βαρύτητος λέγει γίνεσθαι· τὴν γὰρ κουφότητα στέρησιν νομίζει. Ὧν ἔξεστι τὰς δόξας τοῖς φιλομαθέσιν ἀναλέγεσθαι, ἔκ τε τοῦ περὶ ῥοπῶν βιβλίου τῷ Πτολεμαίῳ συγγεγραμμένου, καὶ ἐκ τῆς Ἀριστοτέλους φυσικῆς πραγματείας, καὶ ἐκ τοῦ Πλάτωνος Τιμαίου, καὶ τῶν ταῦτα ὑπομνηματισάντων. Ὁ δὲ Ἀρχιμήδης ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ κέντρον ῥοπῆς ἑνὸς ἐπιπέδου σχήματος νομίζει, ἀφ᾽ οὗ ἀρτώμενον παράλληλον μένει τῷ ὁρίζοντι· δύο δὲ ἢ πλειόνων ἐπιπέδων κέντρον ῥοπῆς, ἤτοι βάρους, ἀφ᾽ οὗ ἀρτώμενος ὁ ζυγὸς παράλληλός ἐστι τῷ ὁρίζοντι. Οἷον ἔστω τρίγωνον τὸ ΑΒΓ, καὶ ἐν τῷ μέσῳ αὐτοῦ σημεῖόν τι τὸ Δ, ἀφ᾽ οὗ αἰωρούμενον παράλληλον μένει τῷ ὁρίζοντι. Δῆλον οὖν ὅτι ἰσοῤῥοπεῖ τὰ ΑΒΓ μέρη ἑαυτοῖς, καὶ οὐδὲν ἕτερον τοῦ ἑτέρου μᾶλλον ῥέψει ἐπὶ τὸν ὁρίζοντα. Ὁμοίως δὲ καὶ ζυγὸς ἔστω τὸ ΑΒ, καὶ κρεμαμένων ἐξ αὐτοῦ τῶν Α, Β μεγεθῶν, ἐὰν ἀρτώμενος ὁ ζυγὸς ἀπὸ τοῦ Γ ἰσοῤῥοποῦντα ἔχῃ τὰ Α, Β μέρη, παράλληλος μένει τῷ ὁρίζοντι· καὶ ἔσται κέντρον τῆς ἀρτήσεως τῶν Α, Β [j] μεγεθῶν τὸ Γ.



Optime autem videtur Geminus illud de Archimede dixiſſe, communes ſententias ipſum petitiones vocare. Æqualia enim gravia ab æqualibus longitudinibus ſuſpenſa librari, communis ſententia eſt; et cætera. Quæ quidem omnia iis manifeſta ſunt, qui animum paulisper adverterint. Æqualium autem et ſimilium, inquit, figurarum planarum, quæ ſibi invicem conveniunt, et centra gravitatum ſibi invicem conveniunt. Omnes ſiquidem partes omnibus invicem conveniunt partibus. Inæqualium vero et ſimilium figurarum centra gravitatum ſimiliter poſita erunt. Intelligantur enim, ut in ſubjecta figura, triangula ABΓ, ΔEZ inæqualia et ſimilia: et centrum gravitatis trianguli quidem ABΓ ſit punctum H; trianguli vero ΔEZ, punctum Θ: junganturque AH, HB, HΓ, ΔΘ, ΘE, ΘZ. Dico rectas, quæ a punctis H, Θ junguntur, angulos in æquas invicem partes ſecare. Fiat enim ut EZ ad BΓ, ita EΘ ad ΘK; et ZΘ ad ΘΛ; et ΔΘ ad ΘM: junganturque MK, KΛ, ΛM. Erit ſane triangulum KΛM ſimile triangulo ΔEZ. Quoniam enim ut EΘ ad ΘK, ita ſe habet ΘZ ad ΘΛ; parallela utique eſt EZ ipſi KΛ. Pariter parallela eſt cum MK ipſi ΔE, tum ΛM ipſi ΔZ. Propterea triangulum ΔEZ ſimile eſt triangulo KΛM: ideoque ut ΔE ad MK, ita ſe habet EZ ad KΛ, et ΔZ ad MΛ. Ponitur autem propter triangulorum ABΓ, ΔEZ ſimilitudinem, ut ΔE ad AB, ita ſe habere EZ ad BΓ, et ΔZ ad AΓ. Æquales ſunt igitur rectæ ABΓ rectis MKΛ: ideoque ſingulæ cum ſingulis conveniunt. Itaque triangulum ABΓ æquale idemque ſimile eſt triangulo KMΛ: et, quod conſequitur, centrum alterius ABΓ cum alterius MKΛ centro conveniet. Porro cum ſibi invicem conveniant puncta H, et Θ, itemque rectæ ABΓ, et MKΛ; convenient utique ſibi invicem rectæ cum AH, BH, ΓH, tum MΘ, KΘ, ΛΘ; æqualeſque angulos ad puncta

Καλῶς δὲ δοκεῖ ὁ Γεμῖνος εἰπεῖν περὶ τοῦ Ἀρχιμήδους, ὅτι τὰ ἀξιώματα αἰτήματα λέγει. Τὰ γὰρ ἴσα βάρεα ἀπὸ ἴσων μακέων ἰσοῤῥοπεῖν, ἀξίωμά ἐστι· καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ἔστι πάντα σαφῆ τοῖς μετρίως αὐτοῖς [k] ἐπεσκεμμένοις. Τῶν δὲ ἴσων καὶ ὁμοίων, φησὶν, ἐπιπέδων σχημάτων ἐφαρμοζομένων ἐπ᾽ ἄλληλα, καὶ τὰ κέντρα τῶν βαρέων ἐφαρμόζει ἐπ᾽ ἄλληλα. Πάντα γὰρ τὰ μέρη αὐτῶν πᾶσιν ἐφαρμόζει. Τῶν δὲ ἀνίσων, ὁμοίων δὲ, τὰ κέντρα τῶν βαρέων ὁμοίως ἔσται κείμενα. Νοείσθω γὰρ, ὡς ἐπὶ τῆς ὑποκειμένης καταγραφῆς, τὰ ΑΒΓ, ΔΕΖ τρίγωνα ἄνισα καὶ ὅμοια· κέντρον δὲ βάρους τοῦ μὲν ΑΒΓ, τὸ Η· τοῦ δὲ ΔΕΖ, τὸ Θ· καὶ ἐπεζεύχθωσαν [l] αἱ ΑΗ, ΗΒ, ΗΓ, ΔΘ, ΘΕ, ΘΖ. Λέγω ὅτι εἰς ἴσα διαιροῦσι τὰς γωνίας αἱ ἀπὸ τῶν Η, Θ σημείων ἐπιζευχθεῖσαι. Γενέσθω γὰρ ὡς ἡ ΕΖ πρὸς ΒΓ, [m] οὕτως ἡ ΕΘ πρὸς ΘΚ, καὶ ἡ ΖΘ πρὸς ΘΛ, καὶ ἡ ΔΘ πρὸς ΘΜ· καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΜΚ, ΚΛ, ΛΜ. Ἔσται δὴ ὅμοιον τὸ ΚΛΜ τρίγωνον τῷ ΔΕΖ τριγώνῳ. Ἐπεὶ γὰρ ἐστὶν [n] ὡς ἡ ΕΘ πρὸς ΘΚ, ἡ ΘΖ πρὸς ΘΛ, παράλληλός ἐστιν ἡ ΕΖ τῇ ΚΛ. Ὁμοίως δὴ καὶ ἡ ΜΚ τῇ ΔΕ, καὶ ἡ ΛΜ τῇ ΔΖ. Ὅμοιον ἄρα τὸ ΔΕΖ τρίγωνον τῷ ΚΛΜ τριγώνῳ. Ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΔΕ πρὸς ΜΚ, ἡ ΕΖ πρὸς ΚΛ, καὶ ἡ ΔΖ πρὸς ΜΛ. Ὑπόκειται δὲ, διὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν ΑΒΓ, ΔΕΖ τριγώνων, ὡς ἡ ΔΕ πρὸς ΑΒ, ἡ ΕΖ πρὸς ΒΓ, καὶ ἡ ΔΖ πρὸς ΑΓ. Ἴσαι ἄρα εἰσὶν αἱ ΑΒΓ ταῖς ΜΚΛ· ὥστε ἐφαρμόζει ἑκάστη ἐπὶ ἑκάστην. Ἴσον ἄρα καὶ ὅμοιόν ἐστι τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τῷ ΚΜΛ τριγώνῳ. Ὥστε καὶ ἐφαρμόσει τὸ κέντρον τοῦ ΑΒΓ ἐπὶ τὸ τοῦ ΜΚΛ. Τοῦ δὲ Η ἐπὶ τὸ Θ ἐφαρμόζοντος, καὶ τῶν ΑΒΓ ἐπὶ τὰ ΜΚΛ· ἐφαρμόσουσι καὶ αἱ ΑΗ, ΒΗ, ΓΗ, ἐπὶ τὰς ΜΘ, ΚΘ, ΛΘ, καὶ ἴσας ποιήσουσι γωνίας πρὸς τοῖς





[j] μεγεθῶν. [k] ἐπεσκεμμένοις. [l] αἱ ΑΗ, ΗΓ, ΒΓ, ΔΓ, ΘΕ, ΘΖ. [m] οὕτως ἡ ΕΘ, &c. Hæc et ſequentia uſque ad ἔστιν ex MS. [n] ὡς ἡ ΗΘ πρὸς ΘΚ.

M, K, Λ ταῖς ἐν τῷ ΑΒΓ τριγώνῳ· ὥστε καὶ ἐν τῷ ΔΕΖ. Αἱ αὐταὶ γάρ εἰσιν εὐθεῖαι αἱ ἀπὸ τοῦ Θ ἐπί τε τὰ M, K, Λ, καὶ ἐπὶ τὰ Δ, Ε, Ζ ἐπιζευγνύμεναι.


Παντὸς σχήματος, οὗ κα ἁ περίμετρος ἐπὶ τὰ αὐτὰ κοῖλα ᾖ, τὸ κέντρον τοῦ βάρεος ἐντὸς εἶμεν δεῖ τοῦ σχήματος. Τίνας καλεῖ τὰς ἐπὶ τὰ αὐτὰ κοίλας γραμμάς, εἴρηται ἡμῖν σαφῶς [o] ἐν τοῖς προγεγραμμένοις τοῦ περὶ σφαίρας καὶ κυλίνδρου. Ἐπειδὴ δὲ τὸ σχῆμα τὸ ἐπὶ τὰ αὐτὰ κοίλην ἔχον [p] τὴν περίμετρον, πάντα τὰ μέρη τοῦ ἐπιπέδου ἐντὸς ἔχει, καὶ τὰς γωνίας· δῆλον ὅτι καὶ τὸ κέντρον τοῦ βάρεος ἐντὸς ἔχει τοῦ σχήματος. Ἐπὶ γὰρ τινῶν σχημάτων τὸ κέντρον τοῦ σχήματος ἐκτός ἐστι, καὶ ἐπί τινων ἐπὶ τῆς περιμέτρου. Ἐπὶ μὲν γὰρ [q] τοῦ ΑΒΓ ἡμικυκλίου κέντρον τοῦ σχήματός ἐστι τὸ Η· ἐπὶ δὲ τῆς ΔΕΖ ὑπερβολῆς, τὸ κέντρον τοῦ σχήματος ἐκτός ἐστι, καθ' ὃ αἱ διάμετροι συμπίπτουσιν ἀλλήλαις, ὡς ἔχει τὸ Θ. Εἴρηται γὰρ ταῦτα ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ τῶν Ἀπολλωνίου κωνικῶν. Ὅμως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ΑΒΓ σχήματος, καὶ ἐπὶ τοῦ ΔΕΖ τὸ κέντρον [r] τοῦ βάρεος, ἀφ' οὗ δῆλον ὅτι ἀρτώμενον τὸ σχῆμα παράλληλόν ἐστι τῷ ὁρίζοντι, ἐντός ἐστι τῆς περιμέτρου. Εἰ γὰρ ἦν ἐπὶ τῆς περιμέτρου, ἢ ἐκτός, ῥέψει ἐπὶ θάτερα· ὅπερ οὐχ ὑπόκειται.

Τούτων δὲ ὑποκειμένων,

M, K, Λ efficient iis, qui in triangulo ΑΒΓ, atque ideo etiam iis, qui in triangulo ΔΕΖ ſunt. Eædem ſiquidem ſunt rectæ, quæ a puncto Θ ad puncta cum M, K, Λ, tum Δ, E, Z junguntur.

Cujuſlibet figuræ, cujus ambitus ad eaſdem partes cavus ſit, centrum gravitatis intra figuram ipſam eſſe oportet. Quas cavas ad eaſdem partes lineas vocet, perſpicue dictum a nobis eſt in iis, quæ libro de ſphæra et cylindro præmiſimus. Quoniam autem figura, cujus ambitus ad eaſdem partes cavus eſt, omnes partes plani ipſoſque angulos intus habet; conſtat centrum quoque gravitatis eandem intus habere. Et ſane in figuris quibuſdam figuræ ipſius centrum extra ipſam eſt; in quibuſdam vero, in ipſo ambitu. Nam in ſemicirculo quidem ΑΒΓ centrum figuræ eſt punctum H; in hyperbola vero ΔΕΖ, punctum Θ, quod extra ipſam eſt, ubi nimirum diametri invicem concurrunt. Hæc ſiquidem dicta ſunt in ſecundo libro Conicorum Apollonii Elementorum. At figuræ cum ΑΒΓ, tum ΔΕΖ centrum gravitatis, nempe id punctum, a quo figura ſuſpenſa finitori parallela manet; intra ambitum eſt. Si enim in ambitu aut extra ambitum eſſet, verſus alterutram partem figura propenderet; quod non ponitur.

His autem poſitis,



ΠΡΟΤΑΣΙΣ α΄.

Τὰ ἀπὸ ἴσων μακέων ἰσορροποῦντα βάρεα, ἴσα ἐστί.

Εἴπερ γὰρ ἄνισα [s] ἐσσεῖται, ἀφαιρεθείσας ἀπὸ τοῦ μείζονος τᾶς ὑπεροχᾶς, τὰ λοιπὰ οὐκ ἰσορροπησοῦντι· ἐπειδὴ ἰσορροπεόντων ἀπὸ τοῦ ἑτέρου ἀφῄρηταί τι. Ὥστε τὰ ἀπὸ τῶν ἴσων μακέων βάρεα ἰσορροποῦντα, ἴσα ἐστί.

PROP. I. Theor.

Quæ gravia ab æqualibus longitudinibus ſuſpenſa librantur, æqualia ſunt.

Si enim inæqualia fuerint, ablato ab eorum majore exceſſu, quæ reliqua ſunt non librabuntur; quoniam ab altero gravium, quæ librantur, ablatum aliquid eſt. Quare gravia, quæ ab æqualibus longitudinibus ſuſpenſa librantur, æqualia ſunt.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ β΄.

Τὰ ἀπὸ τῶν ἴσων μακέων ἄνισα βάρεα, οὐκ ἰσορροποῦντι, ἀλλὰ ῥέψει ἐπὶ τὸ μεῖζον.

Ἀφαιρεθείσας γὰρ τᾶς ὑπεροχᾶς ἰσορροπησοῦντι· ἐπειδὴ τὰ ἴσα ἀπὸ τῶν ἴσων μακέων ἰσορροπέοντι. Προστεθέντος οὖν τοῦ ἀφαιρεθέντος ῥέψει ἐπὶ τὸ μεῖζον· ἐπεὶ ἰσορροπεόντων τῷ ἑτέρῳ [t] προστεθῇ τι.

PROP. II. Theor.

Inæqualia gravia ab æqualibus longitudinibus ſuſpenſa, non librantur, ſed verſus eorum majus propendent.

Ablato enim exceſſu, librabuntur; quoniam æqualia gravia ab æqualibus longitudinibus ſuſpenſa librantur. Itaque adjecto, quod ablatum fuerat, verſus majus propendent; id enim gravium, quæ librantur, alteri adjectum eſt.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ γ΄.

Τὰ ἄνισα βάρεα ἀπὸ τῶν ἀνίσων μακέων ἰσορροπησοῦντι, καὶ [u] τὸ μεῖζον ἀπὸ τοῦ ἐλάσσονος.

Ἔστω ἄνισα βάρεα τὰ Α, Β, καὶ [w] ἔστω μεῖζον τὸ Α· καὶ ἰσορροπέοντα ἀπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ μακέων. Δεικτέον ὅτι ἐλάττων ἐστὶν ἁ ΑΓ τᾶς ΓΒ.

[x] Μὴ γὰρ ἔστω ἐλάττων. Ἀφαιρεθείσης δὴ τᾶς ὑπεροχᾶς ᾇ ὑπερέχει τὸ Α τοῦ Β· ἐπειδὴ ἰσορροπεόντων ἀπὸ τοῦ ἑτέ-

PROP. III. Theor.

Inæqualia gravia ab inæqualibus longitudinibus ſuſpenſa librantur, et quidem majus ſuſpenſum a minore longitudine.

Sint inæqualia gravia A, B, quorum majus A; eaque a longitudinibus ΑΓ, ΓΒ ſuſpenſa librentur. Oportet demonſtrare, minorem eſſe ΑΓ quam ΓΒ.

Neque enim ſit minor: ablatoque exceſſu, quo A excedit B; quoniam ab altero gravium, quæ librantur, ablatum aliquid



[o] ἐν τοῖς προοιμίοις. [p] τὰν περιμέτρον. [q] τὸ ΑΒΓ. [r] τοῦ βάρεος. [s] ἐσσοῦνται. [t] ποτιθῇ. [u] τὸ μεῖζον ἀπὸ, ex MS. [w] ἔστω μεῖζον τὸ Α, ex MS. [x] μὴ γὰρ ἔστω, ex MS.


eſt; propendent verſus B. Non autem propendent. Sive enim æqualis eſt ΓA ipſi ΓB, librabuntur. Æqualia enim gravia ab æqualibus longitudinibus ſuſpenſa librantur. Sive ΓA major eſt quam ΓB, propendent verſus A. Æqualia enim gravia ab inæqualibus longitudinibus ſuſpenſa non librantur; ſed verſus illud propendent, quod a majore longitudine ſuſpenditur. Quocirca minor eſt ΓA quam ΓB. Illud autem manifeſtum eſt, quæ gravia ab inæqualibus longitudinibus ſuſpenſa librantur, inæqualia eſſe; et quidem majus, quod a minore longitudine ſuſpenditur.

ου ἀφῄρηται, ῥέψει ἐπὶ τὸ Β. [y] Οὐ ῥέψει δέ. Εἴτε γὰρ ἴσα ἐστὶν ἁ ΓΑ τᾷ ΓΒ, [z] ἰσοῤῥοπησοῦντι. Τὰ γὰρ ἴσα ἀπὸ τῶν ἴσων μακέων ἰσοῤῥοπέοντι. Εἴτε μείζων ἁ ΓΑ τᾶς ΓΒ, ῥέπει ἐπὶ τὸ Α. Τὰ γὰρ ἴσα ἀπὸ τῶν ἀνίσων μακέων οὐκ ἰσοῤῥοπέοντι, ἀλλὰ ῥέπει ἐπὶ τὸ ἀπὸ τοῦ μείζονος μάκεος. Διὰ δὴ ταῦτα, ἐλάσσων ἐστὶν ἁ ΓΑ τᾶς ΓΒ. Φανερὸν δὲ, ὅτι καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ἀνίσων μακέων ἰσοῤῥοπέοντα, ἄνισά ἐντι, καὶ μεῖζόν ἐστι τὸ ἀπὸ τοῦ ἐλάσσονος.

PROP. IV. Theor.

Si æquales duæ magnitudines idem centrum gravitatis non habuerint; magnitudinis, quæ ex utriſque magnitudinibus componitur, centrum gravitatis erit punctum rectæ ejus medium, quæ harum magnitudinum centra gravitatis conjungit.

Sit magnitudinis quidem A centrum gravitatis punctum A; magnitudinis vero B punctum B: junctaque recta AB in duas æquas partes in puncto Γ ſecetur. Dico magnitudinis, quæ ex utriſque magnitudinibus componitur, centrum gravitatis eſſe punctum Γ.



Si enim non eſt punctum Γ, ſit magnitudinis, quæ ex utriſque magnitudinibus A, B componitur, centrum gravitatis punctum Δ; ſi quidem fieri poteſt. Quod enim in ipſa AB ſit, antea demonſtratum eſt. Quoniam igitur punctum Δ centrum gravitatis eſt magnitudinis, quæ ex magnitudinibus A, B componitur, apprehenſo puncto Δ, librabuntur. Igitur magnitudines A, B a longitudinibus AΔ, ΔB ſuſpenſæ librantur. Quod fieri non poteſt. Æqualia enim gravia ab inæqualibus longitudinibus ſuſpenſa non librantur. Conſtat igitur punctum Γ centrum gravitatis eſſe magnitudinis, quæ ex magnitudinibus A, B componitur.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ δʹ.

Αἴκα δύο ἴσα μεγέθεα μὴ τὸ αὐτὸ κέντρον τοῦ βάρεος [a] ἔχοντι, τοῦ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μεγεθέων συγκειμένου μεγέθεος [b] κέντρον ἐσσεῖται τοῦ βάρεος τὸ μέσον τᾶς εὐθείας τᾶς ἐπιζευγνυούσας τῶν [c] μεγεθέων τὰ κέντρα τοῦ βάρεος.

Ἔστω τοῦ μὲν Α κέντρον τοῦ βάρεος τὸ Α, τοῦ δὲ Β τὸ Β. Καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἁ ΑΒ τετμάσθω δίχα κατὰ τὸ Γ. Λέγω ὅτι τοῦ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μεγεθέων συγκειμένου μεγέθεος κέντρον ἐστὶ τοῦ βάρεος τὸ Γ.

Εἰ γὰρ μὴ, ἔστω τοῦ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν Α, Β μεγεθέων συγκειμένου μεγέθεος κέντρον τοῦ βάρεος τὸ Δ, εἰ δυνατόν. Ὅτι γὰρ ἐστὶν ἐπὶ τᾶς ΑΒ, προδέδεικται. Ἐπεὶ οὖν τὸ Δ σαμεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ βάρεος τοῦ ἐκ τῶν Α, Β συγκειμένου μεγέθεος, κατεχομένου τοῦ Δ ἰσοῤῥοπήσει. Τὰ ἄρα Α, Β μεγέθεα [d] ἰσοῤῥοπέοντι ἀπὸ τῶν ΑΔ, ΔΒ μακέων· ὅπερ ἀδύνατον. Τὰ γὰρ ἴσα ἀπὸ τῶν ἀνίσων μακέων οὐκ ἰσοῤῥοπέοντι. Δῆλον οὖν [e] ὅτι τὸ Γ κέντρον ἐστὶ τοῦ βάρεος τοῦ ἐκ τῶν Α, Β συγκειμένου μεγέθεος.

EUTOCIUS.

Centrum gravitatis punctum Δ; ſi quidem fieri poteſt. Quod enim in ipſa AB ſit, demonſtratum eſt. Dictum eſt enim paulo ſupra, duarum magnitudinum centrum gravitatis eſſe id punctum, a quo ſuſpenſa ſtatera partes habeat, quæ invicem librentur, ita ut finitori parallela maneat. Quare duarum magnitudinum A, B centrum gravitatis eſt in ipſa AB.

[f] Κέντρον τοῦ βάρεος τὸ Δ, εἰ δυνατόν. Ὅτι γὰρ ἐστὶν ἐπὶ τᾶς ΑΒ, δέδεικται. Εἴρηται γὰρ ἀνωτέρω, ὅτι δύο μεγεθῶν κέντρον ἐστὶν, ἀφ' οὗ κρεμάμενος ὁ ζυγὸς ἰσοῤῥοποῦντα ἔχει τὰ μέρη, παράλληλος μένων τῷ ὁρίζοντι. Ὥστε οὖν ἐπὶ τῆς ΑΒ ἐστὶ τὸ κέντρον τῶν Α, Β μεγεθῶν.

PROP. V. Theor.

Si trium magnitudinum centra gravitatis in directo fuerint poſita; et magnitudines æqualem gravitatem habuerint; quæque inter centra rectæ interjiciuntur æquales fuerint; magnitudinis, quæ ex omnibus magnitudinibus componitur,

ΠΡΟΤΑΣΙΣ εʹ.


Αἴκα τριῶν μεγεθέων τὰ κέντρα τοῦ βάρεος ἐπ' εὐθείας ἐόντι κείμενα, καὶ τὰ μεγέθεα ἴσον βάρος ἔχωντι, καὶ αἱ μεταξὺ τῶν κέντρων εὐθεῖαι ἴσαι ἐόντι· τοῦ ἐκ πάντων μεγεθέων συγκειμένου μεγέθεος κέν-

[y] ὅτι ῥέψει. [z] ἰσοῤῥοπησοῦντι τὰ γάρ. [a] ἔτι. [b] deeſt. [c] μεγεθῶν, et ſic etiam poſthac. [d] ἰσοῤῥοπησοῦντι. [e] ὅτι τὸ Γ, ex MS. [f] ἔστω κέντρον τοῦ βάρεος, &c.

τρον ἐσσεῖται τοῦ βάρεος τὸ [g] σαμεῖον, ὃ καὶ [h] τοῦ μέσου αὐτῶν κέντρον ἐστὶ τοῦ βάρεος.


Ἔστω τρία μεγέθεα τὰ Α, Β, Γ· κέντρα δὲ αὐτῶν τοῦ βάρεος, τὰ Α, Β, Γ, σαμεῖα ἐπ' εὐθείας κείμενα. Ἔστω δὲ τά τε Α, Β, Γ ἴσα. Καὶ αἱ Α Γ, Γ Β ἴσαι [i] εὐθεῖαι. Λέγω ὅτι τοῦ ἐκ πάντων τῶν μεγεθέων συγκειμένου μεγέθεος κέντρον τοῦ βάρεός ἐστι τὸ Γ σαμεῖον.

Ἐπεὶ γὰρ τὰ Α, Β μεγέθεα ἴσον βάρος ἔχει, κέντρον ἐσσεῖται τοῦ βάρεος τὸ Γ σαμεῖον. Ἐπειδὴ ἴσαι ἐντὶ αἱ Α Γ, Γ Β. Ἔστι δὲ καὶ τοῦ Γ κέντρον τοῦ βάρεος τὸ Γ σαμεῖον. Δῆλον ὅτι καὶ τοῦ ἐκ πάντων συγκειμένου μεγέθεος κέντρον ἐσσεῖται τοῦ βάρεος τὸ σαμεῖον, ὃ καὶ τοῦ μέσου κέντρον ἐστὶ τοῦ βάρεος.



Ἐκ δὴ τούτου φανερὸν, ὅτι ὁπόσων καὶ τῷ πλήθει περισσῶν μεγεθέων τὰ κέντρα τοῦ βάρεος ἐπ' εὐθείας ἐόντι κείμενα, αἴκα τὰ τε ἴσον ἀπέχοντα ἀπὸ τοῦ μέσου μεγέθεος ἴσον βάρος ἔχοντι, καὶ αἱ εὐθεῖαι, αἱ μεταξὺ τῶν κέντρων αὐτῶν, ἴσαι ἐόντι, τοῦ ἐκ πάντων τῶν μεγεθέων συγκειμένου μεγέθεος κέντρον [k] ἐσσεῖται τοῦ βάρεος τὸ σαμεῖον, ὃ καὶ τοῦ μέσου αὐτῶν κέντρον ἐστὶ τοῦ βάρεος.

Αἴκα καὶ ἄρτια ἐόντι τῷ πλήθει τὰ μεγέθεα, καὶ τὰ κέντρα τοῦ βάρεος αὐτῶν ἐπ' εὐθείας ἐόντι κείμενα, καὶ τὰ μέσα αὐτῶν * ἴσον βάρος ἔχοντι, καὶ αἱ μεταξὺ τῶν κέντρων εὐθεῖαι ἴσαι ἐόντι, τοῦ ἐκ πάντων τῶν μεγεθέων συγκειμένου μεγέθεος κέντρον [l] ἐσσεῖται τοῦ βάρεος τὸ μέσον τᾶς εὐθείας τᾶς ἐπιζευγνυούσας τὰ κέντρα τοῦ βάρεος τῶν μεγεθέων, ὡς ὑπογέγραπται.



ΠΡΟΤΑΣΙΣ ϛ'.

Τὰ σύμμετρα μεγέθεα ἰσορροπέοντι ἀπὸ μακέων ἀντιπεπονθότως τὸν αὐτὸν λόγον ἐχόντων τοῖς βάρεσιν.

Ἔστω σύμμετρα μεγέθεα τὰ Α, Β, ὧν κέντρα τὰ Α, Β· καὶ μᾶκος ἔστω τι τὸ Ε Δ· [m] καὶ ὡς τὸ Α ποτὶ τὸ Β, οὕτως τὸ Δ Γ μᾶκος ποτὶ τὸ Γ Ε μᾶκος. Δεικτέον ὅτι τοῦ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν Α, Β συγκειμένου μεγέθεος κέντρον ἐστὶ τοῦ βάρεος τὸ Γ.

centrum gravitatis erit id punctum, quod et earumdem mediæ centrum gravitatis eſt.

Sint tres magnitudines Α, Β, Γ; centra vero gravitatis earumdem puncta Α, Β, Γ in directo poſita. Ac ſint tum magnitudines Α, Β, Γ, tum rectæ Α Γ, Γ Β ſibi invicem æquales. Dico magnitudinis, quæ ex omnibus magnitudinibus componitur, centrum gravitatis eſſe punctum Γ.

Quoniam enim magnitudines Α, Β æqualem gravitatem habent, centrum gravitatis earumdem erit punctum Γ. Rectæ enim Α Γ, Γ Β æquales ſunt. Eſt autem etiam magnitudinis Γ centrum gravitatis punctum Γ. Conſtat igitur magnitudinis, quæ ex omnibus magnitudinibus componitur, centrum gravitatis eſſe id punctum, quod et earumdem mediæ centrum gravitatis eſt.

Hinc autem manifeſtum eſt, ſi quotcunque magnitudinum multitudine imparium centra gravitatis in directo fuerint poſita; ſi quidem quæ a media magnitudine æquo intervallo diſtant æqualem gravitatem habuerint, quæque inter centra rectæ interjiciuntur æquales fuerint; magnitudinis, quæ ex omnibus magnitudinibus componitur, centrum gravitatis fore id punctum, quod et earum mediæ centrum gravitatis eſt.

Sin autem multitudine pares fuerint magnitudines: et centra gravitatis earum in directo fuerint poſita; earumque mediæ, et quæ utrinque a mediis æquo intervallo diſtant æqualem gravitatem habuerint; quæque inter centra rectæ interjiciuntur, æquales fuerint; magnitudinis, quæ ex omnibus magnitudinibus componitur, centrum gravitatis fore punctum rectæ ejus medium, quæ magnitudinum centra gravitatis conjungit; prorſus ut in figura, quæ infra deſcripta eſt.

PROP. VI. Theor.


Commenſurabiles magnitudines ſuſpenſæ a longitudinibus eamdem cum ipſis rationem reciprocantibus librantur.

Sint commenſurabiles magnitudines Α, Β, quarum centra Α, Β: ſit autem longitudo aliqua Ε Δ: et ut magnitudo Α ad magnitudinem Β, ita ſe habeat longitudo Δ Γ ad longitudinem Γ Ε. Oportet demonſtrare, magnitudinis, quæ ex utriſque magnitudinibus Α, Β componitur, centrum gravitatis eſſe punctum Γ.

[g] σαμεῖον, ex MS. [h] τοῦ μέσου τὸ αὐτὸ κέντρον. [i] εὐθεῖαι deeſt. [k] ἐσσεῖται τοῦ βάρεος &c. Hæc et ſequentia uſque ad literam [l] deſunt. [m] καὶ ἔστω ὡς τό.

* Forte deſit καὶ ἐφ' ἑκάτερα τῶν μέσων.

Quoniam enim ut A ad B, ita ſe habet ΔΓ ad ΓE; A vero ipſi B commenſurabilis eſt; ideo etiam ΓΔ ipſi ΓE, hoc eſt recta rectæ, eſt commenſurabilis. Quare rectarum EΓ, ΓΔ communis aliqua menſura eſt. Itaque ea ſit N: ponaturque rectæ quidem EΓ æqualis utraque ΔH, ΔK; rectæ vero ΔΓ æqualis EΛ. Et quoniam æqualis eſt ΔH ipſi ΓE, æqualis eſt etiam ΔΓ ipſi EH. Quare etiam ΛE eidem EH æqualis eſt. Dupla eſt igitur ΛH ipſius ΔΓ; et HK ipſius ΓE. Quare N utramque ΛH, HK, metitur; quoniam metitur etiam dimidiam utramque. Et quoniam ut A ad B, ita ſe habet ΔΓ ad ΓE; et ut ΔΓ ad ΓE, ita ΛH ad HK: utraque enim utriuſque dupla eſt: ideo etiam ut A ad B, ita ſe habet ΛH ad HK. Quam multiplex autem eſt ΛH ipſius N, tam multiplex ſit A magnitudinis Z. Ut igitur ΛH ad N, ita ſe habet A ad Z. Ut autem KH ad ΛH, ita ſe habet B ad A. Igitur, ex æqua proportione, ut KH ad N, ita ſe habet B ad Z. Quare æque multiplex eſt KH ipſius N, et B ipſius Z. Demonſtrata autem eſt etiam A ejuſdem Z eſſe multiplex. Quare Z communis utriuſque A, B menſura eſt. Itaque ſi ΛH ſecetur in ſegmenta ipſi N æqualia; itemque A in ſegmenta æqualia ipſi Z; quæ ſegmenta magnitudine ipſi N æqualia in ΛH ſunt, æqualia erunt multitudine ſegmentis, quæ ſunt in A æqualia magnitudine ipſi Z. Quare ſi ad unumquodque ſegmentum, quod in ΛH eſt, magnitudo ipſi Z æqualis apponatur, quæ centrum gravitatis in medio ſegmento habeat; magnitudines omnes æquales erunt ipſi A; et magnitudinis, quæ ex omnibus magnitudinibus componitur, centrum gravitatis erit punctum E. Omnes enim pares multitudine ſunt; eo quod ΛE ipſi HE æqualis eſt. Pariter autem demonſtrabitur, et ſi ad unumquodque ſegmentum, quod in KH eſt, magnitudo ipſi Z æqualis apponatur, quæ centrum gravitatis in medio ſegmento habeat; magnitudines omnes æquales fore ipſi B; et magnitudinis, quæ ex omnibus magnitudinibus componitur, centrum gravitatis fore punctum Δ. At hercle A quidem ad punctum E; B vero ad punctum Δ appoſitum eſt. Itaque quædam ſunt magnitudines ſibi invicem æquales in directo poſitæ, quarum centra gravitatis æquo a ſe invicem intervallo diſtant, eædemque multitudine pares. Conſtat igitur magnitudinis, quæ ex omnibus magnitudinibus componitur, centrum gravitatis eſſe punctum rectæ ejus medium, in qua mediarum magnitudinum centra ſunt. Quoniam vero æquales ſunt ΛE ipſi ΓΔ, et EΓ ipſi ΔK; tota etiam ΛΓ toti ΓK æqualis eſt. Quare magnitudinis, quæ



Ἄχθω γὰρ [n] διὰ τοῦ Η παρὰ τὰν ΑΓ ἁ ΚΗ. Ἔστιν ἄρα ὡς ἁ ΒΔ ποτὶ τὰν ΒΚ μάκει, οὕτως ἁ ΔΓ ποτὶ τὰν ΚΗ δυνάμει. Ἀποδέδεικται γὰρ τοῦτο. Ἐσσεῖται ἄρα ὡς ἁ ΒΓ ποτὶ τὰν ΒΙ μάκει, οὕτως ἁ ΔΓ ποτὶ τὰν ΔΖ δυνάμει· ἴσαι γάρ ἐντι αἱ ΔΖ, ΚΗ· καὶ διὰ τοῦτο, ὡς ἁ ΒΓ ποτὶ τὰν ΒΙ μάκει, [o] οὕτως ἁ ΒΓ ποτὶ τὰν ΒΘ δυνάμει. Ἀνάλογον ἄρα ἐστὶν αἱ ΒΓ, ΒΘ, ΒΙ εὐθεῖαι. Ὥστε τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον ἁ ΒΓ ποτὶ τὰν ΒΘ, ὃν ἁ ΓΘ ποτὶ τὰν ΘΙ. Ἔστιν ἄρα ὡς ἁ ΓΔ ποτὶ τὰν ΔΖ, οὕτως ἁ ΘΖ ποτὶ τὰν ΘΗ. [p] Τᾷ δὲ ΔΓ ἴσα ἐστὶν ἁ ΔΑ. Δῆλον δή, ὅτι τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον ἁ ΔΑ ποτὶ τὰν ΔΖ, ὃν ἁ ΖΘ ποτὶ τὰν ΘΗ.



PROP. IV. Theor.

Sit ſegmentum, quod ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continetur, ΑΒΓ. Ducatur autem a media ΑΓ recta ΒΔ diametro parallela, vel ipſa diameter; junctaque recta ΒΓ producatur. Quod ſi recta quædam alia ducatur ΖΘ ipſi ΒΔ parallela, quæ rectam utramque ΑΓ et ΓΒ ſecet: eamdem habebit rationem ΖΘ ad ΘΗ, quam ΔΑ ad ΔΖ.

Ducatur enim per punctum Η, ΚΗ ipſi ΑΓ parallela. Ut igitur ΒΔ ad ΒΚ longitudine, ita ſe habet ΔΓ ad ΚΗ poteſtate. Hoc enim demonſtratum eſt. Ut igitur ΒΓ ad ΒΙ longitudine, ita ΔΓ ad ΔΖ poteſtate: æquales ſunt enim ΔΖ, ΚΗ: ideoque, ut longitudine ΒΓ ad ΒΙ, ita poteſtate ΒΓ ad ΒΘ. Proportionales igitur ſunt rectæ ΒΓ, ΒΘ, ΒΙ. Quare eamdem habet rationem ΒΓ ad ΒΘ, quam ΓΘ ad ΘΙ. Ut igitur ΓΔ ad ΔΖ, ita ſe habet ΘΖ ad ΘΗ. Æqualis eſt autem ΔΑ ipſi ΔΓ. Conſtat igitur eamdem habere rationem ΔΑ ad ΔΖ, quam ΖΘ ad ΘΗ.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ εʹ.

Ἔστω τμᾶμα περιεχόμενον ὑπὸ εὐθείας, καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς τὸ ΑΒΓ· καὶ ἄχθω ἀπὸ τοῦ Α παρὰ τὰν διάμετρον ἁ ΖΑ, ἀπὸ δὲ τοῦ Γ ἐπιψαύουσα τᾶς τοῦ κώνου τομᾶς κατὰ τὸ Γ, ἁ ΓΖ. Εἰ δή τις ἀχθείη ἐν τῷ ΖΑΓ τριγώνῳ παρὰ τὰν ΑΖ, τὸν αὐτὸν λόγον ἁ ἀχθεῖσα τετμήσεται

PROP. V. Theor.

Sit ſegmentum, quod ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continetur, ΑΒΓ: et ducatur a puncto Α diametro parallela recta ΖΑ, et a puncto Γ recta ΓΖ, quæ coni ſectionem in puncto Γ contingat. Quod ſi recta quædam ducatur in triangulo ΖΑΓ ipſi ΑΖ parallela, quæ ducta eſt recta a rectanguli coni ſectione, recta

[k] ΕΖ ἐπιψαυούσας τᾶς τῶ. [l] μάκει deeſt. [m] οὕτως deeſt. [n] διὰ τοῦ Ι. [o] οὕτως ἁ ΒΓ, ΒΘ, ΒΙ γραμμαὶ ἅς τε. [p] In hoc loco in MS. pauca deſunt.

vero ΑΓ ab ea, quæ ducta eſt, ſecundum eamdem rationem ſecabitur: quod autem ſegmentum ipſius ΑΓ ad punctum Α eſt, id ſegmento ductæ rectæ, quod item eſt ad punctum Α, proportione reſpondebit.

Ducatur enim recta quædam ΔΕ ipſi ΑΖ parallela; et primo ſecet ipſam ΑΓ in duas æquas partes. Quoniam igitur rectanguli coni ſectio eſt ΑΒΓ, ductaque eſt ΒΔ diametro parallela, æqualeſque ΑΔ, ΔΓ ſibi invicem ſunt; parallela erit ΑΓ rectæ illi, quæ rectanguli coni ſectionem in puncto Β contingit. Rurſus quoniam ΔΕ parallela eſt diametro, ductaque eſt a puncto Γ ΓΕ, quæ rectanguli coni ſectionem in puncto Γ contingit, ipſa autem ΔΓ rectæ illi parallela eſt quæ ſectionem eamdem contingit in puncto Β; æqualis eſt ΕΒ ipſi ΒΔ. Quare eamdem habet rationem ΑΔ ad ΔΓ, quam ΔΒ ad ΒΕ. Si quidem igitur quæ ducta eſt recta ipſam ΑΓ in duas æquas partes ſecuerit, demonſtratum eſt quod proponebatur. Sin minus, ducatur recta quædam alia ΚΛ ipſi ΑΖ parallela. Oportet demonſtrare, eamdem habere rationem ΑΚ ad ΚΓ, quam ΚΘ ad ΘΛ. Quoniam enim æqualis eſt ΒΕ ipſi ΒΔ, æqualis eſt etiam ΙΛ ipſi ΚΙ. Eamdem igitur rationem habet ΚΛ ad ΚΙ, quam ΑΓ ad ΔΑ. Habet autem etiam ΚΙ ad ΘΚ eamdem rationem, quam ΔΑ ad ΑΚ. Hoc enim in ſuperiore propoſitione demonſtratum eſt. Habet igitur eamdem rationem ΚΘ ad ΚΛ, quam ΑΚ ad ΑΓ. Quare eamdem rationem habet ΚΘ ad ΘΛ, quam ΑΚ ad ΚΓ. Demonſtratum igitur eſt, quod proponebatur.




ὑπὸ τᾶς τοῦ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς, καὶ ἁ ΑΓ ὑπὸ τᾶς ἀχθείσας· ὁμόλογον δὲ ἐσσεῖται τὸ τμᾶμα τᾶς ΑΓ ποτὶ τὸ Α, τῷ τμάματι τᾶς ἀχθείσας τῷ ποτὶ τῷ Α.

Ἄχθω γάρ τις ἁ ΔΕ [a] παρὰ τὰν ΑΖ· καὶ τεμνέτω πρῶτον ἁ ΔΕ τὰν ΑΓ δίχα. Ἐπεὶ οὖν ἐστιν ὀρθογωνίου κώνου τομὰ ἁ ΑΒΓ, καὶ ἀγμένα ἁ ΒΔ παρὰ τὰν διάμετρον, αἱ δὲ ΑΔ, ΔΓ ἴσαι· ἐσσεῖται τᾷ ΑΓ παράλληλος ἁ κατὰ τὸ Β ἐπιψαύουσα τᾶς τοῦ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς. Πάλιν ἐπεὶ παρὰ τὰν διάμετρόν ἐστιν ἁ ΔΕ, καὶ ἀπὸ τοῦ Γ ἁ ΓΕ ἄκται ἐπιψαύουσα τᾶς τῶ ὀρθογωνίω κώνω τομᾶς κατὰ τὸ Γ, ἁ δὲ ΔΓ παράλληλος τᾷ κατὰ τὸ Β ἐπιψαυούσᾳ· ἴσα ἐστὶν ἁ ΕΒ τᾷ ΒΔ. Ὥστε τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον ἁ ΑΔ ποτὶ τὰν ΔΓ, ὃν ἁ ΔΒ ποτὶ τὰν ΒΕ. Εἰ μὲν οὖν δίχα τέμνει ἁ ἀχθεῖσα τὰν ΑΓ, δέδεικται. Εἰ δὲ μή, ἄχθω τις ἄλλα ἁ ΚΛ παρὰ τὰν ΑΖ. Δεικτέον ὅτι τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον ἁ ΑΚ ποτὶ τὰν ΚΓ, ὃν ἁ ΚΘ ποτὶ τὰν ΘΛ. Ἐπεὶ γὰρ ἴσα ἐστὶν ἁ ΒΕ τᾷ ΒΔ, ἴσα ἐστὶ καὶ ἁ ΙΛ τᾷ ΚΙ. Τὸν αὐτὸν ἄρα λόγον ἔχει ἁ ΚΛ ποτὶ τὰν ΚΙ, ὃν ἁ ΑΓ ποτὶ τὰν ΔΑ. Ἔχει δὲ καὶ ἁ ΚΙ ποτὶ τὰν ΘΚ τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν ἁ ΔΑ ποτὶ τὰν ΑΚ. Δέδεικται γὰρ ἐν τῷ προτέρῳ. Ὡς ἄρα ἁ ΚΘ ποτὶ τὰν ΚΛ, οὕτως ἁ ΑΚ ποτὶ τὰν ΑΓ. Ὥστε τὸν αὐτὸν λόγον ἔχει ἁ ΚΘ ποτὶ τὰν ΘΛ, ὃν ἁ ΑΚ ποτὶ τὰν ΚΓ. Δέδεικται οὖν τὸ προτεθέν.

PROP. VI. Theor.

Intelligatur autem hoc, quod contemplandum proponitur, ſubjici oculis in plano ad finitorem recto: deinde ea, quæ ſunt ad eaſdem partes, ac punctum Δ, deorſum eſſe; et quæ ad contrarias, ſurſum. Triangulum autem ΒΔΓ ſit rectangulum, habens angulum, quod ad punctum Β eſt, rectum, et latus ΒΓ dimidiæ ſtateræ æquale; utique ſi ΑΒ æqualis fuerit ipſi ΒΓ. Suſpendatur porro hoc triangulum a punctis Β, Γ: ſuſpendaturque ſpa-



ΠΡΟΤΑΣΙΣ ϛ'.

Νοείσθω δὲ τό, ὅτι ἐστὶ τὸ ἐν τᾷ θεωρίᾳ προκείμενον, ὁρώμενον ἐπὶ ὀρθοῦ ποτὶ τὸν ὁρίζοντα καὶ τᾶς ΑΒ γραμμᾶς· ἔπειτα τὰ μὲν ἐπὶ τὰ αὐτὰ τῷ Δ κάτω νοείσθω· τὰ δ᾽ ἐπὶ θάτερα, ἄνω. Τὸ δὴ ΒΔΓ τρίγωνον ἔστω ὀρθογώνιον, ὀρθὰν ἔχον τὰν ποτὶ τὸ Β γωνίαν, καὶ τὰν ΒΓ πλευρὰν ἴσαν τᾷ ἡμισείᾳ τῶ ζυγῶ· δῆλον ὅτι ἴσας οὔσας τᾶς ΑΒ τᾷ ΒΓ. Κρεμάσθω δὲ τὸ τρίγωνον ἐκ τῶν Β, Γ σαμείων· κρεμάσθω δὲ καὶ ἄλλο χωρίον τὸ

[a] ποτὶ τὰν ΑΖ.

Ζ ἐκ τοῦ ἑτέρου μέρεος τοῦ ζυγοῦ κατὰ τὸ Α· καὶ ἰσοῤῥοπείτω τὸ Ζ χωρίον κατὰ τὸ Α κρεμάμενον τῷ ΒΔΓ τριγώνῳ, οὕτως * ἐόντι ὡς νῦν κεῖται. Φαμὶ δὴ τὸ Ζ χωρίον τοῦ ΒΔΓ τριγώνου μέρος τρίτον εἶμεν.

Ἐπεὶ γὰρ ὑπόκειται ἰσοῤῥοπεῖν ' ὁ ζυγὸς, ἐσσεῖται ἁ ΑΓ γραμμὰ παρὰ τὸν ὁρίζοντα· αἱ δὲ ποτ' ὀρθὰς ἀγόμεναι τᾷ ΑΓ ἐν τῷ ὀρθῷ ἐπιπέδῳ ποτὶ τὸν ὁρίζοντα, ' καθέτοι ἐσσοῦνται ἐπὶ τὸν ὁρίζοντα. Τετμάσθω δὴ ἁ ΒΓ γραμμὰ κατὰ τὸ Ε οὕτως, ὥστε ' διπλασίονα εἶμεν τὰν ΓΕ τᾶς ΕΒ· καὶ ἄχθω παρὰ τὰν ΔΒ ἁ ΚΕ· καὶ τετμάσθω δίχα κατὰ τὸ Θ. Τοῦ δὴ ΒΔΓ τριγώνου κέντρον βάρεος ἐστὶ τὸ Θ σαμεῖον. Δέδεικται γὰρ τοῦτο ἐν τοῖς μηχανικοῖς. Αἴκα οὖν τοῦ ΒΔΓ τριγώνου, ἁ μὲν κατὰ τὰ Β, Γ κρέμασις λυθείη, κατὰ δὲ τὸ Ε κρεμάσθῃ †, μένει τὸ τρίγωνον, ὡς νῦν ἔχει. Ἕκαστον γὰρ τῶν κρεμαμένων ἐξ οὗ σαμείου κατασταθὲν, μένει ὥστε κατὰ κάθετον εἶμεν τότε σαμεῖον τοῦ κρεμαστοῦ, καὶ τὸ κέντρον τοῦ βάρεος τοῦ κρεμαμένου. Δέδεικται γὰρ καὶ τοῦτο. Ἐπεὶ οὖν τὰν αὐτὰν ἔχει κατάστασιν τὸ ΒΓΔ τρίγωνον ποτὶ τὸν ζυγὸν, ἰσοῤῥοπησεῖ ὁμοίως τὸ Ζ χωρίον. Ἐπεὶ δὲ ἰσοῤῥοπέοντι τὸ μὲν Ζ κρεμάμενον κατὰ τὸ Α, τὸ δὲ ΒΔΓ κατὰ τὸ Ε, δῆλον ὡς ἀντιπέπονθε τοῖς μάκεσι· καὶ ἐστὶν ὡς ἁ ΑΒ ποτὶ τὰν ΒΕ, οὕτως τὸ ΒΔΓ τρίγωνον ποτὶ τὸ Ζ χωρίον. Τριπλασία δὲ ἁ ΑΒ τᾶς ΒΕ. Καὶ τὸ ΒΔΓ ἄρα τρίγωνον τριπλάσιόν ἐστι τοῦ Ζ χωρίου.

Φανερὸν δὲ ὅτι καὶ αἴκα τριπλάσιον ᾖ τὸ ΒΔΓ τρίγωνον τοῦ Ζ χωρίου, ὁμοίως ἰσοῤῥοπησεῖ.

tium aliud Z ex altera ſtateræ parte a puncto A; ita ut ſpatium Z ſuſpenſum a puncto A libretur ad triangulum ΒΔΓ ita ſe habens, ut nunc ponitur. Dico ſpatium Z partem eſſe tertiam trianguli ΒΔΓ.

Quoniam enim poſita eſt ſtatera librari, erit recta linea ΑΓ finitori parallela: quæ autem rectæ normales ducuntur ad ΑΓ in plano ad finitorem recto, hæ ad finitorem ipſum normales erunt. Itaque ſecetur recta linea ΒΓ in puncto E, ita ut ΓΕ dupla ſit ipſius ΕΒ: ducaturque ΚΕ ipſi ΒΔ parallela; eademque ſecetur in duas æquas partes in puncto Θ. Erit utique punctum Θ centrum gravitatis trianguli ΒΔΓ. Hoc enim in mechanicis demonſtratum eſt. Itaque ſi triangulum, quod quidem a punctis Β, Γ ſuſpenditur, ſolutum ab his a puncto E ſuſpendatur, manebit, ut nunc habet. Eorum enim, quæ ſuſpenduntur, a quo puncto ſuſpenduntur, ita ab eo unumquodque manet, ut centrum gravitatis ejus, quod ſuſpenditur; et punctum id, a quo ſuſpenditur, in normali recta linea ſit. Hoc enim quoque demonſtratum eſt. Et Quoniam igitur triangulum ΒΓΔ eodem modo ad ſtateram conſtituitur, ſpatium Z pariter librabitur. Et quoniam ſpatium Z, et triangulum ΒΔΓ librantur, alterum quidem ſuſpenſum a puncto A, alterum vero a puncto E; conſtat eadem, et longitudines reciprocari: atque ut ΑΒ ad ΒΕ, ita ſe habere triangulum ΒΔΓ ad ſpatium Z. Tripla eſt autem ΑΒ ipſius ΒΕ. Triplum eſt igitur etiam triangulum ΒΔΓ ſpatii Z.

Manifeſtum præterea eſt, ſi triplum ſit triangulum ΒΔΓ ſpatii Z, eadem pariter librari.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ζ.

Ἔστω πάλιν ζυγὸς ἁ ΑΓ γραμμά, μέσον δὲ αὐτᾶς ἔστω τὸ Β· καὶ κρεμάσθω κατὰ τὸ Β τὸ ΓΔΗ τρίγωνον. Τὸ δὴ ΓΔΗ ἔστω τρίγωνον ἀμβλυγώνιον, βάσιν ἔχον τὰν ΔΗ, ὕψος δὲ τὰν ἴσαν ἐοῦσαν τᾷ ἡμισείᾳ τοῦ ζυγοῦ. Καὶ κρεμάσθω τὸ ΔΓΗ τρίγωνον ἐκ τῶν Β, Γ σαμείων· τὸ δὲ Ζ χωρίον κρεμάμενον κατὰ τὸ Α ἰσοῤῥοπεῖς ἔστω τῷ ΓΔΗ τριγώνῳ, οὕτως ἔχοντι ὡς νῦν κεῖται. Ὁμοίως δὲ δειχθήσεται τὸ Ζ χωρίον τρίτον μέρος τοῦ ΓΔΗ τριγώνου.

Κρεμάσθω γάρ τι καὶ ἄλλο χωρίον ἐκ τοῦ Α, τρίτον μέρος ἐὸν τοῦ ΒΓΗ τριγώνου. Ἰσοῤῥοπησεῖ δὲ τὸ ΒΔΓ τρίγωνον τῷ ΖΛ. Ἐπεὶ οὖν τὸ μὲν ΒΓΗ τρί-

PROP. VII. Theor.

Sit rurſus recta linea ΑΓ ſtatera, cujus medium punctum B: et ſuſpendatur a puncto B triangulum ΓΔΗ. Triangulum autem ΓΔΗ ſit obtuſiangulum, baſim habens rectam ΔΗ, et altitudinem rectam dimidiæ ſtateræ æqualem.



Suſpendatur porro triangulum ΔΓΗ a punctis Β, Γ: ſpatiumque Z a puncto A ſuſpenſum libretur ad triangulum ΓΔΗ, ita ſe habens, ut nunc ponitur. Pariter demonſtrabitur ſpatium Z partem eſſe tertiam trianguli ΓΔΗ.

Suſpendatur enim ſpatium quoddam aliud a puncto A, quod quidem tertia pars ſit trianguli ΒΓΗ. Librabitur utique triangulum ΒΔΓ ad ſpatium ΖΛ. Quoniam igitur librantur triangulum

' ὁ ζυγὸς ΕΚ ΚΑ. ' καθέτοι. ' διπλάσια ἀεὶ μὲν τάς.


* Forte ἔχοντι. † Sive κρεμασθῇ.

quidem ΒΓΗ ad ſpatium Λ; triangulum vero ΒΓΔ ad ſpatium ΖΛ; et tertia pars eſt ſpatium ΖΛ trianguli ΒΓΔ; conſtat triangulum ΓΔΗ ſpatii Ζ triplum eſſe.

γωνον ἰσοῤῥοπεῖ τῷ Λ· τὸ δὲ ΒΓΔ τῷ ΖΔ· καὶ τρίτον ἐστὶ τοῦ ΒΓΔ τὸ * ΖΛ· Φανερὸν ὅτι καὶ τὸ ΓΔΗ τρίγωνον τριπλάσιον τοῦ Ζ.

PROP. VIII. Theor.

Sit ſtatera ΑΓ, cujus medium punctum Β. Suſpendatur autem a puncto Β triangulum rectangulum ΓΔΕ, habens angulum, qui ad punctum Ε eſt, rectum; ſuſpendatur, inquam, a ſtateræ punctis Γ, Ε: ſuſpendaturque a puncto Α ſpatium Ζ, ita ut libretur ad triangulum ΓΔΕ ita ſe habens, ut nunc ponitur. Quam autem rationem habet ΑΒ ad ΒΕ, hanc habeat triangulum ΓΔΕ ad ſpatium Κ. Dico ſpatium Ζ triangulo quidem ΓΔΕ minus eſſe, ſpatio vero Κ majus.



Sumatur enim centrum gravitatis trianguli ΔΕΓ, quod quidem ſit punctum Θ: ducaturque ΘΗ ipſi ΔΕ parallela. Quoniam igitur libratur triangulum ΓΔΕ ad ſpatium Ζ, eamdem habet rationem triangulum ΓΔΕ ad ſpatium Ζ, quam ΑΒ ad ΒΗ. Quare minus eſt ſpatium Ζ triangulo ΓΔΕ. Et quoniam triangulum ΓΔΕ ad ſpatium quidem Ζ eam habet rationem, quam ΒΑ ad ΒΗ; ad ſpatium vero Κ habet eam, quam ΒΑ ad ΒΕ; conſtat triangulum ΓΔΕ majorem rationem habere ad ſpatium Κ, quam ad ſpatium Ζ. Quare majus eſt ſpatium Ζ ſpatio Κ.


ΠΡΟΤΑΣΙΣ η΄.

Ἔστω ζυγὸς ὁ ΑΓ, μέσον δὲ αὐτοῦ τὸ Β. Καὶ κρεμάσθω κατὰ τὸ Β τὸ ΓΔΕ τρίγωνον ὀρθογώνιον, ὀρθὰν ἔχον τὰν ποτὶ τὸ Ε γωνίαν· καὶ κρεμάσθω ἐκ τοῦ ζυγοῦ κατὰ τὰ Γ, Ε· τὸ δὲ Ζ χωρίον κρεμάσθω κατὰ τὸ Α· καὶ ἰσοῤῥοπείτω τῷ ΓΔΕ οὕτως ἔχοντι ὡς νῦν κεῖται. Ὃν δὲ λόγον ἔχει ἁ ΑΒ ποτὶ τὰν ΒΕ, τοῦτον ἐχέτω τὸ ΓΔΕ τρίγωνον ποτὶ τὸ Κ χωρίον. Φαμὶ δὴ τὸ Ζ χωρίον τοῦ μὲν ΓΔΕ τριγώνου ἔλασσον εἶμεν, τοῦ δὲ Κ μεῖζον.

Λελάφθω γὰρ τοῦ ΔΕΓ τριγώνου τὸ κέντρον τοῦ βάρεος, καὶ ἔστω τὸ Θ· καὶ ἁ ΘΗ ἄχθω παρὰ τὰν ΔΕ. Ἐπεὶ οὖν ἰσοῤῥοπεῖ τὸ ΓΔΕ τρίγωνον τῷ Ζ χωρίῳ, τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον τὸ ΓΔΕ χωρίον ποτὶ τὸ Ζ, ὃν ἁ ΑΒ ποτὶ τὰν ΒΗ. Ὥστε ἔλασσόν ἐστι τὸ Ζ τοῦ ΓΔΕ. Καὶ ἐπεὶ τὸ ΓΔΕ τρίγωνον ποτὶ μὲν τὸ Ζ τοῦτον ἔχει τὸν λόγον, ὃν ἁ ΒΑ ποτὶ τὰν ΒΗ· ποτὶ δὲ τὸ Κ, ὃν ἁ ΒΑ ποτὶ τὰν ΒΕ· δῆλον ὡς μείζονα λόγον ἔχει τὸ ΓΔΕ τρίγωνον ποτὶ τὸ Κ, ἢ ποτὶ τὸ Ζ. Ὥστε μεῖζόν ἐστι τὸ Ζ τοῦ Κ.

PROP. IX. Theor.

Sit rurſus ſtatera ΑΓ, cujus medium punctum Β. Triangulum autem ΓΔΚ ſit obtuſangulum baſim habens ΔΚ, et altitudinem ΕΓ. Suſpendatur autem hoc triangulum a ſtateræ punctis Γ, Ε. Suſpendaturque a puncto Α ſpatium Ζ, ita ut libretur ad triangulum ΔΓΚ ita ſe habens, ut nunc ponitur. Quam autem rationem habet ΑΒ ad ΒΕ, hanc habeat triangulum ΓΔΚ ad ſpatium Λ. Dico ſpatium Ζ ſpatio quidem Λ majus eſſe, triangulo vero ΔΓΚ minus.



Demonſtrabitur pariter ac ſuperior propoſitio.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ θ΄.


Ἔστω πάλιν τὸ μὲν ΑΓ ζυγίον, μέσον δὲ αὐτοῦ τὸ Β. Τὸ δὲ ΓΔΚ τρίγωνον ἀμβλυγώνιον βάσιν μὲν ἔχον τὰν ΔΚ, ὕψος δὲ τὰν ΕΓ. Καὶ κρεμάσθω ἐκ τοῦ ζυγοῦ κατὰ τὰ Γ, Ε. Τὸ δὲ Ζ χωρίον κρεμάσθω κατὰ τὸ Α, καὶ ἰσοῤῥοπείτω τῷ ΔΓΚ τριγώνῳ οὕτως ἔχοντι ὡς νῦν κεῖται. Ὃν δὲ λόγον ἔχει ἁ ΑΒ ποτὶ τὰν ΒΕ, τοῦτον ἐχέτω τὸ ΓΔΚ τρίγωνον ποτὶ τὸ Λ. Φαμὶ δὴ τὸ Ζ τοῦ μὲν Λ μεῖζον εἶμεν, τοῦ δὲ ΔΓΛ ἔλασσον.

Δειχθήσεται ὁμοίως τῷ πρότερον.

* τὸ ΖΛ

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ί.

Ἔστω πάλιν τὸ μὲν ΑΒΓ ζυγίον, καὶ μέσον αὐτῦ τὸ Β· τὸ δὲ ΒΔΗΚ τραπέζιον, τὰς μὲν ποτὶ τοῖς Β, Η σαμείοις γωνίας ὀρθὰς ἔχον, τὰν δὲ ΚΔ πλευρὰν ἐπὶ τὸ Γ νεύουσαν. Καὶ ὃν ἔχει λόγον ἁ ΒΑ ποτὶ τὰν ΒΗ, τοῦτον ἐχέτω τὸ ΒΔΚΗ τραπέζιον ποτὶ τὸ Λ χωρίον. Κεκρεμάσθω δὲ τὸ ΒΔΗΚ τραπέζιον ἐκ τῦ ζυγῦ κατὰ τῶν Β, Η σαμείων· κεκρεμάσθω δὲ καὶ τὸ Ζ χωρίον κατὰ τὸ Α, καὶ ἰσορροπεέτω τῷ ΒΔΚΗ τραπεζίῳ, οὕτως ἔχοντι ὡς νῦν ὑπόκειται. Φαμὶ τὸ Ζ χωρίον ἔλασσον εἶμεν τῦ Λ.



Τετμάσθω γὰρ ἁ ΑΓ κατὰ τὸ Ε οὕτως, ὥστε ὃν ἔχει λόγον ἁ διπλασία τᾶς ΔΒ, καὶ ἁ ΚΗ ποτὶ τὰν διπλασίαν τᾶς ΚΗ, καὶ τᾶς ΒΔ, τοῦτον * ἔχειν τὰν ΕΗ ποτὶ τὰν ΒΕ· καὶ διὰ τῦ Ε παρὰ τὰν ΒΔ ἀχθεῖσα ἁ ΕΝ τετμάσθω δίχα κατὰ τὸ Θ. Τῦ δὴ ΒΔΗΚ τραπεζίου κέντρον ἐστὶ τῦ βάρεος τὸ Θ. Δέδεικται γὰρ τοῦτο ἐν τοῖς μηχανικοῖς. Ἢν οὖν τὸ ΒΔΗΚ τραπέζιον κατὰ μὲν τὸ Ε κρεμασθῇ, ἀπὸ δὲ τῶν Β, Η σαμείων λυθέῃ, μενεῖ τὰν αὐτὰν ἔχον κατάστασιν, δι᾽ αὐτὰ τοῖς πρότερον, καὶ ἰσορροπήσει τῷ Ζ χωρίῳ. Ἐπεὶ οὖν ἰσορροπεῖ τὸ ΒΔΗΚ τραπέζιον κατὰ τὸ Ε κρεμάμενον, τῷ Ζ χωρίῳ κατὰ τὸ Α κρεμαμένῳ, ἐσσεῖται ὡς ἁ ΒΑ ποτὶ τὰν ΒΕ, τὸ ΒΔΗΚ τραπέζιον ποτὶ τὸ Ζ χωρίον. Μείζονα ἄρα λόγον ἔχει τὸ ΒΔΗΚ τραπέζιον ποτὶ τὸ Ζ, * ἤπερ ποτὶ τὸ Λ· ἐπεὶ καὶ ἁ ΑΒ ποτὶ τὰν ΒΕ μείζονα λόγον ἔχει, ἤπερ ποτὶ τὰν ΒΗ. Ὥστε ἔλασσον ἔσται τὸ Ζ τῦ Λ.


PROP. X. Theor.

Sit rurſus ſtatera ΑΒΓ, cujus medium punctum Β: et trapezium ΒΔΗΚ habens angulos, qûi ad puncta Β, Η ſunt, rectos, et latus ΚΔ vergens ad punctum Γ. Quam autem rationem habet ΒΑ ad ΒΗ, hanc habeat trapezium ΒΔΚΗ ad ſpatium Λ. Suſpendatur porro trapezium ΒΔΗΚ a ſtateræ punctis Β, Η: ſuſpendaturque etiam ſpatium Ζ a puncto Α, ita ut libretur ad trapezium ΒΔΚΗ ita ſe habens, ut nunc ponitur. Dico ſpatium Ζ minus eſſe ſpatio Λ.

Secetur enim ΑΓ in puncto Ε, ita ut rationem habet dupla ipſius ΔΒ, una cum ΚΗ, ad duplam ipſius ΚΗ, una cum ΒΔ, hanc habeat ΕΗ ad ΒΕ: ductaque per punctum Ε ΕΝ ipſi ΒΔ parallela ſecetur in puncto Θ in duas æquas partes. Trapezii igitur ΒΔΗΚ centrum gravitatis eſt punctum Θ. Hoc enim in mechanicis demonſtratum eſt. Itaque ſi trapezium ΒΔΗΚ ſuſpendatur a puncto Ε, ſolvaturque a punctis Β, Η; eadem ratione, qua ſupra, ſimiliter conſtitutum manebit, et librabitur ad ſpatium Ζ. Quoniam igitur libratur trapezium ΒΔΗΚ a puncto Ε ſuſpenſum ad ſpatium Ζ ſuſpenſum a puncto Α; ut ΒΑ ad ΒΕ, ita ſe habebit trapezium ΒΔΗΚ ad ſpatium Ζ. Majorem igitur rationem habet trapezium ΒΔΗΚ ad ſpatium Ζ, quam ad ſpatium Λ; quoniam etiam ΑΒ ad ΒΕ majorem habet rationem, quam ad ΒΗ. Quare ſpatium Ζ minus erit ſpatio Λ.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιά.

Ἔστω πάλιν τὸ μὲν ΑΓ ζυγίον, καὶ μέσον αὐτοῦ τὸ Β· τὸ δὲ ΚΔΤΡ τραπέζιον ἔστω τὰς μὲν ΚΔ, ΤΡ πλευρὰς ἔχον ἐπὶ τὸ Γ νευούσας, τὰς δὲ ΔΡ, ΚΤ καθέτους ἐπὶ τὰν ΒΓ· καὶ ἁ ΔΡ ἐπὶ τὸ Β πιπτέτω. Ὃν δὲ λόγον ἔχει ἁ ΑΒ ποτὶ τὰν ΒΗ, τοῦτον ἐχέτω τὸ ΔΚΤΡ τραπέζιον ποτὶ τὸ Λ. Τὸ δὲ ΔΚΤΡ τραπέζιον κεκρεμάσθω ἐκ τῦ ζυγῦ κατὰ τὰ Β, Η, καὶ τὸ Ζ κατὰ τὸ Α, καὶ ἰσορροπεέτω τὸ Ζ τῷ ΔΚΡΤ τραπεζίῳ, οὕτως ἔχοντι ὡς νῦν



PROP. XI. Theor.

Sit rurſus ſtatera ΑΓ, cujus medium punctum Β: et trapezium ΚΔΤΡ habens latera quidem ΚΔ, ΤΡ vergentia ad punctum Γ, latera vero ΔΡ, ΚΤ normalia ad ΒΓ: atque incidat ΔΡ in punctum Β. Quam autem rationem habet ΑΒ ad ΒΗ, hanc habeat trapezium ΔΚΤΡ ad ſpatium Λ. Suſpendatur porro trapezium ΔΚΤΡ a ſtateræ punctis Β, Η; et ſpatium Ζ a puncto Α, ita ut ſpatium Ζ libretur ad trapezium ΔΚΤΡ ita ſe habens, ut nunc

* τοῦτο ἐν ἄλλῳ.


* ἔσαι ποτὶ τὰν ΒΗ.

ponitur. Demonſtrabitur pariter ac ſupra, ſpatium Z minus eſſe ſpatio Λ.

κεῖται. Ὁμοίως δὴ τοῖς πρότερον δειχθήσεται ἔλασσον τὸ Z χωρίον τοῦ Λ.

PROP. XII. Theor.

Sit rurſus ſtatera AΓ, cujus medium punctum B: et trapezium ΔEKH habens angulos, qui ad puncta E, H ſunt, rectos; et latera KΔ, EH vergentia ad punctum Γ. Quam autem rationem habet AB ad BH, hanc habeat trapezium ΔKEH ad ſpatium M: quamque habet AB ad BE, hanc habeat trapezium ΔKEH ad ſpatium Λ. Suſpendatur porro trapezium ΔKEH a ſtateræ punctis E, H: ſuſpendaturque ſpatium Z a puncto A, ita ut libretur ad trapezium ita ſe habens, ut nunc ponitur. Dico ſpatium Z ſpatio quidem Λ majus eſſe, ſpatio vero M minus.



Sumatur enim centrum gravitatis trapezii ΔKEH; quod quidem ſit Θ. Sumetur autem pariter ac ſupra: ducaturque ΘI ipſi ΔE parallela. Itaque ſi trapezium ΔKEH ſuſpendatur a ſtateræ puncto I, ſolvaturque a punctis E, H; eadem ratione, qua ſupra, ſimiliter conſtitutum manebit, et librabitur ad ſpatium Z. Quoniam igitur libratur trapezium ΔKEH a puncto I ſuſpenſum ad ſpatium Z ſuſpenſum a puncto A; eamdem habebit rationem trapezium ad ſpatium Z, quam AB ad BI. Conſtat igitur trapezium ΔKEH ad ſpatium quidem Λ majorem habere rationem, quam ad ſpatium Z: ad ſpatium vero M minorem, quam ad ſpatium Z. Quare ſpatium Z ſpatio quidem Λ majus eſt, ſpatio vero M minus.


ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιβʹ.

Ἔστω πάλιν τὸ μὲν AΓ ζυγίον, μέσον δὲ αὐτοῦ τὸ B· τὸ δὲ ΔEKH τραπέζιον ἔστω τὰς μὲν ποτὶ τοῖς E, H σαμείοις γωνίας ὀρθὰς ἔχον, τὰς δὲ KΔ, EH γραμμὰς ποτὶ τὸ Γ νευούσας. Καὶ ὃν μὲν λόγον ἔχει ἁ AB ποτὶ τὰν BH, τοῦτον ἐχέτω τὸ ΔKEH τραπέζιον ποτὶ τὸ M· ὃν δὲ λόγον ἔχει ἁ AB ποτὶ τὰν BE, τοῦτον τὸν λόγον ἐχέτω τὸ ΔKEH τραπέζιον, ποτὶ τὸ Λ. Κεκρεμάσθω δὴ τὸ ΔKEH τραπέζιον ἐκ τοῦ ζυγοῦ κατὰ τὰ E, H· τὸ δὴ Z χωρίον κεκρεμάσθω κατὰ τὸ A, καὶ ἰσορροπέετω τῷ τραπεζίῳ οὕτως ἔχοντι ὡς νῦν ὑπόκειται. Φαμὶ δὴ τὸ Z [r] τοῦ Λ μεῖζον εἶμεν, τοῦ δὲ M ἔλασσον.

Ἔλαβον γὰρ τοῦ ΔKEH τραπεζίου τὸ κέντρον τοῦ βάρεος· ἔστω δὴ τὸ Θ. Λαφθήσεται δὴ ὁμοίως τῷ πρότερον· καὶ ἄγω τὰν ΘI παρὰ τὰν ΔE. Ἂν οὖν τὸ τραπέζιον ἐκ τοῦ ζυγοῦ κρεμασθήσεται κατὰ τὸ I, ἀπὸ δὴ τῶν E, H λυθῇ, μενεῖ τὰν αὐτὰν ἔχον κατάστασιν, καὶ ἰσορροπήσει τῷ Z, διὰ τὰ αὐτὰ τοῖς πρότερον. Ἐπεὶ δὴ ἰσορροπεῖ τὸ τραπέζιον κρεμάμενον κατὰ τὸ I, τῷ Z κρεμαμένῳ κατὰ τὸ A, τὸν αὐτὸν ἕξει λόγον τὸ τραπέζιον ποτὶ τὸ Z, ὃν ἁ AB ποτὶ τὰν BI. Δῆλον οὖν, ὅτι τὸ ΔKEH [s] ποτὶ μὲν τὸ Λ μείζονα λόγον ἔχει, ἢ ποτὶ τὸ Z· ποτὶ δὴ τὸ M ἐλάσσονα ἢ ποτὶ τὸ Z. Ὥστε τὸ Z, τοῦ μὲν Λ μεῖζόν ἐστι, τοῦ δὲ M ἔλασσον.

PROP. XIII. Theor.

Sit rurſus ſtatera AΓ, cujus medium punctum B: et trapezium KΔTP habens latera quidem KΔ, TP vergentia ad punctum Γ, latera vero ΔT, KP normalia ad BΓ. Suſpendatur porro trapezium ΔKTP a ſtateræ punctis E, H: ſuſpendaturque ſpatium Z a puncto A, ita ut libretur ad trapezium ΔKTP ita ſe habens, ut nunc ponitur. Quam autem rationem habet AB ad BE, hanc habeat trapezium ΔKTP ad



ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιγʹ.

Ἔστω πάλιν τὸ μὲν AΓ ζυγίον, καὶ τὸ μέσον δὲ αὐτοῦ τὸ B· τὸ δὲ KΔTP τραπέζιον, ὥστε τὰς μὲν KΔ, TP πλευρὰς νευούσας εἶμεν ἐπὶ τὸ Γ, τὰς δὴ ΔT, KP καθέτους ἐπὶ τὰν BΓ. Κεκρεμάσθω δὴ ἐκ τοῦ ζυγοῦ κατὰ τὰ E, H· τὸ δὲ Z χωρίον κεκρεμάσθω κατὰ τὸ A, καὶ ἰσορροπέετω τῷ ΔKTP τραπεζίῳ οὕτως ἔχοντι, ὡς νῦν κεῖται. Καὶ ὃν μὲν ἔχει λόγον ἁ AB ποτὶ τὰν BE, τοῦτον ἐχέτω τὸ ΔKTP τραπέζιον ποτὶ

[r] τοῦ μὲν Λ.

[s] ποτὶ μὲν τὸ Λ.

τὸ Λ χωρίον· ὃν δὲ λόγον ἔχει ἁ ΑΒ ποτὶ τὰν ΒΗ, τοῦτον ἐχέτω τὸ αὐτὸ τραπέζιον ποτὶ τὸ Μ. Ὁμοίως δὴ τῷ πρότερον δειχθήσεται τὸ Ζ τοῦ μὲν Λ μεῖζον, τοῦ δὲ Μ ἔλασσον.

ſpatium Λ: quamque habet ΑΒ ad ΒΗ, hanc habeat idem trapezium ad ſpatium Μ. Demonſtrabitur pariter ac ſupra, ſpatium Ζ ſpatio quidem Λ majus eſſe, ſpatio vero Μ minus.


ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιδ'.

Ἔστω τμᾶμα τὸ ΒΘΓ περιεχόμενον ὑπὸ εὐθείας, καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς. Ἔστω δὴ πρῶτον ἁ ΒΓ ποτὶ ὀρθὰς τᾷ διαμέτρῳ· καὶ ἄχθω ἀπὸ μὲν τοῦ Β σαμείου ἁ ΒΔ παρὰ τὰν διάμετρον· ἀπὸ δὲ τοῦ Γ ἁ ΓΔ ἐπιψαύουσα τᾶς τοῦ κώνου τομᾶς κατὰ τὸ Γ. Ἐσσεῖται δὴ τὸ ΒΓΔ τρίγωνον ὀρθογώνιον. Διῃρήσθω δὴ ἁ ΒΓ ἐς τμάματα ὁποσαοῦν ἴσα τὰ ΒΕ, ΕΖ, ΖΗ, ΗΙ· καὶ ἀπὸ τᾶν τομᾶν ἄχθωσαν παρὰ τὰν διάμετρον αἱ ΕΣ, ΖΤ, ΗΥ, ΙΞ· ἀπὸ δὲ τῶν σαμείων, καθ' ἃ τέμνουσιν [a] αὗται τὰν τοῦ κώνου τομάν, ἐπιζευχθῶσαν κατὰ τὸ Γ, καὶ ἐκβεβλήσθωσαν. Φαμὶ δὴ τὸ τρίγωνον τὸ ΒΔΓ, τῶν μὲν τραπεζίων τῶν ΚΕ, ΛΖ, ΜΗ, ΝΙ, καὶ τοῦ ΞΙΓ τριγώνου ἔλασσον εἶμεν ἢ τριπλάσιον· τῶν δὲ τραπεζίων τῶν ΖΦ, ΗΘ, ΙΠ, καὶ τοῦ ΙΟΓ [b] τριγώνου, μεῖζόν ἐστιν ἢ τριπλάσιον.

PROP. XIV. Theor.

Sit ſegmentum, quod ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continetur, ΒΘΓ. Sit autem primum recta ΒΓ ad rectos angulos diametro: ducaturque a puncto Β diametro parallela recta ΒΔ; et a puncto Γ recta ΓΔ, quæ coni ſectionem in puncto Γ contingat. Erit utique triangulum ΒΓΔ rectangulum. Itaque ſecetur ΒΓ in ſegmenta quæcunque ΒΕ, ΕΖ, ΖΗ, ΗΙ: ducanturque a ſectionibus diametro parallelæ ΕΣ, ΖΤ, ΗΥ, ΙΞ; junctæque a punctis, in quibus hæ coni ſectionem ſecant, ad punctum Γ rectæ lineæ producantur. Dico triangulum ΒΔΓ trapeziorum quidem ΚΕ, ΛΖ, ΜΗ, ΝΙ, et trianguli ΞΙΓ minus eſſe, quam triplum; trapeziorum vero ΖΦ, ΗΘ, ΙΠ, et trianguli ΙΟΓ majus, quam triplum.

Διάχθω γὰρ εὐθεῖα, ἁ ΓΒ· καὶ ἀπολελάφθω ἁ ΑΒ ἴσα τᾷ ΒΓ· καὶ νοείσθω ζύγιον τὸ ΑΓ, μέσον δὲ αὐτοῦ ἐσσείσθω τὸ Β, καὶ κεκριμάσθω ἐκ τοῦ Β. Κεκριμάσθω δὲ καὶ τὸ ΒΔΓ ἐκ τοῦ [c] ζυγοῦ κατὰ τὰ Β, Γ· ἐκ δὲ τοῦ θατέρου μέρεος ζυγοῦ κεκριμάσθω τὰ Ρ, Χ, Ψ, Ω, Δ χωρία κατὰ τὸ Α. Καὶ ἰσορροπείτω τὸ μὲν Ρ χωρίον τῷ ΔΕ τραπεζίῳ, οὕτως ἔχοντι ὡς νῦν κεῖται, τὸ δὲ Χ τῷ ΖΣ τραπεζίῳ· τὸ δὲ Ψ τῷ ΤΗ· τὸ δὴ Ω τῷ ΥΙ· τὸ δὲ Δ τῷ ΞΙΓ τριγώνῳ. Ἰσορροπήσει δὴ καὶ τὸ ὅλον τῷ ὅλῳ. Ὥστε τριπλάσιον ἂν εἴη τὸ ΒΔΓ τρίγωνον τοῦ ΡΧΨΩΔ χωρίου. Καὶ ἐπεί ἐστι τμᾶμα τὸ ΒΓΘ, ὃ περιέχεται ὑπό τε εὐθείας καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς· καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ Β παρὰ τὰν διάμετρον ἄκται ἁ ΒΔ, [d] ἀπὸ δὲ τοῦ Γ ἁ ΓΔ, ἐπιψαύουσα τᾶς τοῦ κώνου τομᾶς κατὰ τὸ Γ· ἄκται δέ τις καὶ ἄλλα παρὰ τὰν διάμετρον ἁ ΣΕ· τὸν αὐτὸν ἔχει



Producatur enim recta linea ΓΒ; et abſcindatur ipſi ΒΓ æqualis ΑΒ: intelligatur autem ſtatera ΑΓ, cujus medium punctum Β, eademque ſuſpendatur a puncto Β. Suſpendatur autem etiam triangulum ΒΔΓ a ſtateræ punctis Β, Γ: ſuſpendanturque ex altera ſtateræ parte a puncto Α ſpatia Ρ, Χ, Ψ, Ω, Δ. Ac librentur tum ſpatium Ρ ad trapezium ΔΕ ita ſe habens, ut nunc ponitur; tum ſpatium Χ ad trapezium ΖΣ; tum ſpatium Ψ ad trapezium ΤΗ; tum ſpatium Ω ad trapezium ΥΙ; tum ſpatium Δ ad triangulum ΞΙΓ. Librabitur utique etiam totum ad totum. Quare triplum fuerit triangulum ΒΔΓ ſpatii ΡΧΨΩΔ. Et quoniam ſegmentum eſt ΒΓΘ, quod ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continetur: ducta autem eſt a puncto Β diametro parallela ΒΔ; et a puncto Γ, ΓΔ, quæ coni ſectionem in puncto Γ contingit: ductaque præterea eſt alia quædam ΣΕ parallela item diametro;

[a] αὗται. [b] τριγώνου. Ita ſe habet MS. [c] Pro ζυγῦ, ſemper ζυγὲ habet MS. [d] ἀπὸ δὲ τοῦ Γ ἐπι.

eamdem habet rationem B Γ ad B E quam Σ E ad E Φ. Quare etiam B A ad B E rationem habet eamdem, quam trapezium Δ E ad trapezium K E. Pariter autem demonſtrabitur A B ad B Z quidem eamdem habere rationem, quam trapezium Σ Z ad trapezium Λ Z; ad B H vero eamdem, quam trapezium T H ad trapezium M H; denique ad B I eamdem, quam trapezium T I ad trapezium N I. Quoniam igitur trapezium eſt Δ E habens angulos, qui ad puncta B, E ſunt, rectos, et latera vergentia ad punctum Γ: libratur autem ſpatium quoddam P ſuſpenſum a ſtateræ puncto A ad id trapezium ita ſe habens, ut nunc ponitur; et ut B A ad B E, ita ſe habet trapezium Δ E ad trapezium K E; ideo majus erit trapezium K E ſpatio P. Hoc enim demonſtratum eſt. Rurſus trapezium quoque eſt Z Σ habens angulos, qui ad puncta Z, E ſunt, rectos; et latus Σ T vergens ad punctum Γ: libratur autem ſpatium X ſuſpenſum a ſtateræ puncto A ad id trapezium ita ſe habens, ut nunc ponitur; et ut B A quidem ad B E, ita ſe habet trapezium Z Σ ad trapezium Z Φ; ut vero A B ad B Z, ita trapezium Z Σ ad trapezium Λ Z; ideo etiam ſpatium X trapezio quidem Λ Z minus fuerit, trapezio vero Z Φ majus. Hoc enim quoque demonſtratum eſt. Eadem ratione et ſpatium Ψ trapezio quidem M H minus eſt, trapezio vero Θ H majus: et ſpatium Ω trapezio quidem N O I H minus eſt, trapezio vero Π I majus: et ſpatium pariter Δ triangulo quidem Ξ I Γ minus eſt, triangulo vero Γ I O majus. Quoniam igitur majus eſt trapezium K E ſpatio P; et trapezium Λ Z ſpatio X; et trapezium M H ſpatio Ψ; et trapezium N I ſpatio Ω; et triangulum Ξ I Γ ſpatio Δ; manifeſtum eſt omnia etiam, quæ diximus, ſpatia majora eſſe ſpatio P X Ψ Ω Δ. Spatium autem P X Ψ Ω Δ tertia pars eſt trianguli A Γ Δ. Triangulum igitur B Γ Δ minus eſt quam triplum trapeziorum K E, Λ Z, M H, N I, et trianguli Ξ I Γ. Rurſus quoniam minus eſt trapezium Z Φ ſpatio X; et trapezium Θ H ſpatio Ψ; et trapezium I Π ſpatio Ω; et triangulum I O Γ ſpatio Δ; manifeſtum eſt omnia etiam, quæ diximus, ſpatia minora eſſe ſpatio Δ Ω Ψ X. Triangulum igitur B Δ Γ majus quidem eſt, quam triplum trapeziorum Φ Z, Θ H, I Π, et trianguli I Γ O; minus vero, quam triplum eorum, quæ antea diximus.

λόγον ἁ ΒΓ ποτὶ τὰν ΒΕ, ὃν ἁ ΣΕ ποτὶ τὰν ΕΦ. Ὥστε καὶ ἁ ΒΑ ποτὶ τὰν ΒΕ τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν τὸ ΔΕ τραπέζιον ποτὶ τὸ ΚΕ. Ὁμοίως δὲ δειχθήσεται ἁ ΑΒ ποτὶ τὰν ΒΖ τὸν αὐτὸν ἔχουσα λόγον, ὃν τὸ ΣΖ τραπέζιον ποτὶ τὸ ΛΖ· ποτὶ δὲ τὰν ΒΗ, ὃν τὸ ΤΗ ποτὶ τὸ ΜΗ· ποτὶ δὲ τὰν ΒΙ, ὃν τὸ ΤΙ ποτὶ τὸ ΝΙ. Ἐπεὶ οὖν ἐστὶ τραπέζιον τὸ ΔΕ, τὰς μὲν ποτὶ τοῖς ΒΕ σαμείοις γωνίας ὀρθὰς ἔχον, τὰς δὲ πλευρὰς ἐπὶ τὸ Γ νευούσας· ἰσοῤῥοπεῖ δέ τι χωρίον αὐτῷ τὸ Ρ, κρεμάμενον ἐκ τοῦ ζυγοῦ κατὰ τὸ Α, οὕτως ἔχοντος τοῦ τραπεζίου,* ὡς νῦν κεῖται· καὶ ἐστὶν ὡς ἁ ΒΑ ποτὶ τὰν ΒΕ, οὕτως τὸ ΔΕ τραπέζιον ποτὶ τὸ ΚΕ· μεῖζον ἄρα ἐστὶ τὸ ΚΕ χωρίον τοῦ Ρ χωρίου. Δέδεικται γὰρ τοῦτο. Πάλιν δὲ καὶ τὸ ΖΣ τραπέζιον, τὰς μὲν ποτὶ τοῖς ΖΕ γωνίας ὀρθὰς ἔχον, τὰν δὲ ΣΤ νεύουσαν ἐπὶ τὸ Γ· ἰσοῤῥοπεῖ δὲ αὐτῷ χωρίον τὸ Χ ἐκ τοῦ ζυγοῦ κρεμάμενον κατὰ τὸ Α, οὕτως ἔχοντι τῷ τραπεζίῳ, ὡς νῦν κεῖται· καὶ ἐστὶν, ὡς μὲν ἁ ΒΑ ποτὶ τὰν ΒΕ, οὕτως τὸ ΖΣ τραπέζιον ποτὶ τὸ ΖΦ· ὡς δὲ ἁ ΑΒ ποτὶ τὰν ΒΖ, οὕτως τὸ ΖΣ τραπέζιον ποτὶ τὸ ΛΖ· εἴη ἂν καὶ τὸ Χ χωρίον τοῦ μὲν ΛΖ τραπεζίου ἔλασσον, τοῦ δὲ ΖΦ μεῖζον. Δέδεικται γὰρ καὶ τοῦτο. Διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ τὸ Ψ χωρίον τοῦ μὲν ΜΗ τραπεζίου ἔλασσον, τοῦ δὲ ΘΗ μεῖζον· καὶ τὸ Ω χωρίον τοῦ μὲν ΝΟΙΗ τραπεζίου ἔλασσον, τοῦ δὲ ΠΙ μεῖζον· ὁμοίως δὴ καὶ τὸ Δ χωρίον τοῦ μὲν ΞΙΓ τριγώνου ἔλασσον, τοῦ δὲ ΓΙΟ μεῖζον. Ἐπεὶ οὖν τὸ μὲν ΚΕ τραπέζιον μεῖζόν ἐστι τοῦ Ρ χωρίου, τὸ δὲ ΛΖ τοῦ Χ, τὸ δὲ ΜΗ τοῦ Ψ, τὸ δὲ ΝΙ τοῦ Ω, τὸ δὲ ΞΙΓ τρίγωνον τοῦ Δ· φανερὸν ὅτι καὶ πάντα τὰ εἰρημένα χωρία μείζονά ἐστι τοῦ ΡΧΨΩΔ χωρίου. Ἔστι δὲ τὸ ΡΧΨΩΔ τρίτον μέρος τοῦ ΑΓΔ τριγώνου. Δῆλον ἄρα, ὅτι τὸ ΒΓΔ τρίγωνον ἔλασσόν ἐστιν, ἢ τριπλάσιον τῶν ΚΕ, ΛΖ, ΜΗ, ΝΙ τραπεζίων, καὶ τοῦ ΞΙΓ τριγώνου. Πάλιν ἐπεὶ τὸ μὲν ΖΦ τραπέζιον ἔλασσόν ἐστι τοῦ Χ χωρίου, τὸ δὲ ΘΗ τοῦ Ψ, τὸ δὲ ΙΠ τοῦ Ω, τὸ δὲ ΙΟΓ τρίγωνον τοῦ Δ· φανερὸν ὅτι καὶ πάντα τὰ εἰρημένα ἐλάσσονά ἐστι τοῦ ΔΩΨΧ χωρίου. Φανερὸν οὖν ὅτι καὶ τὸ ΒΔΓ τρίγωνον μεῖζόν ἐστιν, ἢ τριπλάσιον τῶν ΦΖ, ΘΗ, ΙΠ τραπεζίων, καὶ τοῦ ΙΓΟ τριγώνου· ἔλασσον δὲ ἢ τριπλάσιον τῶν προγεγραμμένων.

PROP. XV. Theor.

Sit rurſus ſegmentum, quod ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continetur, B Θ Γ: non ſit autem recta B Γ ad rectos angulos diametro. Neceſſe eſt alterutram rectarum, vel quæ diametro parallela ad eaſdem partes, ac ſegmentum, a puncto B ducitur, vel quæ ducitur a puncto Γ,

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιε΄.

Ἔστω πάλιν τὸ ΒΘΓ τμᾶμα περιεχόμενον ὑπὸ εὐθείας καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς· ἁ δὲ ΒΓ μὴ ἔστω ποτ᾽ ὀρθὰς τᾷ διαμέτρῳ. Ἀναγκαῖον δὲ ἤτοι τὰν ἀπὸ τοῦ Β σαμείου παρὰ τὰν διάμετρον ἀγμέναν† ἐπὶ τὰ αὐτὰ τῷ τμάματι, ἢ τὰν ἀπὸ τοῦ Γ ἀμβλεῖαν ποιεῖν

* ἔχονται.

† ἐπὶ τῷ.

γωνίαν ποτὶ τὰν ΒΓ. Ἔστω ἁ τὰν ἀμβλεῖαν ποιοῦσα ἁ [a] ποτὶ τὸ Β· καὶ ἄχθω παρὰ τὰν διάμετρον ἀπὸ τοῦ Β ἁ ΒΔ. Καὶ ἀπὸ τοῦ Γ ἁ ΓΔ, ἐπιψαύουσα τᾶς τοῦ κώνου τομᾶς κατὰ τὸ Γ. Καὶ διῃρήσθω ἁ ΒΓ εἰς τμάματα ἴσα ὁπόσα οὖν τὰ ΒΕ, ΕΖ, ΖΗ, ΗΙ, ΙΓ· ἀπὸ δὲ τῶν Ε, Ζ, Η, Ι παρὰ τὰν διάμετρον ἄχθωσαν αἱ ΕΣ, ΖΤ, ΗΥ, ΙΞ· καὶ ἀπὸ τῶν σαμείων, καθ' ἃ τέμνοντι αὗται τὰν τοῦ κώνου τομὰν, ἐπιζευχθῶσαν ἐπὶ τὸ Γ, καὶ ἐκβεβλήσθωσαν. Φαμὶ δὴ καὶ νῦν, τὸ ΒΔΓ τρίγωνον, τῶν μὲν τραπεζίων τῶν ΒΦ, ΛΖ, ΜΗ, ΝΙ, καὶ τοῦ ΓΙΞ [b] τριγώνου ἔλασσον εἶμεν ἢ τριπλάσιον· τῶν δὲ ΖΦ, ΗΘ, ΙΠ, καὶ τοῦ ΓΟΙ τριγώνου μεῖζον ἢ τριπλάσιον.

Ἐκβεβλήσθω ἁ ΔΒ ἐπὶ θάτερα· ἀγαγὼν καθέτον τὰν ΓΚ, τᾷ ΓΚ ἴσαν ἀπέλαβον τὰν ΑΚ. Νοείσθω δὲ πάλιν ζυγίον τὸ ΑΓ, μέσον δὲ αὐτοῦ τὸ Κ, καὶ κρεμάσθω ἐκ τοῦ Κ. Κεκρεμάσθω δὲ καὶ τὸ ΓΚΔ τρίγωνον ἐκ τοῦ ἡμίσεος τοῦ ζυγοῦ κατὰ τὰ ΓΚ, ἔχον ὡς νῦν κεῖται· ἐκ τοῦ θατέρου μέρεος τοῦ ζυγοῦ κρεμάσθωσαν κατὰ τὸ Α [c] τὰ Ρ, Χ, Ψ, Ω, Δ χωρία· καὶ τὸ μὲν Ρ τῷ ΔΕ τραπεζίῳ ἰσορροπείτω, οὕτως ἔχοντι ὡς νῦν κεῖται. Τὸ δὲ Χ τῷ ΖΣ τραπεζίῳ· τὸ δὲ Ψ τῷ ΤΗ· τὸ δὲ Ω τῷ ΤΙ· τὸ δὲ Δ τῷ ΓΙΞ τριγώνῳ. Ἰσορροπήσει δὲ καὶ τὸ ὅλον τῷ ὅλῳ. Ὥστε εἴη ἂν καὶ τὸ ΔΒΓ τρίγωνον τριπλάσιον τοῦ ΡΧΨΩΔ χωρίου. Ὁμοίως δὴ τῷ πρότερον δειχθήσεται, τὸ τοῦ ΒΦ τραπεζίου τοῦ Ρ χωρίου μεῖζον· καὶ τὸ μὲν ΘΕ τραπέζιον μεῖζον ἐὸν τοῦ Χ χωρίου, τὸ δὲ ΖΦ ἔλασσον· καὶ τὸ μὲν ΜΗ τραπέζιον μεῖζον ἐὸν τοῦ Ψ χωρίου, τὸ δὲ ΗΘ ἔλασσον. Καὶ ἔτι τὸ μὲν ΝΙ τραπέζιον μεῖζον ἐὸν τοῦ Ω χωρίου, τὸ δὲ ΠΙ ἔλασσον· καὶ τὸ μὲν ΞΙΓ τρίγωνον μεῖζον τοῦ Δ χωρίου, τὸ δὲ ΓΙΟ ἔλασσον. Δῆλον οὖν ἐστὶ τὸ προτεθέν.

obtuſum cum recta ΒΓ angulum efficere. Itaque quæ a puncto Β ducitur obtuſum angulum efficiat: ducaturque a puncto Β diametro parallela, recta ΒΔ. Et a puncto Γ recta ΓΔ, quæ coni ſectionem in puncto Γ contingat. Secetur porro ΒΓ in ſegmenta quotcunque ΒΕ, ΕΖ, ΖΗ, ΗΙ, ΙΓ: ducanturque a punctis Ε, Ζ, Η, Ι diametro parallelæ ΕΣ, ΖΤ, ΗΥ, ΙΞ: junctæque a punctis, in quibus hæ coni ſectionem ſecant, ad punctum Γ rectæ lineæ producantur. Dico nunc quoque triangulum ΒΔΓ trapeziorum quidem ΒΦ, ΛΖ, ΜΗ, ΝΙ, et trianguli ΓΙΞ minus eſſe, quam triplum; trapeziorum vero ΖΦ, ΗΘ, ΙΠ, et trianguli ΓΟΙ majus, quam triplum.



Producatur ΔΒ in partem alteram: ductaque normali ΓΚ abſcindatur ipſi ΓΚ æqualis ΑΚ. Intelligatur autem rurſus ſtatera ΑΓ, cujus medium punctum Κ, eademque ſuſpendatur a puncto Κ. Suſpendatur autem a media ſtatera etiam triangulum ΓΚΔ; nempe a punctis Γ, Κ; ita ſe habens, ut nunc ponitur: ſuſpendanturque ex altera ſtateræ parte a puncto Α ſpatia Ρ, Χ, Ψ, Ω, Δ: ac librentur tum ſpatium Ρ ad trapezium ΔΕ ita ſe habens, ut nunc ponitur; tum ſpatium Χ ad trapezium ΖΣ; tum ſpatium Ψ ad trapezium ΤΗ; tum ſpatium Ω ad trapezium ΤΙ; tum ſpatium Δ ad triangulum ΓΙΞ. Librabitur utrique etiam totum ad totum. Quare triplum fuerit triangulum ΔΒΓ ſpatii ΡΧΨΩΔ. Demonſtrabitur autem pariter, ac ſupra, trapezium ΒΦ ſpatio Ρ majus eſſe: præterea ſpatio Χ trapezium quidem ΘΕ majus eſſe, trapezium vero ΖΦ minus: et ſpatio Ψ trapezium quidem ΜΗ majus eſſe, trapezium vero ΗΘ minus. Et amplius ſpatio Ω trapezium quidem ΝΙ majus eſſe, trapezium vero ΠΙ minus: et ſpatio Δ triangulum quidem ΞΙΓ majus eſſe, triangulum vero ΓΙΟ minus. Conſtat igitur, quod proponebatur.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιϛ'.

Ἔστω πάλιν τμᾶμα τὸ ΒΘΓ, περιεχόμενον ὑπὸ εὐθείας, καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς· καὶ ἄχθω διὰ μὲν τοῦ Β ἁ ΒΔ παρὰ τὰν διάμετρον· ἀπὸ δὲ τοῦ Γ ἁ ΓΔ, ἐπιψαύουσα τᾶς τοῦ κώνου τομᾶς κατὰ τὸ Γ.

PROP. XVI. Theor.

Sit rurſus ſegmentum, quod ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continetur, ΒΘΓ: ducaturque a puncto Β diametro parallela recta ΒΔ; et a puncto Γ recta ΓΔ, quæ coni ſectionem in puncto Γ contingat. Trianguli autem

[a] ποτὶ ex MS. [b] τριγώνου μεῖζον ἢ τριπλάσιον. Ἐκβεβλήσθω. [c] τῶν.

B Δ Γ tertia pars ſit ſpatium Z. Dico, ſegmentum B Θ Γ ſpatio Z æquale eſſe.

Si enim æquale non eſt, aut majus eſt, aut minus. Itaque ſit, ſi fieri poteſt, majus. Jam exceſſus, quo ſegmentum B Θ Γ excedit ſpatium Z, ſibimet ipſi aliquoties additus major erit triangulo B Γ Δ. Fieri autem poteſt, ut ſumatur ſpatium aliquod minus hoc exceſſu, quod pars ſit trianguli B Δ Γ. Sit triangulum B Γ E minus exceſſu, quem diximus, idemque pars trianguli B Δ Γ. Erit utique B E eadem pars ipſius B Δ. Itaque ſecetur B Δ in totidem partes: punctaque ſectionum ſint H, I, K. Jungantur autem a punctis H, I, K ad punctum Γ rectæ lineæ: quæ quidem ſecabunt coni ſectionem; quoniam eamdem Γ Δ in puncto Γ contingit. Tum vero a punctis, in quibus illæ (coni) ſectionem ſecant, rectæ ducantur diametro parallelæ M Φ, N P, Ξ Θ, Π O. Atque hæ quoque ipſi B Δ parallelæ erunt. Quoniam igitur triangulum B Γ E minus eſt exceſſu, quo ſegmentum B Θ Γ excedit ſpatium Z; conſtat utraque hæc, ſpatium Z, et triangulum B Γ E ſegmento minora eſſe. Triangulo autem B Γ E æqualia ſunt trapezia, per quæ coni ſectio tranſit, M E, Φ Λ, Θ P, Θ O, et triangulum Γ O Σ. Trapezium enim M E commune eſt: et trapezium M Λ æquale trapezio Φ Λ; et trapezium Λ Ξ æquale trapezio Θ P; et trapezium X Ξ æquale trapezio O Θ; et triangulum Γ X Π æquale triangulo Γ O Σ. Spatium igitur Z minus eſt trapeziis M Λ, Ξ P, Π Θ, et triangulo Π O Γ. Triangulum autem B Δ Γ triplum eſt ſpatii Z. Triangulum igitur B Δ Γ minus eſt quam triplum trapeziorum M Λ, P Ξ, Θ Π, et trianguli Π O Γ. Quod fieri non poteſt. Demonſtratum enim eſt majus eſſe quam triplum. Non eſt igitur majus ſegmentum B Θ Γ ſpatio Z. Dico autem neque eſſe minus. Sit enim, ſi fieri poteſt, minus. Rurſus exceſſus, quo ſpatium Z excedit ſegmentum B Θ Γ, ſibimetipſi aliquoties additus major eſt triangulo B Δ Γ. Fieri autem poteſt, ut ſumatur ſpatium minus hoc exceſſu, quod pars ſit trianguli B Δ Γ. Itaque ſit triangulum B Γ E minus hoc exceſſu, idemque pars trianguli B Δ Γ: eademque alia, quæ ſupra, conſtruantur. Quoniam igitur triangulum B Γ E minus eſt exceſſu,



Ἔστω δὲ τοῦ Β Δ Γ τριγώνου τρίτον μέρος τὸ Ζ χωρίον. Φαμὶ δὴ τὸ Β Θ Γ τμᾶμα ἴσον εἶμεν τῷ Ζ χωρίῳ.

Εἰ γὰρ μή ἐστιν ἴσον, ἤτοι μεῖζόν ἐστιν ἢ ἔλασσον. Ἔστω δὴ πρότερον, εἰ δυνατόν, μεῖζον. Ἁ ὑπεροχὰ, ᾇ ὑπερέχει τὸ Β Θ Γ τμᾶμα τοῦ Ζ χωρίου, συντιθεμένα αὐτὰ ἑαυτᾷ ἐσσεῖται μείζων τοῦ Β Γ Δ τριγώνου. Δυνατὸν δέ ἐστι λαβεῖν τι χωρίον ἔλασσον τᾶς ὑπεροχᾶς, ὃ ἐσσεῖται μέρος τοῦ Β Δ Γ τριγώνου. Ἔστω δὲ τὸ Β Γ Ε τρίγωνον ἔλασσον τᾶς εἰρημένας ὑπεροχᾶς, καὶ μέρος τοῦ Β Δ Γ τριγώνου. Ἐσσεῖται δὲ τὸ αὐτὸ ἁ Β Ε μέρος τᾶς Β Δ. Διῃρήσθω οὖν ἁ Β Δ ἐς τὰ μέρη, καὶ ἔστω τὰ τῶν διαιρέσιων σαμεῖα τὰ Η, Ι, Κ. Καὶ ἀπὸ τῶν Η, Ι, Κ σαμείων ἐπὶ τὸ Γ εὐθεῖαι ἐπεζεύχθωσαν· τέμνοντι δὴ αὗται τὰν τοῦ κώνου τομάν· ἐπεὶ ἁ Γ Δ ἐπιψαύουσά ἐστι αὐτᾶς κατὰ τὸ Γ. Καὶ διὰ τῶν σαμείων καθ' ἃ τέμνοντι τὰν τομὰν, αἱ εὐθεῖαι ἄχθωσαν παρὰ τὰν διάμετρον, αἱ Μ Φ, Ν Ρ, Ξ Θ, Π Ο. Ἐσσεῦνται δὲ αὗται καὶ παρὰ τὰν Β Δ. Ἐπεὶ οὖν ἔλασσόν ἐστι τὸ Β Γ Ε τρίγωνον τᾶς ὑπεροχᾶς, ᾇ ὑπερέχει τὸ Β Θ Γ τμᾶμα τοῦ Ζ χωρίου, δῆλον ὡς τὰ συναμφότερα τό τε Ζ χωρίον, καὶ τὸ Β Γ Ε τρίγωνον, ἐλάσσονά ἐντι τοῦ τμάματος. Καὶ τῷ Β Γ Ε τριγώνῳ ἴσα τὰ τραπέζια ἐντὶ, δι' ὧν ἁ τοῦ κώνου τομὰ περιβαίνει, τὰ Μ Ε, Φ Λ, Θ Ρ, Θ Ο, καὶ τὸ Γ Ο Σ τρίγωνον. Τὸ μὲν γὰρ Μ Ε τραπέζιον κοινόν· τὸ δὲ Μ Λ ἴσον τῷ Φ Λ· καὶ τὸ Λ Ξ ἴσον τῷ Θ Ρ· καὶ τὸ Χ Ξ ἴσον τῷ Ο Θ· καὶ τὸ Γ Χ Π τρίγωνον τῷ Γ Ο Σ τριγώνῳ. Τὸ δὴ Ζ χωρίον ἔλασσόν ἐστι τῶν τραπεζίων τῶν Μ Λ, Ξ Ρ, Π Θ, καὶ τοῦ Π Ο Γ τριγώνου. Καὶ ἐστι τὸ Β Δ Γ τρίγωνον τριπλάσιον τοῦ Ζ χωρίου. Τὸ δὲ Β Δ Γ ἔλασσόν ἐστιν ἢ τριπλάσιον τῶν Μ Λ, Ρ Ξ, Θ Π τραπεζίων, καὶ τοῦ Π Ο Γ τριγώνου. Ὅπερ ἀδύνατον. Ἐδείχθη γὰρ μεῖζον ἢ τριπλάσιον. Οὐκοῦν οὐ μεῖζόν ἐστι τὸ Β Θ Γ τμᾶμα τοῦ Ζ χωρίου. Λέγω δὲ, ὅτι οὐδὲ ἔλασσον. Ἔστω γὰρ, εἰ δυνατὸν, ἔλασσον. Πάλιν ἁ ὑπεροχὰ, ᾇ ὑπερέχει τὸ Ζ χωρίον τοῦ Β Θ Γ τμάματος, αὐτὰ ἑαυτᾷ συντιθεμένα ὑπερέχει καὶ τοῦ Β Δ Γ τριγώνου. Δυνατὸν δέ ἐστι λαβεῖν χωρίον ἔλασσον τᾶς ὑπεροχᾶς, ὃ ἐσσεῖται μέρος τοῦ Β Δ Γ τριγώνου. Ἔστω οὖν τὸ Β Γ Ε τρίγωνον ἔλασσον τᾶς ὑπεροχᾶς καὶ μέρος τοῦ Β Δ Γ τριγώνου· καὶ τὰ ἄλλα τὰ αὐτὰ κατασκευάσθω. Ἐπεὶ οὖν ἐστὶ τὸ Β Γ Ε τρίγωνον ἔλασσον τᾶς ὑπεροχᾶς,

ᾧ ὑπερέχει τὸ Z χωρίον τοῦ BΘΓ τμάματος, τὸ BEΓ τρίγωνον, καὶ τὸ BΘΓ τμᾶμα ἀμφότερα ἐλάσσονα [l] ἐστὶ τοῦ Z. Ἐστὶ δὲ καὶ τὸ Z χωρίον ἔλασσον τῶν τετραπλεύρων τῶν EM, ΦN, ΨΞ, ΠΤ, καὶ τοῦ ΓΠΣ τριγώνου. Ἐστὶ γὰρ τὸ BΔΓ τοῦ μὲν Z τριπλάσιον, τῶν δὲ εἰρημένων χωρίων ἔλασσον ἢ τριπλάσιον, ὥσπερ τῷ πρὸ τούτου ἐδείχθη. Ἔλασσον ἄρα τὸ BΓE τρίγωνον, καὶ τὸ BΘΓ τμᾶμα τῶν τετραπλεύρων τῶν EM, ΦN, ΞΨ, ΠΤ, καὶ τοῦ ΓΠΣ τριγώνου. Ὥστε κοινοῦ ἀφαιρεθέντος [m] τοῦ τμάματος, ἔλασσον εἴη καὶ τὸ ΓBE τρίγωνον τῶν περιλειπομένων χωρίων· ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον. Ἐδείχθη γὰρ ἴσον ἐὸν τὸ BEΓ τρίγωνον τοῖς τραπεζίοις τοῖς EM, ΦΛ, ΘP, ΘO, καὶ τῷ ΓOΣ τριγώνῳ ἅ [n] ἐστὶν μείζονα τῶν περιλειπομένων χωρίων. Οὐκ ἄρα ἔλασσον τὸ BΘΓ τμᾶμα τοῦ Z χωρίου. Ἐδείχθη δὲ ὅτι οὐδὲ μεῖζον. Ἴσον ἄρα τὸ τμᾶμα τῷ Z χωρίῳ.

quo ſpatium Z excedit ſegmentum BΘΓ; triangulum BΓE, et ſegmentum BΘΓ, utraque ſpatio Z minora ſunt. Spatium autem Z minus eſt trapeziis EM, ΦN, ΨΞ, ΠΤ, et triangulo ΓΠΣ. Triangulum enim BΔΓ ſpatii quidem Z triplum eſt, ſpatiorum vero, quæ diximus, minus quam triplum; ut in ſuperiore propoſitione demonſtratum eſt. Minora ſunt igitur triangulum BΓE, et ſegmentum BΘΓ trapeziis EM, ΦN, ΞΨ, ΠΤ, et triangulo ΓΠΣ. Quare ablato communi ſegmento, minus fuerit triangulum ΓBE iis, quæ relinquuntur ſpatiis: quod fieri non poteſt. Demonſtratum enim eſt, triangulum BEΓ æquale eſſe trapeziis EM, ΦΛ, ΘP, ΘO, et triangulo ΓOΣ: quæ iis, quæ relinquuntur, ſpatiis majora ſunt. Non eſt igitur minus ſegmentum BΘΓ ſpatio Z. Demonſtratum autem eſt neque eſſe majus. Æquale igitur eſt ſegmentum BΘΓ ſpatio Z.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιζ΄.

Τούτου δεδειγμένου φανερὸν, ὅτι πᾶν τμᾶμα περιεχόμενον ὑπὸ εὐθείας τε καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς, ἐπίτριτόν ἐστι τοῦ τριγώνου τοῦ ἔχοντος βάσιν τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι, καὶ ὕψος ἴσον.



Ἔστω γὰρ τμᾶμα περιεχόμενον ὑπὸ εὐθείας τε καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς, κορυφὰ δὲ αὐτοῦ ἔστω τὸ Θ σαμεῖον· καὶ ἐγγεγράφθω εἰς αὐτὸ τρίγωνον τὸ BΘΓ, τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχον τῷ τμάματι, καὶ ὕψος ἴσον. Ἐπεὶ οὖν τὸ Θ σαμεῖον κορυφά ἐστι τοῦ τμάματος, ἁ ἀπὸ τοῦ Θ εὐθεῖα παρὰ τὰν διάμετρον ἀχθεῖσα δίχα τέμνει τὰν BΓ· καὶ ἁ BΓ ἐστὶ παρὰ τὰν ἐπιψαύουσαν τᾶς τομᾶς κατὰ τὸ Θ. Ἄχθω δὲ ἁ EΘ παρὰ τὰν διάμετρον· ἄχθω δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ B παρὰ τὰν διάμετρον ἁ BΔ· ἀπὸ δὲ τοῦ Γ ἁ ΓΔ ἐπιψαύουσα τᾶς τοῦ κώνου τομᾶς κατὰ τὸ Γ. Ἐπεὶ οὖν ἁ μὲν KΘ παρὰ τὰν διάμετρόν ἐστιν· ἁ δὲ ΓΔ ἐπιψαύουσα τᾶς τομᾶς κατὰ τὸ Γ· ἁ δὲ EΓ παράλληλός ἐστι τᾷ ἐπιψαυούσᾳ τᾶς τομᾶς κατὰ τὸ Θ· τὸ BΔΓ τρίγωνον τετραπλάσιόν ἐστι τοῦ BΘΓ τριγώνου. Ἐπεὶ δὲ τὸ BΔΓ τρίγωνον, τοῦ μὲν BΘΓ τριγώνου

PROP. XVII. Theor.

Hoc demonſtrato manifeſtum eſt, quodlibet ſegmentum, quod ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continetur, ſeſquitertiam eſſe trianguli, quod eamdem ac ſegmentum baſim habeat, eamdemque altitudinem.

Sit enim ſegmentum, quod ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continetur, cujus vertex punctum Θ: eidemque inſcribatur triangulum BΘΓ, quod eamdem ac ſegmentum baſim habeat, eamdemque altitudinem. Quoniam igitur ſegmenti vertex eſt punctum Θ; quæ recta a puncto Θ diametro parallela ducitur, hæc ſecat in duas æquas partes ipſam BΓ; quæ quidem BΓ parallela eſt rectæ illi, quæ ſectionem in puncto Θ contingit. Ducatur autem EΘ diametro parallela: ducaturque a puncto B parallela item diametro BΔ; et a puncto Γ ΓΔ, quæ coni ſectionem in puncto Γ contingat. Quoniam igitur KΘ diametro parallela eſt: ΓΔ autem ſectionem in puncto Γ contingit: et EΓ parallela eſt rectæ illi, quæ ſectionem contingit in puncto Θ; triangulum BΔΓ quadruplum eſt trianguli BΘΓ. Et quoniam triangulum BΔΓ trianguli quidem


[l] εἰσί. [m] τοῦ χωρίου, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον. [n] ἅ ἐστι.

ΒΘΓ quadruplum eſt, ſegmenti vero ΒΘΓ triplum; conſtat ſegmentum ΒΘΓ ſeſquitertium eſſe trianguli ΒΘΓ.

Segmentorum, quæ ſub recta, et curva linea continentur, baſim quidem voco rectam lineam; altitudinem vero maximam normalium, quæ a curva linea ad ſegmenti baſim ducuntur; denique verticem punctum illud, a quo maxima normalis ducitur.

PROP. XVIII. Theor.

Si in ſegmento, quod ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continetur, a media baſi recta ducatur diametro parallela; vertex ſegmenti erit punctum illud, in quo quæ diametro parallela ducitur coni ſectionem ſecat.



Sit enim ſegmentum, quod ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continetur, ΑΒΓ: ducaturque a media ΑΓ ΔΒ diametro parallela. Quoniam igitur in rectanguli coni ſectione ducta eſt ΒΔ diametro parallela, æqualeſque ſunt ΑΔ, ΔΓ; conſtat ipſam ΑΓ, rectamque, quæ coni ſectionem in puncto Β contingit, parallelas ſibi invicem eſſe. Manifeſtum eſt igitur normalium, quæ a ſectione ad ΑΓ ducuntur, maximam fore quæ ducitur a puncto Β. Vertex igitur ſegmenti eſt punctum Β.

PROP. XIX. Theor.

Si in ſegmento, quod ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continetur, ducantur duæ rectæ diametro parallelæ; altera quidem a media baſi, altera vero a medio dimidiæ baſis; quæ a media baſi ducitur, ejus, quæ ducitur a medio dimidiæ baſis, longitudine erit ſeſquitertia.



Sit enim ſegmentum, quod ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continetur, ΑΒΓ: ducanturque diametro parallelæ ΒΔ quidem a dimidia ΑΓ, ΕΖ vero a dimidia ΑΔ. Ducatur etiam ΖΘ parallela ipſi ΑΓ. Quoniam igitur in rectanguli coni ſectione ducta eſt ΒΔ diametro parallela; itemque ΑΔ, ΖΘ parallelæ rectæ illi, quæ ſectionem in puncto Β contingit; conſtat utique eamdem habere rationem ΒΔ ad ΒΘ longitudine, quam ΑΔ ad ΖΘ poteſtate. Quadrupla igitur etiam ΒΔ ipſius ΒΘ longitudine. Manifeſtum eſt igitur ΒΔ ipſius ΕΖ longitudine eſſe ſeſquitertiam.

τετραπλάσιόν ἐςι, τῦ δὲ ΒΘΓ τμάματος τριπλάσιον· δῆλον ὡς ἐπίτριτόν ἐςι τὸ ΒΘΓ τμᾶμα ΒΘΓ τριγώνω.

Τῶν τμαμάτων τῶν περιεχομένων ὑπό τε εὐθείας, καὶ καμπύλας γραμμᾶς βάσιν μὲν καλῶ τὰν εὐθεῖαν· ὕψος δὲ τὰν μεγίςαν καθέτων ἀπὸ τᾶς καμπύλας γραμμᾶς ἀγομέναν ἐπὶ τὰν βάσιν τῶ τμάματος· κορυφὰν δὲ τὸ σαμεῖον, ἀφ᾽ ὧ ἁ μεγίςα καθετὸς ἄγεται.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιη΄.

Αἴκα ἐν τμάματι, ὃ περιέχεται ὑπὸ εὐθείας, καὶ ὀρθογωνίω κώνω τομᾶς, ἀπὸ μέσας τᾶς βάσιος ἀχθῇ εὐθεῖα παρὰ τὰν διάμετρον· κορυφὰ ἐσσεῖται τῶ τμάματος τὸ σαμεῖον, καθ᾽ ὃ ἁ παρὰ τὰν διάμετρον ἀχθεῖσα τέμνει τὰν τῶ κώνω τομάν.

Ἔςω γὰρ τμᾶμα τὸ ΑΒΓ, περιεχόμενον ὑπό τε εὐθείας καὶ ὀρθογωνίω κώνω τομᾶς· καὶ ἀπὸ μέσας τᾶς ΑΓ ἄχθω ἁ ΔΒ παρὰ τὰν διάμετρον. Ἐπεὶ ὦν ἐν ὀρθογωνίω κώνω τομᾷ ἁ ΒΔ ἆκται παρὰ τὰν διάμετρον, καὶ ἴσαι ἐντὶ αἱ ΑΔ, ΔΓ, δῆλον ὡς παράλληλος ἐντὶ ἅτε ΑΓ, καὶ ἁ κατὰ τὸ Β ἐπιψαύουσα τᾶς τῶ κώνω τομᾶς. Φανερὸν ὦν ὅτι τᾶν ἀπὸ τᾶς τομᾶς ἐπὶ τὰν ΑΓ ἀγομέναν κάθετος μεγίςα ἐσσεῖται, ἁ ἀπὸ τῶ Β ἀγομένα. Κορυφὰ ὦν ἐςὶ τῶ τμάματος τὸ Β σαμεῖον.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιθ΄.

Αἴκα εἰς τμᾶμα περιεχόμενον ὑπὸ εὐθείας, καὶ ὀρθογωνίω * κώνω τομᾶς ἀχθῶντι δύο εὐθεῖαι παρὰ τὰν διάμετρον, ἁ μὲν ἀπὸ μέσας τᾶς βάσιος, ἁ δὲ ἀπὸ μέσας τᾶς ἡμισείας· ἁ ἀπὸ μέσας τᾶς βάσιος ἀχθεῖσα, τᾶς ἀπὸ μέσας τᾶς ἡμισείας ἀγομένας ἐπίτριτος ἐσσεῖται μάκει.

Ἔςω γὰρ τὸ ΑΒΓ τμᾶμα περιεχόμενον ὑπὸ εὐθείας καὶ ὀρθογωνίω κώνω τομᾶς· καὶ ἄχθω παρὰ τὰν διάμετρον ἁ μὲν ΒΔ ἀπὸ μέσας τᾶς ΑΓ, ἁ δὲ ΕΖ ἀπὸ μέσας τᾶς ΑΔ. Ἄχθω δὲ καὶ ἁ ΖΘ παρὰ ΑΓ. Ἐπεὶ ὦν ἐν ὀρθογωνίω κώνω τομᾷ ἁ ΒΔ παρὰ τὰν διάμετρον ἆκται· καὶ αἱ ΑΔ, ΖΘ, παρὰ τὰν κατὰ τὸ Β ἐπιψαύουσαν· † ἐςι μέντοι δῆλον, ὡς τὸν αὐτὸν ἔχοντι λόγον ἁ ΒΔ ποτὶ τὰν ΒΘ μάκει, ὃν ἁ ΑΔ ποτὶ τὰν ΖΘ δυνάμει. Τετραπλασία ἄρα ἐςὶ καὶ ἁ ΒΔ τᾶς ΒΘ μάκει. Φανερὸν ὦν ὅτι ἐπιτριτός ἐςιν ἁ ΒΔ τᾶς ΕΖ μάκει.


* κώνω τομᾶς ἁ ἀπὸ μέσας τᾶς βάσιος ἀχθεῖσα τᾶς ἀπὸ μέσας.

† ὁ μέντοι δῆλον ὡς τὸν αὐτὸν ἔχοντι λόγον.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κ'.

Αἴκα εἰς τμᾶμα περιεχόμενον ὑπό τε εὐθείας, καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς, τρίγωνον ἐγγραφῇ τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχον τῷ τμάματι, καὶ ὕψος τὸ αὐτό· μεῖζον ἔσαι τὸ ἐγγραφὲν τρίγωνον, ἢ ἥμισυ τοῦ τμάματος.

Ἔστω γὰρ τὸ ΑΒΓ τμᾶμα, οἷον εἴρηται· καὶ ἐγγεγράφθω εἰς αὐτὸ τρίγωνον τὸ ΑΒΓ, τὰν αὐτὰν ἔχον βάσιν τῷ ὅλῳ, καὶ ὕψος ἴσον. Ἐπεὶ οὖν τὸ τρίγωνον τῷ τμάματι τὰν αὐτὰν ἔχει βάσιν, καὶ ὕψος τὸ αὐτὸ, ἀναγκαῖον τὸ Β σαμεῖον κορυφὰν εἶμεν τοῦ τμάματος. Παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἁ ΑΓ τᾷ κατὰ τὸ Β ἐπιψαυούσᾳ τᾶς τομᾶς. Ἄχθω ἁ ΔΕ διὰ τοῦ Β παρὰ τὰν ΑΓ· καὶ ἀπὸ τῶν Α, Γ αἱ ΑΔ, ΓΕ, παρὰ τὰν διάμετρον. Πεσοῦνται δὴ αὗται ἐκτὸς τοῦ τμάματος. Ἐπεὶ οὖν ἥμισύ ἐστι τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τοῦ ΑΔΕΓ παραλληλογράμμου, φανερὸν ὅτι μεῖζόν ἐστι, ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ τμάματος.



Τούτου δεδειγμένου, δῆλον ὅτι ὡς ἐς τοῦτο τὸ τμᾶμα δυνατόν ἐστι πολύγωνον ἐγγράψαι, ὥστε εἶμεν τὰ [1] περιλειπόμενα τμάματα παντὸς ἐλάσσονα, τοῦ προτεθέντος χωρίου. Ἀφαιρουμένου γὰρ ἀεὶ μείζονος ἢ ἡμίσεος, διὰ τοῦτο φανερὸν ὅτι ἐλασσοῦντες ἀεὶ τὰ λειπόμενα τμάματα, ποιήσομεν ταῦτα ἐλάσσονα παντὸς τοῦ προτεθέντος χωρίου.

PROP. XX. Theor.

Si ſegmento, quod ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continetur, triangulum inſcribatur, quod eamdem ac ſegmentum baſim habeat, eamdemque altitudinem; majus erit inſcriptum triangulum, quam dimidium ſegmenti.


Sit enim ſegmentum ABΓ, quale dictum eſt: eidemque triangulum inſcribatur, quod eamdem ac totum ſegmentum baſim habeat, eamdemque altitudinem. Quoniam igitur triangulum eamdem ac ſegmentum baſim habet, eamdemque altitudinem, neceſſe eſt punctum B ſegmenti verticem eſſe. Parallela igitur eſt AΓ rectæ illi, quæ ſectionem in puncto B contingit. Ducatur per punctum B ΔE ipſi AΓ parallela; et a punctis AΓ, AΔ, ΓE parallelæ diametro. Cadent utique extra ſectionem. Quoniam igitur triangulum ABΓ dimidium eſt parallelogrammi AΔEΓ; conſtat idem majus eſſe quam dimidium ſegmenti.

Hoc demonſtrato manifeſtum eſt fieri poſſe, ut huic ſegmento polygonum inſcribatur, ita ut, quæ relinquuntur, ſegmenta minora ſint ſpatio quolibet propoſito. Auferentes enim continuo ſpatium majus dimidio; ideoque minuentes continuo, quæ relinquuntur, ſegmenta; ea utique ſpatio quolibet propoſito minora reddemus.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κα'.

Αἴκα εἰς τμᾶμα περιεχόμενον ὑπὸ εὐθείας, καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς τρίγωνον ἐγγραφῇ, τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχον τῷ τμάματι, καὶ ὕψος τὸ αὐτό· ἐγγραφέωντι δὲ καὶ ἄλλα τρίγωνα ἐς τὰ λειπόμενα τμάματα τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχοντα τοῖς τμαμάτεσσι, καὶ ὕψος τὸ αὐτό· ἑκατέρου τῶν τριγώνων τῶν εἰς τὰ περιλειπόμενα τμάματα ἐγγραφέντων, ὀκταπλάσιον ἔσαι τὸ τρίγωνον τὸ εἰς τὸ ὅλον τμᾶμα ἐγγραφέν.

Ἔστω τὸ ΑΒΓ τμᾶμα, οἷον εἴρηται· καὶ τετμάσθω ἁ ΑΓ δίχα τῷ Δ· ἁ δὲ ΒΔ ἄχθω παρὰ τὰν διάμετρον. Τὸ Β ἄρα σαμεῖον κορυφά ἐστι τοῦ τμάματος· τὸ ἄρα ΑΒΓ τρίγωνον τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχει τῷ τμάματι, καὶ ὕψος τὸ αὐτό. Πάλιν τετμάσθω δίχα ἁ ΑΔ τῷ Ε· καὶ ἄχθω ἁ ΕΖ παρὰ τὰν διάμετρον· τετμάσθω δὲ ἁ ΑΒ



PROP. XXI. Theor.

Si ſegmento, quod ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continetur, triangulum inſcribatur, quod eamdem ac ſegmentum baſim habeat, eamdemque altitudinem; inſcribantur autem et alia triangula iis, quæ relinquuntur, ſegmentis, quæ eamdem ac ſegmenta baſim habeant, et altitudinem eamdem; alterutrius triangulorum, quæ iis, quæ relinquuntur, ſegmentis inſcribuntur, octuplum erit triangulum, quod toti ſegmento inſcribitur.

Sit ſegmentum ABΓ, quale dictum eſt: ſecetur autem AΓ in duas æquas partes in puncto Δ: ducaturque BΔ diametro parallela. Punctum igitur B ſegmenti vertex eſt: ideoque triangulum ABΓ eamdem ac ſegmentum baſim habet, eamdemque altitudinem. Rurſus ſecetur AΔ in duas æquas partes in puncto E: et ducatur EZ dia-

[1] περιλειπόμενα.

metro parallela: ſeceturque A B in puncto Θ. Punctum igitur Z ſegmenti A Z B vertex eſt: ideoque triangulum A Z B eamdem ac ſegmentum A Z B baſim habet, eamdemque altitudinem. Oportet demonſtrare triangulum A B Γ trianguli A B Z octuplum eſſe.

Eſt enim B Δ ipſius quidem E Z ſeſquitertia, ipſius vero E Θ dupla. Dupla eſt igitur E Θ ipſius Θ Z. Quare etiam triangulum A E B duplum eſt trianguli Z B A. Duplum eſt enim triangulum quidem A E Θ trianguli A Θ Z; triangulum vero Θ B E trianguli Z Θ B. Quare triangulum A B Γ trianguli A Z B octuplum eſt. Pariter autem demonſtrabitur, octuplum eſſe ejus quoque trianguli, quod ſegmento B H Γ inſcribitur.


κατὰ τὸ Θ. Τὸ ἄρα Z σαμεῖον κορυφά ἐςι [a] τμάματος τῶ A Z B· τρίγωνον ἄρα τὸ A Z B τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχει τῷ A Z B τμάματι, καὶ ὕψος τὸ αὐτό. Δεικτέον ὅτι ὀκταπλάσιόν ἐςι τὸ A B Γ τρίγωνον τοῦ A B Z τριγώνου.

Ἔςιν ὦν ἁ B Δ τᾶς μὲν E Z ἐπίτριτος, τᾶς δὲ E Θ διπλασία. Διπλασία ἄρα ἐςὶν ἁ E Θ τᾶς Θ Z. Ὥςε καὶ τὸ A E B τρίγωνον διπλάσιόν ἐςι τῶ Z B A. Τὸ μὲν γὰρ A E Θ διπλάσιόν ἐςι τῶ A Θ Z· τὸ δὲ Θ B E τῶ Z Θ B. Ὥςε τὸ A B Γ τῶ A Z B ὀκταπλάσιον. Ὁμοίως δὲ δειχθήσεται καὶ τῶ εἰς τὸ B H Γ [b] τμᾶμα ἐγγραφέντος.

PROP. XXII. Theor.

Si fuerit ſegmentum, quod ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continetur, ſpatia autem quotcunque quadrupla ratione deinceps ponantur: maximumque eorum triangulo æquale ſit, quod eamdem ac ſegmentum baſim habeat, eamdemque altitudinem; ſpatia omnia ſegmento ipſo minora erunt.

Sit enim ſegmentum, quod ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continetur, A Δ B E Γ: ſpatia autem quotcunque deinceps poſita Z, H, Θ, I; ſitque Z ipſius H quadruplum, idemque æquale triangulo, quod eamdem ac ſegmentum baſim habeat, eamdemque altitudinem: dico ſegmentum ſpatiis, Z, H, Θ, I majus eſſe.



Sint vertices totius quidem ſegmenti punctum B; ſegmentorum vero, quæ relinquuntur, puncta Δ, E. Quoniam igitur triangulum A B Γ octuplum eſt alterutrius triangulorum A B Δ, B E Γ, conſtat idem quadruplum eſſe utriuſque ſimul. Et quoniam triangulum A B Γ æquale eſt ſpatio Z, eadem ratione etiam triangula A Δ B, B E Γ ſpatio H æqualia ſunt. Pariter autem demonſtrabitur, triangula, quæ iis, quæ relinquuntur, ſegmentis inſcribuntur, et eamdem ac ſegmenta baſim habent, eamdemque altitudinem, ſpatio Θ æqualia eſſe: triangula autem, quæ inſcribuntur aliis deinceps ſegmentis, æqualia eſſe ſpatio I. Omnia igitur propoſita ſpatia polygono cuidam æqualia erunt ſegmento inſcripto. Manifeſtum igitur eſt eadem ſegmento minora eſſe.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κβ'.

Αἴκα ᾖ τμᾶμα περιεχόμενον ὑπὸ εὐθείας καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς, καὶ χωρία τεθέωντι ἑξῆς ὁποσαοῦν ἐν τῷ τετραπλασίονι λόγῳ· ᾖ δὲ τὸ μέγιςον τῶν χωρίων ἴσον τῷ τριγώνῳ τῷ βάσιν ἔχοντι τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι, καὶ ὕψος τὸ αὐτό· σύμπαντα τὰ χωρία ἐλάσσονα ἔςαι τῶ τμάματος.

Ἔςω γὰρ τμᾶμα τὸ Α Δ Β Ε Γ, περιεχόμενον ὑπό τε εὐθείας καὶ ὀρθογωνίου [c] κώνου τομᾶς· χωρία δὲ ἔςω ὁποσαοῦν ἑξῆς κείμενα τὰ Z, H, Θ, I· τετραπλάσιον δὲ ἔςω τὸ Z τῶ H· καὶ [d] ἔςω τὸ Z ἴσον τῷ τριγώνῳ τῷ βάσιν ἔχοντι τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι, καὶ ὕψος ἴσον· λέγω ὅτι τὸ τμᾶμα τῶν Z, H, Θ, I χωρίων μεῖζόν ἐςιν.

Ἔςω τῶ μὲν ὅλου τμάματος κορυφὰ τὸ Β· τῶν δὲ περιλειπομένων τμαμάτων τὰ Δ, Ε. Ἐπεὶ ὦν τὸ Α Β Γ τρίγωνον ὀκταπλάσιόν ἐςιν ἑκατέρου τῶν Α Β Δ, Β Ε Γ τριγώνων, δῆλον ὅτι ὡς ἀμφοτέρων αὐτῶν ἐςι τετραπλάσιον. Καὶ ἐπεὶ τὸ Α Β Γ τρίγωνον ἴσον ἐςὶ τῷ Z χωρίῳ, κατὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ τὰ Α Δ Β, Β Ε Γ τρίγωνα ἴσα ἐςὶ τῷ H χωρίῳ. Ὁμοίως δὲ δειχθήσεται, ὅτι καὶ εἰς τὰ περιλειπόμενα τμάματα ἐγγραφόμενα τρίγωνα, τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχοντα τοῖς τμάμασι, καὶ ὕψος τὸ αὐτό, ἴσα [e] ἐντὶ τῷ Θ· καὶ ἐς τὰ ὕςερον γινόμενα τμάματα ἐγγραφόμενα τρίγωνα ἴσα τῷ I χωρίῳ. Σύμπαντα ἄρα τὰ προτεθέντα χωρία ἴσα ἐσσεῖται πολυγώνῳ τινὶ ἐγγραφέντι ἐς τὸ τμᾶμα. Φανερὸν ὦν, ὅτι ἔλασσόν ἐςι τῶ τμάματος.

[a] τῶ τμάματος τῶ Α Z Β. Τὸ ὦν Α Z Β τρίγωνον. [b] τμήματος. [c] κώνου ex MS. [d] ἔςω τὸ ἡγούμενον τῶ ἑπομένου, μέγιςον δὲ ἔςω τὸ Z. Καὶ ἔςω. [e] ἐντὶ τῷ Θ.


ΠΡΟΤΑΣΙΣ κγ'.

Αἴκα μεγέθεα συντιθέωντι ἑξῆς ὁποσαοῦν ἐν τῷ τετραπλασίονι λόγῳ· τὰ πάντα μεγέθεα, καὶ ἔτι τοῦ ἐλαχίστου τὸ τρίτον μέρος εἰς τὸ αὐτὸ συντεθέντα, ἐπίτριτα ἐσσοῦνται τοῦ μεγίστου.

Ἔστω οὖν ὁποσαοῦν μεγέθεα ἑξῆς κείμενα τὰ Α, Β, Γ, Δ, Ε τετραπλασίονα ἕκαστον τοῦ ἑπομένου· μέγιστον δὲ ἔστω τὸ Α. Ἔστω δὲ τὸ μὲν Ζ τρίτον τοῦ Β, τὸ δὲ Η τοῦ Γ, τὸ δὲ Θ τοῦ Δ, τὸ δὲ Ι τοῦ Ε. Ἐπεὶ οὖν τὸ μὲν Ζ τοῦ Β τρίτον μέρος ἐστὶ, τὸ δὲ Β τοῦ Α τέταρτον μέρος ἐστὶν, ἀμφότερα τὰ Β, Ζ, μέρος τρίτον ἐστὶ τοῦ Α. Διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ τὰ Η, Γ τοῦ Β· καὶ τὰ Θ, Δ τοῦ Γ· καὶ τὰ Ι, Ε τοῦ Δ· καὶ τὰ σύμπαντα δὴ τὰ Β, Γ, Δ, Ε, Ζ, Η, Θ, Ι, τρίτον μέρος ἐστὶ τῶν συμπάντων τῶν Α, Β, Γ, Δ. Ἐντὶ δὲ καὶ αὐτὰ τὰ Ζ, Η, Θ τρίτον μέρος αὐτῶν τῶν Β, Γ, Δ. Καὶ τὰ λοιπὰ ἄρα τὰ Β, Γ, Δ, Ε, Ι τοῦ λοιποῦ τρίτον μέρος ἐστὶ τοῦ Α. Δῆλον οὖν, ὅτι τὰ σύμπαντα τὰ Α, Β, Γ, Δ, Ε, καὶ τὸ Ι, τουτέστι τὸ τρίτον τοῦ Ε, τοῦ Α ἐστὶν ἐπίτριτα.

PROP. XXIII. Theor.

Si magnitudines quotcunque quadrupla ratione deinceps ponantur; omnes magnitudines, et adhuc minimæ pars tertia in unum compoſitæ, ſeſquitertiæ erunt maximæ.



Sint magnitudines quotcunque deinceps poſitæ A, B, Γ, Δ, E quadruplæ unaquæque ejus, quæ proxime ſequitur; earumque maxima ſit A. Sit autem pars tertia tum Z ipſius B; tum H ipſius Γ; tum Θ ipſius Δ; tum I ipſius E. Quoniam igitur Z quidem ipſius B tertia pars eſt; B vero ipſius A pars quarta; utræque ſimul B, Z tertia pars ſunt ipſius A. Eadem ratione tertia pars ſunt tum H, Γ ipſius B; tum Θ, Δ ipſius Γ; tum I, E ipſius Δ: igitur omnes etiam magnitudines B, Γ, Δ, E, Z, H, Θ, I tertia pars ſunt magnitudinum omnium A, B, Γ, Δ. Sunt autem ipſæ Z, H, Θ pars tertia ipſarum B, Γ, Δ. Igitur et quæ relinquuntur, B, Γ, Δ, E, I ejus, quæ relinquitur, A tertia pars ſunt. Conſtat igitur omnes magnitudines A, B, Γ, Δ, E, et adhuc I, hoc eſt tertiam ipſius E partem ſeſquitertias eſſe magnitudinis A.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κδ'.


Πᾶν τμᾶμα τὸ περιεχόμενον ὑπὸ εὐθείας, καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς, ἐπίτριτόν ἐστι τριγώνου τοῦ τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχοντος αὐτῷ, καὶ ὕψος ἴσον.

Ἔστω γὰρ τὸ Α Δ Β Ε Γ τμᾶμα περιεχόμενον ὑπὸ εὐθείας καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς· τὸ δὲ Α Β Γ τρίγωνον ἔστω, τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχον τῷ τμάματι, καὶ ὕψος ἴσον. Τοῦ δὲ Α Β Γ τριγώνου ἔστω ἐπίτριτον τὸ Κ χωρίον. Δεικτέον ὅτι ἴσον ἐστὶ τῷ Α Δ Β Ε Γ τμάματι.

Εἰ γὰρ μή ἐστιν ἴσον, ἤτοι μεῖζον, ἢ ἔλασσον. Ἔστω πρότερον, εἰ δυνατὸν, μεῖζον τὸ Α Δ Β Ε Γ τμᾶμα τοῦ Κ χωρίου. Ἐνέγραψα δὴ τὰ

PROP. XXIV. Theor.

Quodlibet ſegmentum, quod ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continetur, ſeſquitertium eſt trianguli, quod eamdem ac ſegmentum baſim habeat, eamdemque altitudinem.



Sit enim ſegmentum, quod ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continetur, A Δ B E Γ: ſitque triangulum A B Γ, quod eamdem ac ſegmentum baſim habeat, eamdemque altitudinem. Trianguli autem A B Γ ſeſquitertium ſit ſpatium K. Oportet demonſtrare ſpatium hoc ſegmento A Δ B E Γ æquale eſſe.

Si enim æquale non eſt, aut majus eſt, aut minus. Sit primo, ſi fieri poteſt, ſegmentum A Δ B E Γ majus ſpatio K. Itaque in-

ſcribantur triangula Α Δ Β, Β Ε Γ, ut dictum eſt. Inſcribantur autem iis, quæ relinquuntur, ſegmentis alia triangula, quæ eamdem ac ſegmenta baſim habeant, eamdemque altitudinem: inſcribanturque continuo aliis deinceps ſegmentis duo triangula, quæ eamdem ac ſegmenta baſim habeant, et altitudinem eamdem. Erunt utique, quæ relinquuntur, ſegmenta minora exceſſu, quo ſegmentum Α Δ Β Ε Γ excedit ſpatium Κ. Quare inſcriptum polygonum majus erit ſpatio Κ: quod fieri non poteſt. Quoniam enim ſpatia in quadrupla ratione deinceps poſita ſunt, ac primum quidem triangulum Α Β Γ quadruplum eſt triangulorum Α Δ Β, Β Ε Γ; deinde vero eadem ipſa quadrupla eorum, quæ ſequentibus ſegmentis inſcribuntur; atque ita porro; conſtat omnia ſpatia minora eſſe, quam ſeſquitertia maximi ſpatii. Spatium autem Κ maximi ſpatii ſeſquitertium eſt. Non eſt igitur majus ſegmentum Α Δ Β Ε Γ ſpatio Κ. Sit autem, ſi fieri poteſt, minus. Ac ponatur triangulum Α Β Γ æquale ſpatio Ζ: ſpatiique Ζ pars quarta ſpatium Η: et ſpatii Η pars item quarta ſpatium Θ: atque ita porro, quouſque poſtremum ſpatium minus ſit exceſſu, quo ſpatium Κ ſegmentum excedit; quod quidem ſit Ι. Itaque ſpatia Ζ, Η, Θ, Ι, et adhuc pars tertia ſpatii Ι, ſeſquitertia ſunt ſpatii Ζ. Eſt autem et ſpatium Κ ſpatii ejuſdem Ζ ſeſquitertium. Æquale igitur eſt ſpatium Κ ſpatiis Ζ, Η, Θ, Ι, et adhuc parti tertiæ ſpatii Ι. Et quoniam ſpatium Κ excedit ſpatia quidem Ζ, Η, Θ, Ι, exceſſu minore, quam Ι; ſegmentum vero majore, quam Ι; conſtat ſpatia Ζ, Η, Θ, Ι ſegmento ipſo majora eſſe. Quod fieri non poteſt. Demonſtratum enim eſt, ſi ſpatia quotcunque in quadrupla ratione deinceps ponantur, quorum maximum triangulo æquale ſit ſegmento inſcripto, ſpatia omnia ſegmento ipſo fore minora. Non eſt igitur minus ſegmentum Α Δ Β Ε Γ ſpatio Κ. Demonſtratum autem eſt, neque eſſe majus. Æquale igitur eſt ſpatio Κ. Seſquitertium autem eſt ſpatium Κ trianguli Α Β Γ. Seſquitertium eſt igitur etiam ſegmentum Α Δ Β Ε Γ trianguli Α Β Γ.

ΑΔΒ, ΒΕΓ τρίγωνα, ὡς εἴρηται. Ἐνέγραψα δὲ εἰς τὰ περιλειπόμενα τμάματα ἄλλα τρίγωνα, τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχοντα τοῖς τμάμασι, καὶ ὕψος τὸ αὐτό· καὶ ἀεὶ εἰς τὰ ὕστερον γινόμενα τμάματα ἐγγράφω δύο τρίγωνα τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχοντα τοῖς τμάμασι, καὶ ὕψος τὸ αὐτό. Ἐσσοῦνται δὴ τὰ καταλειπόμενα τμάματα ἐλάσσονα τᾶς ὑπεροχᾶς, ᾇ ὑπερέχει τὸ ΑΔΒΕΓ τμᾶμα τοῦ Κ χωρίου. Ὥστε τὸ ἐγγραφόμενον πολύγωνον μεῖζον ἐσσεῖται τοῦ Κ· ὅπερ ἀδύνατον. Ἐπεὶ ἐστιν ἑξῆς κείμενα χωρία ἐν τῷ τετραπλασίονι λόγῳ, πρῶτον μὲν τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τετραπλάσιον τῶν ΑΔΒ, ΒΕΓ* τριγώνων· ἔπειτα δὲ, τὰ αὐτὰ τετραπλάσια τῶν εἰς τὰ ἑπόμενα τμάματα ἐγγραφέντων· καὶ ἀεὶ οὕτω· δῆλον, ὡς σύμπαντα τὰ χωρία ἐλάσσονά ἐστιν, ἢ ἐπίτριτα τοῦ μεγίστου. Τὸ δὲ Κ ἐπίτριτόν ἐστι τοῦ μεγίστου χωρίου. Οὐκ ἄρα ἐστὶ μεῖζον τὸ ΑΔΒΕΓ τμᾶμα τοῦ Κ χωρίου. Ἔστω δὲ, εἰ δυνατὸν, ἔλασσον. Κείσθω δὴ τὸ μὲν ΑΒΓ τρίγωνον ἴσον τῷ Ζ· τοῦ δὲ Ζ τέταρτον τὸ Η· καὶ ὁμοίως τοῦ Η τὸ Θ· καὶ ἀεὶ ἑξῆς τιθέσθω, ὥστε καταγένηται τὸ ἔσχατον ἔλαττον τᾶς ὑπεροχᾶς, ᾇ ὑπερέχει τὸ Κ χωρίον τοῦ τμάματος, καὶ ἔστω ἔλασσον τὸ Ι. Ἐστι δὲ τὰ Ζ, Η, Θ, Ι χωρία, καὶ τὸ τρίτον τοῦ Ι, ἐπίτριτα τοῦ Ζ. Ἐστι δὲ καὶ τὸ Κ τοῦ Ζ ἐπίτριτον. Ἴσον ἄρα τὸ Κ τοῖς Ζ, Η, Θ, Ι, καὶ τῷ τρίτῳ μέρει τοῦ Ι. Ἐπεὶ οὖν τὸ Κ χωρίον τῶν μὲν Ζ, Η, Θ, Ι χωρίων ὑπερέχει ἐλάσσονι τοῦ Ι, * τοῦ δὲ τμάματος μείζονι τοῦ Ι· δῆλον ὡς μείζονά ἐντὶ τὰ Ζ, Η, Θ, Ι χωρία τοῦ τμάματος. Ὅπερ ἀδύνατον. Ἐδείχθη γὰρ, ὅτι ἐὰν ᾖ ὁποσαοῦν χωρία ἑξῆς κείμενα ἐν τετραπλασίονι λόγῳ, τὸ δὲ μέγιστον ἴσον ᾖ τῷ εἰς τὸ τμᾶμα ἐγγραφομένῳ τριγώνῳ, τὰ σύμπαντα χωρία ἐλάσσονα ἐσσεῖται τοῦ τμάματος. Οὐκ ἄρα τὸ ΑΔΒΕΓ τμᾶμα ἔλασσόν ἐστι τοῦ Κ χωρίου. Ἐδείχθη δὲ, ὅτι οὐδὲ μεῖζον. Ἴσον ἄρα ἐστὶ τῷ Κ. Τὸ δὲ Κ χωρίον ἐπίτριτόν ἐστι τοῦ τριγώνου τοῦ ΑΒΓ. Καὶ τὸ ΑΔΒΕΓ ἄρα τμᾶμα ἐπίτριτόν ἐστι τοῦ ΑΒΓ τριγώνου.

* τοῦ δὲ τμάματος ὅπερ ἀδύνατον.


ΑΡΧΙΜΗΔΟΥΣ
ΕΠΙΠΕΔΩΝ ΙΣΟΡΡΟΠΙΩΝ,
Η ΚΕΝΤΡΑ ΒΑΡΩΝ ΕΠΙΠΕΔΩΝ,
ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ,
ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΕΥΤΟΚΙΟΥ ΑΣΚΑΛΩΝΙΤΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ.

ARCHIMEDIS
DE PLANORUM ÆQUILIBRIIS,
SIVE
EORUMDEM GRAVITATUM CENTRIS,
LIBER SECUNDUS,
CUM COMMENTARIIS EUTOCII ASCALONITÆ.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ α΄.

ΑΙΚΑ δύο χωρία περιεχόμενα ὑπό τε εὐθείας, καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς, ἃ δυνάμεθα παρὰ τὰν δοθεῖσαν εὐθεῖαν παραβαλεῖν, μὴ τὸ αὐτὸ κέντρον τοῦ βάρεος ἔχοντι· τοῦ ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν συγκειμένου μεγέθεος τὸ κέντρον τοῦ βάρεος ἐσσεῖται ἐπὶ τᾶς εὐθείας τᾶς ἐπιζευγνυούσας τὰ κέντρα τοῦ βάρεος αὐτῶν, διαιρέον οὕτως τὰν εἰρημέναν εὐθεῖαν, ὥστε τὰ τμάματα αὐτᾶς ἀντιπεπονθότως τὸν αὐτὸν λόγον ἔχειν τοῖς χωρίοις.

Ἔστω δύο χωρία τὰ ΑΒ, ΓΔ, οἷα εἴρηται. Κέντρα δὲ αὐτῶν * τοῦ βάρεος τὰ Ε, Ζ σαμεῖα· καὶ ὃν ἔχει λόγον τὸ ΑΒ ποτὶ τὸ ΓΔ, τοῦτον ἐχέτω ἁ ΖΘ ποτὶ ΘΕ. Δεικτέον ὅτι τοῦ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν ΑΒ, ΓΔ



PROP. I. Theor.

SI duo ſpatia, quæ ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continentur, quæ quidem datæ rectæ applicare poſſumus, idem centrum gravitatis non habeant; magnitudinis, quæ ex utriſque magnitudinibus componitur, centrum gravitatis erit in recta, quæ earumdem centra gravitatis conjungit, ita dividens eam, quam diximus, rectam, ut ejus ſegmenta eamdem cum ſpatiis rationem reciprocent.

Sint duo ſpatia A B, Γ Δ, qualia dicta ſunt. Eorumque centra gravitatis puncta E, Z: quam autem rationem habet ſpatium A B ad ſpatium Γ Δ, hanc habeat Z Θ ad Θ E. Oportet demonſtrare, magni-

* τοῦ βάρεος ἔστω.

tudinis, quæ ex utriſque ſpatiis A B, Γ Δ componitur, centrum gravitatis eſſe punctum Θ.

Sit ipſi quidem E Θ æqualis utraque Z H, Z K; ipſi vero Z Θ, hoc eſt H E, æqualis E Λ. Erit etiam Λ Θ ipſi K Θ æqualis: et amplius ut Λ H ad H K, ita ſe habebit ſpatium A B ad ſpatium Γ Δ. Utraque enim Λ H, H K utriuſque Z Θ, Θ E dupla eſt. Applicetur autem ipſi Λ H ab utraque parte ſpatium A B; ita ut ſpatium M N eidem A B æquale ſit. Erit utique ſpatii M N centrum gravitatis punctum E. Compleatur modo ſpatium N Ξ. Atque habebit ſpatium M N ad ſpatium N Ξ eam rationem, quam Λ H ad H K. Habet autem etiam ſpatium A B ad ſpatium Γ Δ eam rationem, quam Λ H ad H K. Ut igitur ſpatium A B ad ſpatium Γ Δ, ita ſe habet ſpatium M N ad ſpatium N Ξ. Et permutando. Æquale eſt autem ſpatium A B ſpatio M N. Æquale eſt igitur etiam ſpatium Γ Δ ſpatio N Ξ. Ac centrum gravitatis ejuſdem eſt punctum Z. Et quoniam æqualis eſt Λ Θ ipſi Θ K, totaque Λ K oppoſita latera in duas æquas partes ſecat, totius ſpatii Π M centrum gravitatis eſt punctum Θ. Spatium autem M Π ſpatio æquale eſt, quod ex utriſque ſpatiis M N, N Ξ componitur. Igitur et ſpatii, quod ex utriſque ſpatiis A B, Γ Δ componitur, centrum gravitatis eſt punctum Θ.

Si ſegmento, quod ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continetur, triangulum inſcribatur, quod eamdem ac ſegmentum baſim habeat, eamdemque altitudinem: et rurſus iis, quæ relinquuntur, ſegmentis triangula inſcribantur, quæ eaſdem ac ſegmenta baſes habeant, eamdemque altitudinem: et continuo iis, quæ relinquuntur, ſegmentis triangula inſcribantur eodem modo; quæ oritur figura ſegmento perſpicue inſcribi dicatur. Manifeſtum autem eſt, rectas, quæ figuræ ita inſcriptæ angulos jungunt, tum eos qui vertici proximi ſunt, tum eos, qui deinceps ſequuntur, ſegmenti ejuſdem baſi parallelas fore. Quæ quidem rectæ ſecabuntur in duas æquas partes a diametro ſegmenti: eædemque diametrum ipſam ſecabunt ſecundum rationes numerorum deinceps imparium, uno ad ſegmenti verticem computato. Hoc autem in ordinibus demonſtrandum eſt.

χωρίων συγκειμένου μεγέθεος κέντρον τοῦ βάρεός ἐστι τὸ Θ σαμεῖον.

Ἔστω δὲ τᾷ μὲν Ε Θ *ἑκατέρα ἴσα τᾶν* Ζ Η, Ζ Κ· *τᾷ δὲ* Ζ Θ, *τουτέστι τᾷ* [b] Η Ε *ἴσα ἁ* Ε Λ. [c] *Ἔσται καὶ ἁ* Λ Θ *τᾷ* Κ Θ *ἴσα· καὶ ἔτι ὡς ἁ* Λ Η *ποτὶ* Η Κ, *οὕτως τὸ* Α Β *ποτὶ* Γ Δ. *Διπλασία γὰρ ἑκατέρα ἑκατέρας. Περιβεβλήσθω δὴ παρὰ τὰν* Λ Η *τὸ χωρίον τὸ* Α Β *ἐφ᾽ ἑκάτερα τᾶς* Λ Η· *ὥστε εἶμεν τὸ* Μ Ν *ἴσον τῷ* Α Β. *Ἔσται δὴ τοῦ* Μ Ν *κέντρον τοῦ βάρεος τὸ* Ε *σαμεῖον. Συμπεπληρώσθω δὴ τὸ* Ν Ξ. *Ἕξει δὴ τὸ* Μ Ν *ποτὶ τὸ* Ν Ξ *λόγον, ὃν ἁ* Λ Η *ποτὶ* Η Κ. *Ἔχει δὲ καὶ τὸ* Α Β *ποτὶ τὸ* Γ Δ, *τὸν τᾶς* Λ Η *ποτὶ* Η Κ *λόγον. Καὶ ὡς ἄρα τὸ* Α Β *ποτὶ* Γ Δ, *οὕτως τὸ* Μ Ν *ποτὶ τὸ* Ν Ξ. *Καὶ ἐναλλάξ. Ἴσον δὲ τὸ* Α Β *τῷ* Μ Ν. *Ἴσον ἄρα καὶ τὸ* Γ Δ *τῷ* Ν Ξ. *Καὶ κέντρον ἐστὶν αὐτοῦ τοῦ βάρεος τὸ* Ζ *σαμεῖον. Καὶ ἐπεὶ ἴσα ἐστὶν ἁ* Λ Θ *τᾷ* Θ Κ, *καὶ ὅλα ἁ* Λ Κ *τὰς* [d] *ἀπεναντίον πλευρὰς δίχα τέμνει, τοῦ ὅλου τοῦ* Π Μ *κέντρον τοῦ βάρεός ἐστι τὸ* Θ *σαμεῖον. Ἀλλὰ τὸ* Μ Π *ἴσον τῷ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν* Μ Ν, Ν Ξ. [e] *Καὶ τοῦ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν* Α Β, Γ Δ *κέντρον ἐστὶ τοῦ βάρεος τὸ* Θ *σαμεῖον.*

Αἴκα εἰς τμᾶμα περιεχόμενον ὑπὸ εὐθείας, καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς τρίγωνον ἐγγραφῇ, τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχον τῷ τμάματι, καὶ ὕψος ἴσον καὶ πάλιν εἰς τὰ καταλειπόμενα τμάματα τρίγωνα ἐγγραφέωντι τὰς αὐτὰς βάσεις ἔχοντα τοῖς τμαμάτεσσι, καὶ ὕψος ἴσον· καὶ [f] *ἀεὶ εἰς τὰ καταλειπόμενα τμάματα τρίγωνα ἐγγραφέωντι τὸν αὐτὸν τρόπον· τὸ γενόμενον σχῆμα ἐν τῷ τμάματι γνωρίμως ἐγγράφεσθαι λεγέσθω. Φανερὸν δὲ ὅτι τοῦ οὕτως ἐγγραφέντος σχήματος, αἱ τὰς γωνίας ἐπιζευγνύουσαι, τάς τε ἔγγιστα ἀπὸ τᾶς κορυφᾶς τοῦ τμάματος καὶ τὰς ἑξῆς, παρὰ τὰν βάσιν ἐσσοῦνται τοῦ τμάματος. Καὶ δίχα τμαθήσονται ὑπὸ τᾶς τοῦ τμάματος διαμέτρου· καὶ τὰν διάμετρον τεμοῦντι εἰς τοὺς τῶν ἑξῆς περισσῶν ἀριθμῶν λόγους, ἑνὸς λεγομένου ποτὶ τᾷ κορυφᾷ τοῦ τμάματος· τοῦτο δὲ* [g] *δεικτέον ἐν ταῖς τάξεσιν.*

E U T O C I U S.

CUM, quæ primo in libro ſubobſcura ſunt, diligenter perſecuti ſimus, neceſſarium ducimus, et quæ in ſecundo difficilia ſunt ad intelligendum, aliquo modo explicare. Itaque in primi theorematis propoſitione: ponantur, inquit, ſpatia A B, Γ Δ, quæ ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continentur; quæ quidem datæ rectæ applicare poſſumus. Hoc autem per

ΑΚΡΙΒΩΣ *ἐπεξελθόντες τοῦ πρώτου, καὶ σαφηνίσαντες τὰ ἐν αὐτῷ δυσθεώρητα, ἀναγκαῖον ἡγέμεθα καὶ τὰ ἐν τῷ δευτέρῳ δυσχερῶς εἰρημένα μετρίως ἐκθέσθαι. Φησὶ τοίνυν ἐν τῇ προτάσει τοῦ πρώτου θεωρήματος· ὑποκείσθω τὰ* Α Β, Γ Δ *χωρία περιεχόμενα ὑπὸ εὐθείας, καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς, ἃ δυνάμεθα παρὰ τὰν* [h] *δοθεῖσαν*

[b] Η Θ. [c] ἄρα καὶ ἁ Λ Θ. [d] ἀπεναντίον. [e] ἄρα καὶ τοῦ. [f] ἀεὶ deeſt. [g] δεικτέον ex MS.
[h] δοθεῖσαν εὐθείαν παραβαλεῖν.


παραβαλεῖν. Τοῦτο δὲ αὐτόθεν μὲν διὰ τῶν ἐνταῦθα δεδειγμένων οὐκ ἔστιν εὑρεῖν. Ἐστὶ δὲ δέδεικται αὐτῷ, ὡς καὶ ἐν τῷ περὶ σφαίρας καὶ κυλίνδρου εἴπεν, ὅτι τὸ τοιοῦτον σχῆμα ἐπίτριτόν ἐστι τριγώνου τοῦ τὴν αὐτὴν βάσιν ἔχοντος αὐτῷ, καὶ ὕψος ἴσον· τῷ δὲ ἐπιτρίτῳ τοῦ τριγώνου ἐπίπεδον εὐθύγραμμον ὅτι δυνάμεθα ἴσον παρὰ τὴν δοθεῖσαν εὐθεῖαν παραβαλεῖν· φανερὸν ὅτι καὶ τοῖς τοιούτοις σχήμασι. Τὰ δὲ ἐν τῇ κατασκευῇ εἰρημένα, ἅπαντα δῆλά ἐστι διὰ τοῦ * τετάρτου θεωρήματος τοῦ πρώτου τούτων τῶν βιβλίων.

ea, quæ illic demonſtrata ſunt, facere protinus non licet. Quoniam vero demonſtratum ab ipſo eſt, ut ait in libro de ſphæra et cylindro, ejuſmodi figuram ſeſquitertiam eſſe trianguli, quod eamdem atque ipſa baſim habeat, eamdemque altitudinem: planoque trianguli ſeſquitertio, eique rectilineo æquale aliud planum datæ rectæ applicari poteſt; conſtat eidem rectæ planum etiam applicari poſſe ejuſmodi figuris æquale. Quæ porro in conſtructione dicuntur, ea omnia per quartum theorema libri horum duorum primi manifeſta ſunt.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ β'.

[i] Εἰ δὲ καὶ εἰς τμᾶμα περιεχόμενον ὑπὸ εὐθείας τε, καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς εὐθύγραμμον γνωρίμως ἐγγραφῇ, τοῦ ἐγγραφέντος κέντρον τοῦ βάρεος ἐσσεῖται [k] ἐπὶ τᾶς τοῦ τμάματος διαμέτρου.

Ἔστω τμᾶμα τὸ ΑΒΓ, οἷον εἴρηται· καὶ ἐγγεγράφθω εἰς αὐτὸ εὐθύγραμμον γνωρίμως τὸ ΑΕΖΗΒΘΙΚΓ. [l] Διάμετρος δὲ τοῦ τμάματος ἔστω ἁ ΒΔ. Δεικτέον ὅτι τὸ κέντρον τοῦ βάρεος τοῦ εὐθυγράμμου ἐστὶν ἐπὶ τᾶς ΒΔ.



Ἐπεὶ γὰρ [m] τοῦ μὲν ΑΕΚΓ τραπεζίου τὸ κέντρον τοῦ βάρεος ἐπὶ τᾶς ΛΔ ἐστί· τοῦ δὲ ΕΖΙΚ τραπεζίου τὸ κέντρον ἐπὶ τᾶς ΜΛ· τοῦ δὲ ΖΗΘΙ τραπεζίου τὸ κέντρον ἐπὶ τᾶς ΜΝ· ἔτι δὲ καὶ τοῦ ΗΒΘ τριγώνου τὸ κέντρον τοῦ βάρεος ἐπὶ τᾶς ΒΝ· δῆλον ὅτι καὶ τοῦ ὅλου εὐθυγράμμου τὸ κέντρον τοῦ βάρεος ἐπὶ τᾶς ΒΔ ἐστίν.

PROP. II. Theor.

Quod ſi ſegmento, quod ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continetur, rectilineum perſpicue inſcribatur; inſcripti rectilinei centrum gravitatis erit in ſegmenti diametro.

Sit ſegmentum ΑΒΓ, quale dictum eſt: eidemque inſcribatur perſpicue rectilineum ΑΕΖΗΒΘΙΚΓ. Diameter autem ſegmenti ſit ΑΒ. Oportet demonſtrare hujuſce rectilinei centrum gravitatis eſſe in ΒΔ.

Quoniam enim trapezii quidem ΑΕΚΓ centrum gravitatis eſt in ΛΔ; trapezii vero ΕΖΙΚ centrum gravitatis in ΜΛ; trapezii denique ΖΗΘΙ centrum gravitatis in ΜΝ; et amplius trianguli ΗΒΘ centrum gravitatis in ΒΝ; conſtat totius quoque rectilinei centrum gravitatis eſſe in ΒΔ.

EUTOCIUS.

Τοῦ δευτέρου θεωρήματος προλέγει τινὰ δεικνύντα, πῶς δυνατὸν ἐν τῷ τοῦ ὀρθογωνίου κώνου τομῇ σχῆμα γνωρίμως ἐγγράφειν, καί φησιν ταῦτα δεικτέα ἐν ταῖς τάξεσιν. Ἐπειδὴ οὖν ἀσαφές ἐστι τὸ λεγόμενον, ἀναγκαῖον εἰπεῖν βραχέα περὶ αὐτοῦ ἐκ τῶν Ἀπολλωνίου κωνικῶν εὑρεθέντα. Ἔστω σχῆμα περιεχόμενον ὑπὸ παραβολῆς τῆς ΑΒΓ, καὶ εὐθείας τῆς ΑΓ, οὗ διάμετρος ἔστω ἡ ΒΔ. Φανερὸν δὴ ὅτι κορυφή ἐστι τοῦ τμήματος τὸ Β σημεῖον. Κορυφὰς γὰρ ἐκάλει τῶν γραμμῶν ὁ Ἀπολλώνιος τὰ πρὸς ταῖς γραμμαῖς πέρατα τῶν διαμέτρων. Ἐὰν δὴ ἐπιζεύξωμεν τὰς ΑΒ, ΒΓ, ἔσται τὸ ὑπὸ ΑΒΓ τρίγωνον τὴν αὐτὴν βάσιν ἔχον τῷ τμήματι, καὶ ὕψος ἴσον, τὴν ἀπὸ τοῦ Β ἐπὶ τὴν ΑΒ κάθετον ἀγομένην. Οὕτως γὰρ πάντως ἄξων ἐστὶν ἡ ΒΔ. Ἐὰν δὲ λαβόντες τὰς κορυφὰς τῶν ΑΒ, ΒΓ τμημάτων τὰς Ε, Ζ, δι' αὐτῶν παραλλήλους ἀγάγωμεν τῇ ΒΔ, [n] ὡς τὰς ΕΗ, ΖΘ· ἔσονται αὗται διάμετροι τῶν ΑΒ, ΒΓ τμημάτων. Δέδεικται γὰρ ἐπὶ τῆς παραβολῆς, ὅτι πᾶσαι αἱ παρὰ τὴν διάμετρον ἀγόμεναι διάμετροί εἰσι τῆς τομῆς. Ἔσονται δὲ τὰ Ε, Ζ κορυφαὶ τῶν τμημάτων, καὶ αἱ διὰ τῶν Ε, Ζ ἐφαπτόμεναι παράλληλοι ταῖς ΑΒ, ΒΓ. Ἔστι δὲ καὶ ἡ ΕΛΖ παρὰ τὴν ΑΔΓ· ἐπειδὴ αἱ ΕΘ, ΖΚ παράλληλοί εἰσι καὶ ἴσαι, διάμετροι οὖσαι τῶν ἴσων τμημά-


Secundo theoremati quædam præmittit, quibus oſtenditur qui fieri poſſit, ut rectanguli coni ſectioni figura perſpicue inſcribatur; et ait: hæc in ordinibus demonſtranda ſunt. Quoniam igitur hoc quod dicitur, obſcurum eſt, pauca quædam de eo ducta ex conicis Apollonii elementis danda ſunt. Sit figura, quæ ſub parabola ΑΒΓ, et recta linea ΑΓ continetur; ejuſque diameter ſit ΒΔ. Manifeſtum utique eſt ſegmenti verticem eſſe punctum Β. Linearum enim vertices Apollonius vocat diametrorum, qui ad lineas ſunt, terminos. Itaque ſi jungantur ΑΒ, ΒΓ, triangulum erit ΑΒΓ eamdem ac ſegmentum baſim habens, eamdemque altitudinem; nempe rectam, quæ a puncto Β ad ΑΒ normalis ducitur. Prorſus enim hoc pacto axis eſt ΒΔ. Quod ſi ſumptis ſegmentorum ΑΒ, ΒΓ verticibus Ε, Ζ, ducantur per ipſos rectæ ipſi ΒΔ parallelæ; erunt utique ſegmentorum ΑΒ, ΒΓ diametri. Demonſtratum eſt enim de parabola, rectas omnes, quæ diametro parallelæ ducuntur, ejuſdem diametros eſſe. Itaque puncta Ε, Ζ ſegmentorum vertices erunt: et rectæ, quæ in Ε, Ζ ſectionem contingunt, ipſis ΑΒ, ΒΓ parallelæ. Præterea ΕΛΖ ipſi ΑΔΓ parallela erit; quoniam ΕΘ, et ΖΚ parallelæ ſunt et æquales, quippe æqualium ſegmentorum

* Quartum in Ed. Baſ. in hâc autem noſtra eſt theorema ſextum.

[i] εἶναι. [k] ἐπὶ τᾶς τοῦ. [l] διάμετρος δὲ τοῦ τμάματος, deſunt in MS. [m] τοῦ μὲν ΕΖ, ΙΚ. [n] ὡς τὰς ΕΗ ὦν.

diametri ſunt, ſibique invicem conveniunt, ut in ſexto conicorum libro demonſtratum eſt. Et quoniam Ε Η Θ parallela eſt ipſi Β Δ; ut Β Η ad Η Α, ita ſe habet Δ Θ ad Θ Α. Æqualis eſt autem Η Β ipſi Α Η. Cum enim Α Β contingenti parallela ſit, eam diameter Ε Η in duas æquas partes ſecat. Æqualis eſt igitur etiam Δ Θ ipſi Θ Α. Eadem ratione et Δ Κ ipſi Κ Γ eſt æqualis. Æqualis eſt autem tota Α Δ toti Δ Γ. Æqualis eſt igitur Δ Θ ipſi Δ Κ; ideoque etiam Ε Λ ipſi Λ Ζ. Quocirca vere illud dicit, quæ ſegmentorum vertices jungit, hanc ſegmenti baſi parallelam eſſe, atque a ſegmenti diametro in duas æquas partes ſecari. Jungantur modo Α Ε, Ε Β, Β Ζ, Ζ Γ; et ſecentur in duas æquas partes in punctis Μ, Ν, Ξ, Ο; ductiſque per Μ, Ν, Ξ, Ο ipſi Β Δ parallelis Π Μ Ρ Σ, Τ Ν Υ Φ, Χ Ξ Ψ Ω, ϛ Ο ϙ Λ, jungantur Α Π, Π Ε, Ε Τ, Τ Β, Β Χ, Χ Ζ, Ζ ϛ, ϛ Γ; itemque Τ Λ Χ, et Π Δ ϛ. Itaque manifeſtum eſt ex iis, quæ ſupra demonſtrata ſunt, rectas Τ Χ, Ε Ζ, Π ϛ ipſi Α Γ parallelas eſſe; æqualeſque Τ Λ ipſi Λ Χ, et Ε Λ ipſi Λ Ζ, et Π Δ ipſi Δ ϛ. Dico igitur haſce rectas diametrum Β Δ ſecare in numeros deinceps impares: videlicet qualis unius eſt linea Β Λ, talium trium eſſe lineam Λ Λ, et quinque lineam Λ Δ, et ſeptem lineam Δ Δ. Quoniam enim æqualis eſt Α Η ipſi Η Β, et ipſi Β Δ parallela Ε Θ; ideo etiam Α Θ ipſi Θ Δ eſt æqualis. Quare dupla ipſius Δ Θ, atque ideo etiam ipſius Ε Λ eſt Α Δ. Quod igitur qua-

των, καὶ ἐφαρμόζοντι ἀλλάλαις, ὡς ἐν τῷ ϛ' τῶν κωνικῶν δέδεικται. Καὶ ἐπεὶ ἁ Ε Η Θ παράλληλός ἐστι τᾷ Β Δ, ἐστὶν ὡς ἁ Β Η πρὸς Η Α, ἁ Δ Θ πρὸς Θ Α. Ἴσα δὲ ἁ Η Β τᾷ Α Η. Δίχα γὰρ αὐτὰν τέμνει ἁ Ε Η διάμετρος παράλληλον ἐοῦσαν τᾷ ἐφαπτομένᾳ. Ἴσα ἄρα καὶ ἁ Δ Θ τᾷ Θ Α. Διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἁ Δ Κ τᾷ Κ Γ ἴσα ἐστί. Ἴσα δὲ ὅλα ἁ Α Δ τᾷ Δ Γ· ἴσα ἄρα καὶ ἁ Δ Θ τᾷ Δ Κ· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἁ Ε Λ τᾷ Λ Ζ. Ὥστε ἀλαθὲς λέγει, ὅτι ἁ τὰς κορυφὰς τῶν τμαμάτων ἐπιζευγνύουσα παράλληλος ἐστι τᾷ βάσει τοῦ τμάματος, καὶ δίχα διαιρεθήσεται ὑπὸ τᾶς τοῦ τμάματος διαμέτρου. Ἐπεζεύχθωσαν δὲ καὶ Α Ε, Ε Β, Β Ζ, Ζ Γ· καὶ δίχα τετμάσθωσαν κατὰ τὰ Μ, Ν, Ξ, Ο σαμεῖα· καὶ ἤχθωσαν διὰ τῶν Μ, Ν, Ξ, Ο παρὰ τὰν Β Δ, αἱ Π Μ Ρ Σ, Τ Ν Υ Φ, Χ Ξ Ψ Ω, ϛ Ο ϙ Λ· καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ Α Π, Π Ε, Ε Τ, Τ Β, Β Χ, Χ Ζ, Ζ ϛ, ϛ Γ· καὶ αἱ Τ Λ Χ, καὶ Π Δ ϛ. Φανερὸν δὴ, ἐκ τῶν προδεδειγμένων, ὅτι ἁ Τ Χ καὶ ἁ Ε Ζ καὶ ἁ Π ϛ παράλλαλοί εἰσι τᾷ Α Γ· καὶ ἔτι ἴσα ἁ Τ Λ τᾷ Λ Χ, καὶ ἁ Ε Λ τᾷ Λ Ζ, καὶ ἁ Π Δ τᾷ Δ ϛ. Λέγω δὲ ὅτι τέμνοντι τὰν Β Δ εἰς τοὺς ἑξῆς περισσοὺς ἀριθμούς· τουτέστιν οἵων ἐστὶν ἑνὸς ἁ Β Λ, τοιούτων τριῶν ἁ Λ Λ, καὶ ἁ Λ Δ πέντε, [q] καὶ ἁ Δ Δ ἑπτά. Ἐπεὶ γὰρ ἴσα ἐστὶν ἁ Α Η τᾷ Η Β, καὶ παράλληλος ἁ Ε Θ τᾷ Β Δ· ἴσα ἄρα καὶ ἁ Α Θ τᾷ Θ Δ. [r] Ἡ Α Δ ἄρα τᾶς Δ Θ διπλᾶ ἐστι· ὥστε καὶ τᾶς Ε Λ. Τὸ ἀπὸ τᾶς Α Δ ἄρα τετρα-



dratum ab Α Δ deſcribitur, id quadruplum eſt quadrati, quod deſcribitur ab Ε Λ. Ut autem quadratum, quod ab Α Δ deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab Ε Λ, ita demonſtratum eſt ſe habere Β Δ ad Β Λ. Quadrupla eſt igitur etiam Β Δ ipſius Β Λ; ideoque tripla Δ Λ ipſius Λ Β. Itaque qualis unius eſt Λ Β, talium trium eſt Λ Δ. Eademque ratione qualium quatuor eſt Λ Β, talium duodecim eſt Λ Δ. Et quoniam æqualis eſt Ε Ν ipſi Ν Β, et Ε Ζ ipſi Ζ Λ, ideoque et Θ Φ ipſi Φ Δ; dupla eſt Ε Λ ipſius Λ Ζ; hoc eſt Τ Λ. Quod igitur quadratum ab Ε Λ deſcribitur, id quadruplum eſt quadrati, quod deſcribitur a Τ Λ. Quadrupla eſt igitur etiam Λ Β ipſius Β Λ; ideoque tripla Λ Λ ipſius Λ Β. Itaque qualium quatuor eſt Λ Β, talis unius eſt Β Λ; et talium trium Λ Λ, et duodecim Λ Δ. Rurſus quoniam æqualis eſt Α Μ ipſi Μ Ε, et Α Ρ ipſi Ρ Η, et Α Σ

πλάσιον τοῦ ἀπὸ τᾶς Ε Λ. Ὡς δὲ τὸ [s] ἀπὸ Α Δ πρὸς τὸ ἀπὸ Ε Λ, οὕτως δέδεικται ἁ Β Δ πρὸς Β Λ. Τετραπλασία ἄρα καὶ ἁ Δ Β τᾶς Β Λ· τριπλᾶ ἄρα ἁ Δ Λ τᾶς Λ Β. Οἵων ἄρα ἐστὶν ἑνὸς ἁ Λ Β, τοιούτων τριῶν ἐστιν ἁ Λ Δ. Διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ οἵων ἄρα ἁ Λ Β τεσσάρων, ἁ Λ Δ δώδεκα. Καὶ ἐπεὶ ἴσα ἁ Ε Ν τᾷ Ν Β, καὶ ἁ Ε Ζ τᾷ Ζ Λ, καὶ ἁ Θ Φ τᾷ Φ Δ· διπλασία ἐστὶν ἁ Ε Λ τᾶς Λ Ζ, τουτέστι τᾶς Τ Λ. [t] Τετραπλάσιον ἄρα τὸ ἀπὸ Ε Λ τοῦ ἀπὸ Τ Λ. Τετραπλασία ἄρα καὶ ἁ Λ Β τᾶς Β Λ· ὥστε τετραπλασία ἁ Λ Λ τᾶς Λ Β. Οἵων ἄρα ἐστὶν ἁ Λ Β τεσσάρων, τοιούτων ἁ μὲν Β Λ ἑνὸς, ἁ δὲ Λ Λ τριῶν, ἁ δὲ Λ Δ δώδεκα. Πάλιν ἐπεὶ ἴσα ἐστὶν ἁ Α Μ τᾷ Μ Ε, καὶ ἁ Α Ρ τᾷ Ρ Η, καὶ ἁ Α Σ τᾷ Σ Θ· ἴσαι εἰσὶ

[q] καὶ ἁ Δ ἑπτά. [r] ἁ Θ Δ.

[s] ἀπὸ Α Δ, οὕτως. [t] διπλάσιον.


καὶ αἱ ΑΣ, ΣΘ, ΘΦ, ΦΔ. Οἵων ἄρα ἐστὶν ἡ ΑΔ τεσσάρων, τοιούτων ἡ ΣΔ τριῶν, τουτέστιν ἡ ΠΔ. Οἵων ἄρα τὸ ἀπὸ ΑΔ δεκαέξ, τοιούτων τὸ ἀπὸ ΠΔ ἐννέα· καὶ οἵων ἄρα ἡ ΔΒ δεκαέξ, ἡ ΒΔ ἐννέα, καὶ λοιπὰ ἄρα ἡ ΔΔ ἑπτά. Ἐπεὶ οὖν δέδεικται οἵων ἡ ΒΔ δεκαέξ, τοιούτων ἡ μὲν ΒΛ ἑνός, ἡ δὲ ΛΛ τριῶν, ἡ δὲ ΔΔ ἑπτά· καὶ λοιπὰ ἡ ΛΔ ἐστὶ πέντε. Τέμνεται ἄρα ἡ ΒΔ ὑπὸ τῶν παραλλήλων εἰς τὰς τῶν ἑξῆς περισσῶν ἀριθμῶν λόγως, ἑνὸς λεγομένου τῶ πρὸς τῇ κορυφῇ τῶ τμάματος. Δῆλον οὖν ἐστι ἐκ τῆς καταγραφῆς, ὅτι αἱ καταγόμεναι ὑπὸ τῶν διαμέτρων εἰς τὼς ἀπὸ μονάδος ἑξῆς ἀριθμὼς τέμνονται. Οἵων γάρ ἐστιν ἑνὸς ἡ ΤΛ, τούτων ἐστὶ δύο ἡ ΕΛ, τριῶν δὲ ἡ ΠΔ, τεσσάρων δὲ ἡ ΑΔ. Παράλληλοι γὰρ οὖσαι πᾶσαι εἰς ἴσα τέμνοντι ἀλλάλας. Ὀνομάζεται δὲ ὑπ' Ἀρχιμήδεος τὸ ΑΠΕΤΒΧΖϛΓ σχῆμα γνωρίμως ἐγγραφόμενον.

ipſi ΣΘ; æquales invicem ſunt ipſæ quoque ΑΣ, ΣΘ, ΘΦ, ΦΔ. Itaque qualium quatuor eſt ΑΔ, talium trium eſt ΣΔ; hoc eſt ΠΔ. Qualium igitur ſexdecim eſt quadratum, quod ab ΑΔ deſcribitur, talium novem eſt quadratum, quod deſcribitur a ΠΔ: et propterea qualium ſexdecim eſt ΒΔ, talium novem eſt ΒΔ, et ſeptem, quæ relinquitur ΔΔ. Quoniam igitur demonſtratum eſt, qualium ſexdecim eſt ΒΔ, talis unius eſſe ΒΛ; et talium trium ΛΛ, et ſeptem ΔΔ; ideo talium quinque eſt, quæ relinquitur, ΛΔ. Quo circa ΒΔ ſecatur a parallelis pro ratione numerorum deinceps imparium, uno ad ſegmenti verticem computato. Conſtat etiam ex figura, rectas, quæ ad ſectionem ducuntur, ſecari a diametris in numeros ab unitate deinceps impares. Nam qualis unius eſt ΤΛ, talium duo eſt ΕΛ, et trium ΠΔ, et quatuor ΑΔ. Cum enim diametri omnes parallelæ ſint ſeſe in æquas partes invicem ſecant. Porro figura ΑΠΕΤΒΧΖϛΓ perſpicue inſcripta ab Archimede vocatur.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ γ'.

Αἴκα δύο τμαμάτων ὁμοίων, περιεχομένων ὑπὸ εὐθείας τε καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς, εἰς ἑκάτερον εὐθύγραμμον ἐγγραφῇ γνωρίμως, ἔχωντι δὲ τὰ ἐγγραφέντα εὐθύγραμμα τὰς πλευρὰς ἴσας τῷ πλήθει ἀλλάλοις· τῶν εὐθυγράμμων τὰ κέντρα τῶν βαρέων ὁμοίως τέμνοντι τὰς διαμέτρους τῶν τμαμάτων.

Ἔστω δύο τμάματα τὰ ΑΒΓ, ΞΟΠ· καὶ ἐγγεγράφθω εἰς αὐτὰ εὐθύγραμμα γνωρίμως κατὰ πάσας πλευρὰς τὸν ἀριθμὸν ἔχοντα ἀλλάλοις ἴσον. Διάμετροι δὲ ἔστωσαν τῶν τμαμάτων αἱ ΒΔ, ΟΡ· καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΕΚ, ΖΙ, ΗΘ, καὶ ΣΤ, ΥΦ, ΧΨ. Ἐπεὶ οὖν ἅ τε ΒΔ διαιρέεται ὑπὸ τῶν παραλλήλων εἰς τὼς τῶν ἑξῆς ἀριθμῶν περισσῶν λόγως καὶ ΡΟ, ὁμοίως καὶ τῷ πλήθει τὰ τμάματα αὐτῶν ἴσα ἐστί· δῆλον ὡς τά τε τμάματα τῶν διαμέτρων ἐν τοῖς αὐτοῖς λόγοις ἐσσεῖται καὶ αἱ παράλληλοι τὼς αὐτὼς λόγως ἕξοντι. Καὶ τῶν τραπεζίων, τοῦ τε ΑΕΚΓ, καὶ τῶ ΞΣΤΠ τὰ κέντρα τῶν βαρέων ἐσσεῖται ἐπὶ τᾶν ΛΔ, ΩΡ εὐθειᾶν ὁμοίως κείμενα· ἐπεὶ τὸν αὐτὸν ἔχοντι λόγον αἱ ΑΓ, ΕΚ ταῖς ΞΠ, ΣΤ. Πάλιν δὴ καὶ τῶν ΕΖΙΚ, ΣΥΦΤ τραπεζίων τὰ κέντρα τῶν βαρέων ἐσσοῦνται ὁμοίως διαιρέοντα τὰς ΛΜ, Ωϛ. Καὶ ἐν τοῖς ΖΘ, ΥΨ τραπεζίοις τὰ κέντρα τῶν βαρέων ἐσσοῦνται ὁμοίως διαιρέοντα τὰς ΜΝ, ϛϥ. Ἐσσεῖ δὴ καὶ τῶν ΗΒΘ, ΧΟΨ τριγώνων τὰ κέντρα τῶν βαρέων ἐπὶ τᾶν ΒΝ,



PROP. III. Theor.

Si ſimilibus duobus ſegmentis, quæ ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continentur, rectilinea cuique inſcribantur, quæ latera habeant multitudine ſibi invicem æqualia; rectilineorum centra gravitatum ſegmentorum diametros ſimiliter ſecant.

Sint duo ſegmenta ΑΒΓ, ΞΟΠ: inſcribanturque iiſdem perſpicue rectilinea, in quibus omnium laterum numerus æqualis invicem ſit. Segmentorum diametri ſint ΒΔ, ΟΡ: junganturque ΕΚ, ΖΙ, ΗΘ; itemque ΣΤ, ΥΦ, ΧΨ. Quoniam igitur cum ΒΔ, tum etiam ΡΟ dividuntur ſimiliter a parallelis ſecundum rationes numerorum deinceps imparium, earumque ſegmenta æqualia multitudine ſunt; conſtat fore, ut eaſdem rationes cum ſegmenta diametrorum, tum parallelæ ipſæ inter ſe invicem habeant. Ac trapeziorum ΑΕΚΓ, et ΞΣΤΠ centra gravitatum ſimiliter poſita erunt in rectis ΛΔ, ΩΡ; quoniam eamdem habent rationem ΑΓ, et ΕΚ, quam ΞΠ, et ΣΤ. Rurſus autem trapeziorum ΕΖΙΚ, ΣΥΦΤ centra gravitatum ſimiliter divident rectas ΛΜ, Ωϛ: trapeziorumque ΖΘ, ΥΨ centra gravitatum divident ſimiliter rectas ΜΝ, ϛϥ. Quin etiam triangulorum ΗΒΘ, ΧΟΨ centra gravitatum ſimiliter poſita erunt in rectis ΒΝ, Οϥ. Habent

* ἡ ΛΔ. * τῷ τμάματι. * ἑξῆς περισσῶν ἀριθμῶν. * περισσῶν. * καὶ ΠΡΟ καὶ τῷ. * ἕξοντι. * τὸ ἀπὸ ΓΒΑ, ΖϛΓ. * ἀλλάλαις. * ἐν, ΖΓ, ΗΘ. * καὶ τὼς αὐτώς. * ὁμοίως διαιρέοντα τὰς ΜΝ, ΣΤ.
* τὰ κέντρα τῶν βαρέων ἐσσοῦνται ὁμοίως διαιρέοντα τὰς ΜΝϛΤ —— δὲ καὶ τῶν ΗΒΘΧΟΨ τριγώνων τὰ κέντρα τῶν βαρέων ἐπὶ τᾶν ΒΝΟϥ.

autem eamdem rationem trapezia, et triangula. Conſtat igitur totius rectilinei, quod ſegmento A B Γ inſcriptum eſt, centrum gravitatis diametrum B Δ ſimiliter ſecare, atque ejus, quod inſcriptum eſt ſegmento Ξ O Π, centrum gravitatis diametrum O P ſecat. Quod oportebat demonſtratare.

Ο ῃ ὁμοίως κείμενα. Ἔχοντι δὲ αὐτὸν λόγον τὰ τραπέζια καὶ τὰ τρίγωνα. Δῆλον ἦν ὅτι ὃ ὅλω εὐθυγράμμω τῶ ἐν τῷ Α Β Γ τμάματι γεγραμμένω τὸ κέντρον τῶ βάρεος ὁμοίως διαιρεῖ τὰν Β Δ· καὶ ὃ ἐν τῷ Ξ Ο Π τμάματι ἐγγεγραμμένω τὸ κέντρον τοῦ βάρεος ἐπὶ τὰν Ο Ρ. Ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

EUTOCIUS.

Apollonius in ſexto conicorum libro ſimilia ſectionum coni ſegmenta ea eſſe dixit, quarum in utraque ſi æquales multitudine rectæ ducantur baſi parallelæ; tum hæ parallelæ atque baſes ad rectas, quæ a diametris ad vertices abſcinduntur, tum quæ abſcinduntur inter ſe invicem eandem rationem habuerint. Parabolas autem omnes ſimiles ſibi invicem eſſe. Quæ porro ſit figura perſpicue inſcripta, dictum eſt in ſumpto lemmate. Quod autem dicitur, diametros ſimiliter ſecari, id eſt hujuſmodi, ut eorum ſegmenta eandem inter ſe invicem rationem habeant. Quæ reliqua ſunt in theoremate, ea omnia ex figura, quam ſupra attulimus, manifeſta ſunt.


Τὰ ὅμοια τμήματα τῶν τοῦ κώνου τομῶν Ἀπολλώνιος ὡρίσατο ἐν τῷ ἕκτῳ βιβλίῳ τῶν κωνικῶν, ἐν οἷς ἀχθεισῶν ἐν ἑκάστῳ παραλλήλων τῇ βάσει, ἴσων τὸ πλῆθος, αἱ παράλληλοι, καὶ αἱ βάσεις πρὸς τὰς ἀποτεμνομένας ἀπὸ τῶν διαμέτρων ταῖς κορυφαῖς ἐν τοῖς αὐτοῖς λόγοις εἰσί· καὶ αἱ ἀποτεμνόμεναι πρὸς τὰς ἀποτεμνομένας. Καὶ ὅτι αἱ παραβολαὶ πᾶσαι ὅμοιαι εἰσί. Τὸ δὲ γνωρίμως ἐγγραφόμενον σχῆμα εἴρηται ἐν τῷ προληφθέντι λήμματι. Τὸ δὲ ὁμοίως διαιρεῖσθαι τὰς διαμέτρους ἐστὶν, ἵνα τὰ τμήματα αὐτῶν τὸν αὐτὸν ἔχῃ λόγον. Τὰ λοιπὰ τοῦ θεωρήματος σαφῆ ἐστιν ἐκ τοῦ προγεγραμμένου σχήματος.

PROP. IV. Theor.

Cujuſlibet ſegmenti, quod ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continetur, centrum gravitatis eſt in ſegmenti diametro.

Sit ſegmentum, quale dictum eſt, A B Γ, cujus diameter B Δ. Oportet demonſtrare ſegmenti, quod diximus centrum gravitatis eſſe in B Δ.

Si enim minus, ſit punctum E: ducaturque per id punctum E Z ipſi B Δ parallela. Inſcribatur autem ſegmento triangulum A B Γ eamdem ac ſegmentum baſim habens, eamdemque altitudinem: et quæ rationem habet Γ Z ad Δ Z, hanc habeat triangulum A B Γ ad ſpatium K. Inſcribaturque ſegmento perſpicue etiam rectilineum, ita ut, quæ relinquuntur, ſegmenta ſpatio K minora ſint. Itaque inſcripti rectilinei centrum gravitatis eſt in B Δ. Hoc ſit punctum Θ: jungaturque Θ E; eademque producta ducatur Γ Λ ipſi B Δ parallela. Conſtat utique majorem rationem habere rectilineum ſegmento inſcriptum ad ea, quæ relinquuntur, ſegmenta, quam triangulum A B Γ ad ſpatium K. Ut autem triangulum A B Γ ad ſpatium K, ita ſe habet Γ Z ad Z Δ. Igitur majorem rationem habet rectilineum ſegmento inſcriptum ad ea, quæ relinquuntur, ſegmenta, quam Γ Z ad Z Δ; hoc eſt Λ E ad E Θ. Itaque habeat M E ad E Θ eamdem rationem, quam inſcriptum rectilineum ad ſegmenta. Quoniam igitur totius quidem ſegmenti



ΠΡΟΤΑΣΙΣ δ'.

Παντὸς τμάματος περιεχομένου ὑπὸ εὐθείας, καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς τὸ κέντρον τοῦ βάρεός ἐστιν ἐπὶ τᾶς ὃ τμάματος διαμέτρου.

Ἔστω τμᾶμα, ὡς εἴρηται, τὸ Α Β Γ, [f] ὃ διάμετρος ἔστω ἁ Β Δ. Δεικτέον ὅτι τοῦ εἰρημένου τμάματος κέντρον τοῦ βάρεός ἐστιν ἐπὶ τᾶς Β Δ.

Εἰ γὰρ μὴ, ἔστω τὸ Ε· καὶ δι' αὐτοῦ ἄχθω παρὰ τὰν Β Δ ἁ Ε Ζ. Καὶ ἐγγεγράφθω εἰς τμᾶμα τρίγωνον τὸ Α Β Γ, τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχον καὶ ὕψος ἴσον· καὶ ὃν ἔχει λόγον ἁ Γ Ζ ποτὶ Δ Ζ, τοῦτον ἐχέτω τὸ Α Β Γ τρίγωνον ποτὶ τὸ Κ χωρίον. Ἐγγεγράφθω δὲ καὶ εὐθύγραμμον εἰς τὸ τμᾶμα γνωρίμως, ὥστε τὰ περιλειπόμενα τμάματα ἐλάσσονα εἶμεν τοῦ Κ. Τοῦ δὴ ἐγγραφομένου εὐθυγράμμου τὸ κέντρον τοῦ βάρεός ἐστιν ἐπὶ τᾶς Β Δ. Ἔστω τὸ Θ· καὶ ἐπεζεύχθω ἁ Θ Ε, καὶ ἐκβεβλήσθω· καὶ παρὰ τὰν Β Δ ἄχθω ἁ Γ Λ. Δῆλον δὲ ὅτι μείζονα λόγον ἔχει τὸ ἐγγεγραμμένον εὐθύγραμμον ἐν τῷ τμάματι ποτὶ τὰ λειπόμενα τμάματα, ἢ τὸ Α Β Γ τρίγωνον ποτὶ τὸ Κ. Ἀλλ' ἔστι ὡς τὸ Α Β Γ τρίγωνον ποτὶ τὸ Κ, οὕτως ἁ Γ Ζ ποτὶ Ζ Δ. Καὶ τὸ [g] ἐγγεγραμμένον εὐθύγραμμον ποτὶ τὰ περιλειπόμενα τμάματα μείζονα λόγον ἔχει, ἢ ἁ Γ Ζ ποτὶ Ζ Δ· τουτέστιν ἁ Λ Ε ποτὶ Ε Θ. Ἐχέτω οὖν ἁ Μ Ε ποτὶ Ε Θ τὸν αὐτὸν λόγον [h] τοῦ ἐγγεγραμμένου ποτὶ τὰ τμάματα. Ἐπεὶ οὖν τὸ μὲν Ε κέντρον τοῦ ὅλου

[f] ἆτιν διάμετρος [g] ἐγγεγραμμένον ἄρα εὐθύγραμμον ποτὶ. [h] τῶ τῶ ἐγγεγραμμένου ποτὶ.

τμάματος, τοῦ δὲ ἐγγεγραμμένου ἐν αὐτῷ εὐθυγράμμου τὸ Θ, δῆλον [i] ὅτι λοιποῦ τοῦ συγκειμένου μεγέθεος ἐκ τῶν περιλειπομένων τμαμάτων τὸ κέντρον τοῦ βάρεός ἐστιν ἐκβληθείσας τᾶς ΘΕ· καὶ ἀπολαφθείσας τινὸς εὐθείας, ἣ λόγον ἔχει ποτὶ τὰν ΘΕ, ὃν τὸ ἐγγεγραμμένον εὐθύγραμμον ποτὶ τὰ περιλειπόμενα τμάματα. Ὥστε εἴη καὶ τοῦ συγκειμένου μεγέθεος ἐκ τῶν περιλειπομένων τμαμάτων κέντρον τοῦ βάρεος τὸ Μ σαμεῖον· [k] ὅπερ ἄτοπον. Τᾶς γὰρ διὰ τοῦ Μ εὐθείας παρὰ τὰν ΒΔ ἀγομένας, [l] ἐπὶ ταυτὰ ἐσσοῦντι πάντα τὰ περιλειπόμενα τμάματα. Δῆλον οὖν, ὅτι ἐπὶ [m] τᾶς ΒΔ τὸ κέντρον ἐστὶ τοῦ βάρεος.

centrum gravitatis eſt punctum E; rectilinei vero eidem inſcripti, punctum Θ; conſtat magnitudinis, quæ relinquitur, quæque ex iis, quæ relinquuntur, ſegmentis componitur, centrum gravitatis eſſe in recta Θ E producta; abſciſſa quadam ejus parte, quæ ad Θ E eam rationem habeat, quæ inſcriptum rectilineum ad ea, quæ relinquuntur, ſegmenta. Quare magnitudinis, quæ ex iis, quæ relinquuntur, ſegmentis componitur, centrum gravitatis fuerit punctum M: quod eſt abſurdum. Ducta enim per punctum M recta ipſi B Δ parallela, ſegmenta omnia, quæ relinquuntur, ad eamdem partem erunt. Conſtat igitur centrum gravitatis eſſe in B Δ.

E U T O C I U S.

Ἐγγεγράφθω εὐθύγραμμον εἰς τὸ τμᾶμα γνωρίμως, ὥστε τὰ περιλειπόμενα τμάματα ἐλάσσονα εἶμεν τοῦ Κ. Τοῦτο δὲ φανερόν ἐστιν ἐκ τῶν εἰρημένων ἐν τῷ [n] δωδεκάτῳ τῶν στοιχείων, καὶ τῷ πρώτῳ [o] τῶν περὶ σφαίρας καὶ κυλίνδρου.

Inſcribaturque ſegmento perſpicue rectilineum, ita ut, quæ relinquuntur, ſegmenta ſpatio K minora ſint. Hoc autem manifeſtum eſt ex iis, quæ in decimo elementorum libro, et primo de ſphæra et cylindro dicta ſunt.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ε'.


Αἴκα εἰς τμᾶμα περιεχόμενον ὑπὸ εὐθείας τε, καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς, εὐθύγραμμον ἐγγραφῇ γνωρίμως· [p] τὸ τοῦ ὅλου τμάματος τὸ κέντρον τοῦ βάρεος ἐγγύτερόν ἐστι τᾶς κορυφᾶς τοῦ τμάματος, ἢ τὸ τοῦ ἐγγραφέντος εὐθυγράμμου κέντρον.

Ἔστω τὸ ΑΒΓ τμᾶμα, οἷον εἴρηται· διάμετρος δὲ αὐτοῦ, ἁ ΔΒ. Καὶ ἐγγεγράφθω εἰς αὐτὸ τρίγωνον πρῶτον γνωρίμως τὸ ΑΒΓ· καὶ τετμάσθω ἁ ΒΔ κατὰ τὸ Ε, ὥστε εἶμεν διπλασίαν [q] τὰν ΒΕ τᾶς ΕΔ. Ἔστι οὖν τοῦ ΑΒΓ τριγώνου κέντρον τοῦ βάρεος τὸ Ε σαμεῖον. Τετμάσθω δὴ δίχα ἑκατέρα τᾶν ΑΒ, ΒΓ, κατὰ τὰ Ζ, Η· καὶ διὰ τῶν Ζ, Η παρὰ τὰν ΒΔ ἄχθωσαν αἱ ΖΚ, ΛΗ. Ἔσται ἄρα τοῦ μὲν ΑΚΒ τμάματος κέντρον τοῦ βάρεος ἐπὶ τᾶς ΖΚ· τοῦ δὲ ΒΓΛ τμάματος τὸ κέντρον τοῦ βάρεος ἐπὶ τᾶς ΗΛ. Ἔστω δὲ τὰ Θ, Ι· καὶ ἐπιζεύχθω [r] ἁ ΘΙ. Καὶ ἐπεὶ παραλληλόγραμμόν ἐστι [s] τὸ ΘΖΗΙ, καὶ ἴσα ἐστὶ τᾷ ΖΝ ἁ ΝΗ, ἔστιν ἄρα [t] ἁ ΧΘ ἴσα τᾷ ΧΙ. Ὥστε τοῦ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν ΑΚΒ, ΒΛΓ τμαμάτων συγκειμένου μεγέθεος κέντρον τοῦ βάρεός ἐστιν ἐπὶ μέσας τᾶς ΘΙ· ἐπειδήπερ ἴσα ἐντὶ τμάματα· τουτέστι τὸ Χ σαμεῖον. Ἐπεὶ δὴ τοῦ μὲν ΑΒΓ τριγώνου κέντρον τοῦ βάρεός ἐστι [u] τὸ Ε σαμεῖον, τοῦ δὲ συγκειμένου ἐξ ἀμφοτέρων τῶν

PROP. V. THEOR.

Si ſegmento, quod ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continetur, rectilineum perſpicue inſcribatur; totius ſegmenti centrum gravitatis propius vertici eſt, quam centrum gravitatis inſcripti rectilinei.

Sit ſegmentum A B Γ, quale dictum eſt; cujus diameter B Δ. Inſcribatur autem primo eidem perſpicue triangulum A B Γ: ſecaturque B Δ in puncto E, ita ut B E dupla ſit ipſius E Δ. Trianguli igitur A B Γ centrum gravitatis eſt punctum E. Itaque ſecetur in duas æquas partes utraque A B, B Γ in punctis Z, H: ducanturque per Z, H, Z K, Λ H ipſi B Δ parallelæ. Igitur ſegmenti quidem A K B centrum gravitatis eſt in Z K; ſegmenti vero B Γ Λ, in H Λ.




Hæc autem ſint puncta Θ, I: jungaturque Θ I. Et quoniam parallelogrammum eſt Θ Z H I, æqualiſque Z N ipſi N H, ideo æqualis eſt X Θ ipſi X I. Quare magnitudinis, quæ ex utriſque ſegmentis A K B, B Λ Γ componitur, centrum gravitatis eſt in media Θ I; quoniam ſegmenta æqualia ſunt; nimirum eſt punctum X. Quoniam autem trianguli quidem A B Γ centrum gravitatis eſt punctum E, magnitudinis vero, quæ ex utriſque ſegmentis

[i] ὅτι λοιπόν. [k] ὅπερ ἀδύνατον. [l] ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἐσσοῦνται. [m] τᾶς ΒΓ. [n] δευτέρῳ. [o] τῷ περὶ σφαίρας.
[p] In MS. deeſt τό. [q] ἁ ΒΕ. [r] ἁ ΘΙ· ἐπεί. [s] τὸ ΘΖΗ, καί. [t] καὶ ἁ ΧΘ. [u] τὸ σαμεῖον.

A K B, B A Γ componitur, punctum X; conſtat totius ſegmenti A B Γ centrum gravitatis eſſe in X E; hoc eſt inter puncta X, et E. Quare propius fuerit vertici centrum gravitatis totius ſegmenti, quam trianguli perſpicue inſcripti.

Inſcribatur rurſus ſegmento perſpicue pentagonum rectilineum A K B Λ Γ. Ac ſit totius quidem ſegmenti diameter B Δ; utriuſque vero ſegmenti utraque diameter K Z, Λ H. Et quoniam ſegmento A K B triangulum perſpicue inſcriptum eſt; totius ſegmenti centrum gravitatis propius vertici eſt, quam centrum gravitatis trianguli. Sit igitur ſegmenti quidem A K B centrum gravitatis punctum Θ, trianguli vero punctum I. Et rurſus ſegmenti quidem B Λ Γ centrum gravitatis punctum M, trianguli vero punctum N: junganturque puncta Θ, M, itemque I, N. Æqualis eſt igitur Θ X ipſi X M, et I T ipſi T N. Sed triangulo quidem A K B æquale eſt triangulum B Λ Γ; ſegmento vero A K B ſegmentum B Λ Γ. Demonſtratum eſt enim in aliis libris, ſegmenta triangulorum eſſe ſeſquitertia. Igitur magnitudinis quidem, quæ ex utriſque ſegmentis A K B, B Λ Γ componitur, centrum gravitatis erit punctum X; magnitudinis vero, quæ componitur ex triangulis A K B, B Λ Γ, punctum T. Rurſus igitur quoniam trianguli A B Γ centrum gravitatis eſt punctum E; et magnitudinis, quæ ex utriſque ſegmentis A K B, B Λ Γ componitur, punctum X; conſtat totius quidem ſegmenti A B Γ centrum gravitatis eſſe in recta X E, ita ſecta, ut quam habet rationem triangulum A B Γ ad utraque ſegmenta A K B, B Λ Γ, hanc habeat ejus pars, cujus terminus eſt punctum X ad partem minorem. Pentagoni vero A K B Λ Γ centrum gravitatis eſſe in recta E T, ita ſecta, ut quam habet rationem triangulum A B Γ ad triangula A K B, B Λ Γ, hanc habeat ejus pars, cujus terminus eſt punctum T, ad partem reliquam. Quoniam igitur majorem rationem habet triangulum A B Γ ad triangula K A B, Λ B Γ, quam ad ſegmenta; conſtat propius eſſe vertici B centrum gravitatis ſegmenti A B Γ, quam inſcripti rectilinei. Porro in omnibus rectilineis, quæ ſegmentis perſpicue inſcripta ſunt, eadem argumentatio locum habet.



Α Κ Β, Β Λ Γ τὸ Χ· δῆλον ὦν ὅτι ὅλω τοῦ τμάματος τοῦ Α Β Γ κέντρον τῶ βάρεός ἐϛιν ἐπὶ τᾶς Χ Ε, τουτέϛι μεταξὺ τῶν Χ, Ε σαμείων. Ὥϛ᾽ ἐϛὶ ΚΑ ἐγγύτερον τᾶς τῶ τμάματος κορυφᾶς τὸ κέντρον τοῦ ὅλω τμάματος, ἢ τῶ ἐγγραφομένω τριγώνω γνωρίμως.

Ἐγγραφθω πάλιν εἰς τὸ τμᾶμα πεντάγωνον εὐθύγραμμον γνωρίμως τὸ Α Κ Β Λ Γ. Καὶ ἔϛω τῶ μὲν ὅλω τμάματος διάμετρος ἁ Β Δ· ἑκατέρω δὲ τῶν τμαμάτων, ἑκατέρα τᾶν Κ Ζ, Λ Η διαμέτρων. Καὶ ἐπεὶ ἐν τῷ Α Κ Β τμάματι ἐγγέγραπται εὐθύγραμμον γνωρίμως, τῶ ὅλω τμάματος κέντρον τῶ βάρεός ἐϛιν ἐγγύτερον τᾶς κορυφᾶς, ἢ τὸ τῶ εὐθυγράμμω. *Ἔϛω ὦν τῶ μὲν Α Κ Β τμάματος τὸ κέντρον τοῦ βάρεος τὸ Θ, τοῦ δὲ τριγώνω τὸ Ι. Πάλιν δὲ ἔϛω τοῦ μὲν Β Λ Γ τμάματος τὸ κέντρον τῶ βάρεος τὸ Μ, †τοῦ δὲ τριγώνω τὸ Ν· καὶ ἐπεζεύχθω τὰ Θ, Μ, Ι, Ν. Ἴσα ἄρα ἐϛὶν ἁ Θ Χ τᾷ Χ Μ, ἁ δὲ Ι Τ τᾷ Τ Ν. Ἀλλὰ καὶ τρίγωνον τῷ Α Κ Β ἴσον ἐϛὶ τὸ Β Λ Γ· τμᾶμα δὲ τὸ Α Κ Β τμάματι τῷ Β Λ Γ. Δέδεικται γὰρ ἐν ἄλλοις, τὰ τμάματα ἐπίτριτα εἶμεν τῶν τριγώνων. Ἔϛαι ὦν τοῦ μὲν ἐξ ἀμφοτέρων τῶν Α Κ Β, Β Λ Γ τμαμάτων συγκειμένω μεγέθεος κέντρον τοῦ βάρεος τὸ Χ· τοῦ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν Α Κ Β, Β Λ Γ τριγώνων τὸ Τ. Πάλιν ὦν ἐπεὶ ‡τοῦ Α Β Γ κέντρον τοῦ βάρεός ἐϛι τὸ Ε· τοῦ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν Α Κ Β, Β Λ Γ τμαμάτων, τὸ Χ· δῆλον ὡς τοῦ ὅλου τοῦ Α Β Γ τμάματος τὸ κέντρον τῶ βάρεός ἐϛιν ἐπὶ τᾶς Χ Ε τμαθείσας οὕτως, ὥϛε ὃν ἔχει λόγον τὸ Α Β Γ τρίγωνον ποτὶ τὰ συναμφότερα τὰ Α Κ Β, Β Λ Γ τμάματα, τὸν αὐτὸν λόγον ἔχειν τὸ τμᾶμα αὐτᾶς, τὸ πέρας ἔχον τὸ Χ, ποτὶ τὸ ἔλασσον τμᾶμα. Τῶ δὲ Α Κ Β Λ Γ πενταγώνω κέντρον τοῦ βάρεός ἐϛιν ἐπὶ τᾶς Ε Τ εὐθείας τμαθείσας οὕτως, ὥϛε ὃν ἔχει λόγον τὸ Α Β Γ τρίγωνον ποτὶ τὰ Α Κ Β, Β Λ Γ τρίγωνα, τοῦτον ἔχειν τὸν λόγον τὸ τμᾶμα αὐτᾶς τὸ πέρας ἔχον τὸ Τ ποτὶ τὸ λοιπόν. Ἐπεὶ ὦν μείζονα λόγον ἔχει τὸ Α Β Γ τρίγωνον ποτὶ τὰ Κ Α Β, Λ Β Γ τρίγωνα, ἢ ποτὶ τὰ *τμάματα· δῆλον ὦν ὅτι τοῦ Α Β Γ τμάματος τὸ κέντρον τοῦ βάρεος, ἐγγύτερόν ἐϛι τᾶς Β κορυφᾶς, ἢ τὸ τοῦ ἐγγραφομένω εὐθυγράμμω. Καὶ ἐπὶ πάντων εὐθυγράμμων, τῶν ἐγγραφομένων ἐς τὰ τμάματα γνωρίμως ὁ αὐτὸς λόγος.

EUTOCIUS.

Et quoniam parallelogrammum eſt Θ Z H I. Quoniam enim K Z, Λ H æquales ſunt; quippe æqualium ſegmentorum diametri, æqualique ab axe B Δ intervallo

Καὶ ἐπεὶ παραλληλόγραμμόν ἐϛι τὸ Θ Ζ Η Ι. Ἐπεὶ γὰρ ἴσαι εἰσὶν αἱ Κ Ζ, Λ Η· ἴσων γὰρ εἰσὶ τμαμάτων διάμετροι, καὶ ἴσον ἀπέχουσι τῶ Β Δ ἄξονος, καὶ ἴσαι ἀφεϛᾶσι [illegible]

* ἔϛω ὦν τῶ μὲν τμάματος. † τοῦ δὲ τριγώνω &c. hæc et ſequentia uſque ad Ἔϛω δὲ τῶ μὲν, in MS. deſunt. ‡ τῶ Α Β Γ τριγώνω κέντρον. * τὰ ex MS.


τῶν Θ, Ι κέντρων· ἔστιν ὡς ἁ ΚΘ πρὸς ΘΖ, ἁ ΛΙ πρὸς ΙΗ· καὶ ἐναλλάξ. Καὶ διὰ τοῦτο ἴσα ἐστὶν ἁ ΘΖ τᾷ ΙΗ, ἔστι δὲ καὶ παράλληλος. Παράλληλοι γάρ ἐντι πᾶσαι αἱ διάμετροι τᾶς παραβολᾶς, παραλληλόγραμμον ἄρα ἐστὶ τὸ ΘΖΗΙ.

Ἔστω δὲ τοῦ μὲν ἐξ ἀμφοτέρων τῶν [a] ΑΚΒ, ΒΛΓ τμαμάτων συγκειμένου μεγέθεος κέντρον βάρεος τὸ Χ· τοῦ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν [b] ΑΚΒ, ΒΛΓ τριγώνων τὸ Τ. Δέδεικται μὲν γὰρ ἐν τῷ προλαβόντι, ὅτι ἁ ΘΜ ἐπιζευγνύουσα τὰ κέντρα τῶν τμαμάτων, διχοτομεῖται ὑπὸ τᾶς ΒΔ κατὰ τὸ Χ, παράλληλος ἐοῦσα τᾷ ΖΗ, καὶ ἁ [c] ΙΝ διχοτομεῖται κατὰ τὸ Τ. Ὥστε κέντρον βάρεος ἐστὶ τὸ Χ τοῦ συγκειμένου μεγέθεος ἐκ τῶν ΑΚΒ, ΒΛΓ τμαμάτων· καὶ τὸ Τ τοῦ συγκειμένου μεγέθεος ἐκ τῶν ΑΚΒ, ΒΛΓ τριγώνων.

Ἐπεὶ οὖν μείζονα λόγον ἔχει τὸ ΒΑΓ τρίγωνον ποτὶ τὰ ΑΚΒ, ΒΛΓ τρίγωνα, ἢ ποτὶ τὰ τμάματα, καὶ τὰ ἑξῆς· ἐπεὶ γὰρ δέδεικται τοῦ μὲν ΑΒΓ τριγώνου κέντρον τοῦ βάρεος τὸ Ε, τῶν δὲ ΑΒΚ, ΒΛΓ τριγώνων [d] κέντρον τὸ Τ· φανερὸν ὅτι τοῦ ΑΚΒΛΓ εὐθυγράμμου κέντρον τοῦ βάρεος ἐστὶ τᾶς ΤΕ τμαθείσας κατὰ τὸ Ρ κατὰ τὸν ἀντιπεπονθότα λόγον τοῦ ὃν ἔχει τὸ ΑΒΓ πρὸς τὰ ΑΚΒ, ΒΛΓ τρίγωνα. Ἐπεὶ δὲ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον πρὸς τὰ ΚΑΒ, ΒΛΓ τρίγωνα μείζονα λόγον ἔχει, ἤπερ πρὸς τὰ τμάματα· μείζονα γάρ ἐστι τὰ τμάματα τῶν τριγώνων· δῆλον ὅτι ἐὰν τέμωμεν τὰν ΕΤ ἐν τῷ λόγῳ τῷ ὃν ἔχει τὸ τρίγωνον πρὸς τὰ τμάματα, ἀνώτερον τοῦ Ρ πεσεῖται τὸ σημεῖον, ὃ ἐστι κέντρον τοῦ παντὸς τμάματος, διὰ τὰν ἀντιπεπόνθησιν.

diſtant; et a centris Θ, I ſimiliter dividuntur, ideo ut K Θ ad Θ Z, ita ſe habet Λ I ad I H; itemque permutando. Propterea Θ Z ipſi I H eſt æqualis. Eſt autem etiam parallela; quandoquidem omnes parabolæ diametri parallelæ invicem ſunt. Igitur Θ Z H I eſt parallelogrammum.

Igitur magnitudinis quidem, quæ ex utriſque ſegmentis A K B, B Λ Γ componitur, centrum gravitatis erit punctum X; magnitudinis vero, quæ componitur ex triangulis A K B, B Λ Γ, punctum T. Illud enim ſupra demonſtratum eſt, rectam Θ M, quæ ſegmentorum centra jungit, cum parallela ſit ipſi Z H, et rectam item I N, alteram quidem in puncto X, alteram vero in puncto T, a B Δ in duas æquas partes ſecari. Quare magnitudinis, quæ ex ſegmentis A K B, B Λ Γ componitur, centrum gravitatis eſt punctum X: et magnitudinis, quæ componitur ex triangulis A K B, B Λ Γ, punctum T.



Quoniam igitur majorem rationem habet triangulum A B Γ ad triangula A K B, B Λ Γ, quam ad ſegmenta, et cætera; quoniam enim demonſtratum eſt, trianguli quidem A B Γ centrum gravitatis eſſe punctum E, triangulorum vero A B K, B Λ Γ, punctum T; conſtat utique centrum gravitatis rectilinei A K B Λ Γ eſſe in T E ſecta in puncto P pro ratione ejus reciproca, quam invicem habent triangulum A B Γ, et triangula A K B, B Λ Γ. Et quoniam triangulum A B Γ majorem rationem habet ad triangula K A B, B Λ Γ, quam ad ſegmenta; majora enim ſunt ſegmenta quam triangula; conſtat fore, ſi E T pro ratione ſecetur, quam habet triangulum ad ſegmenta, ut punctum illud, quod totius ſegmenti centrum gravitatis eſt, ſupra punctum P propter reciprocationem cadat.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ϛ'.

Τμάματος δοθέντος περιεχομένου ὑπὸ εὐθείας, καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς, δυνατὸν [e] ἐς τὸ τμᾶμα εὐθύγραμμον γνωρίμως ἐγγράψαι, ὥστε τὰν μεταξὺ εὐθεῖαν τῶν κέντρων τοῦ βάρεος τοῦ τμάματος, καὶ τοῦ ἐγγραφέντος εὐθυγράμμου, ἐλάσσονα εἶμεν πάσας [f] τᾶς προτεθείσας εὐθείας.

Δεδόσθω τμᾶμα τὸ ΑΒΓ, οἷον εἴρηται, [g] οὗ κέντρον ἔστω τοῦ βάρεος τὸ Θ· καὶ ἐγγεγράφθω εἰς αὐτὸ τὸ τρίγωνον γνωρίμως τὸ ΑΒΓ. Καὶ ἔστω ἁ προτεθεῖσα εὐθεῖα [h] ἁ Ζ· καὶ ὃν λόγον ἔχει ἁ ΒΘ [i] ποτὶ Ζ, τοῦτον τὸν λόγον ἐχέτω τὸ ΑΒΓ τρίγωνον ποτὶ τὸ Κ χωρίον. Ἐγγεγράφθω δὲ εἰς τὸ ΑΒΓ τμᾶμα εὐθύγραμμον γνωρίμως τὸ ΑΚΒΛΓ· ὥστε τὰ περιλειπόμενα τμάματα ἐλάσσονα εἶμεν τοῦ Κ· καὶ ἔστω τοῦ ἐγγραφέντος εὐθυγράμμου κέντρον τοῦ βάρεος τὸ Ε. [k] Φαμὶ δὴ τὰν ΘΕ ἐλάσσονα εἶμεν τᾶς Ζ,


PROP. VI. THEOR.

Dato ſegmento, quod ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continetur, fieri poteſt, ut eidem rectilineum perſpicue inſcribatur; ita ut quæ recta inter centra gravitatis ſegmenti, inſcriptique rectilinei interjicitur, minor ſit recta qualibet propoſita.

Detur ſegmentum A B Γ, quale dictum eſt, cujus centrum gravitatis ſit punctum Θ; eidemque inſcribatur perſpicue triangulum A B Γ. Ac ſit propoſita recta Z: quamque rationem habet B Θ ad Z, hanc habeat triangulum A B Γ ad ſpatium K. Inſcribatur autem ſegmento A B Γ perſpicue rectilineum A K B Λ Γ; ita ut, quæ relinquuntur, ſegmenta minora ſint ſpatio K: inſcriptique rectilinei centrum gravitatis ſit punctum E. Dico utique rectam Θ E minorem eſſe quam Z.

[a] τῶν ΑΚΒ, ΒΓΔ. [b] ΑΚΒ, ΒΛΔ. [c] ΗΘ. [d] κέντρον τὸ Γ. [e] ἔν. [f] τᾶς ex MS. [g] ὅτου. [h] ἁ ΑΖ. [i] ποτὶ ΕΖ. [k] φαμὶ ſic MS.

Si enim minor non eſt, aut æqualis eſt, aut major. Quoniam vero rectilineum A K B Λ Γ ad ea, quæ relinquuntur, ſegmenta majorem rationem habet, quam triangulum A B Γ ad ſpatium K, hoc eſt Θ B ad Z: habet autem Θ B ad Z non minorem rationem, quam ad Θ E; eo quod minor non eſt Θ E quam Z: ideo multo magis rectilineum A K B Λ Γ ad ea, quæ relinquuntur, ſegmenta majorem rationem habet, quam B Θ ad Θ E. Quare ſi faciamus, ut rectilineum A K B Λ Γ ad ea, quæ relinquuntur, ſegmenta, ita alia quædam recta ad Θ E; major erit quam B Θ. Hæc autem ſit Θ H. Et quoniam ſegmenti A B Γ centrum gravitatis eſt punctum Θ, et rectilinei A K B Λ Γ punctum E; producta recta E Θ, abſciſſaque quadam ejus parte, quæ ad Θ E eam rationem habeat, quam rectilineum A K B Λ Γ ad ea, quæ relinquuntur, ſegmenta, hæc major erit quam Θ B. Habeat igitur H Θ ad Θ E rationem hujuſmodi. Igitur punctum H centrum gravitatis eſt magnitudinis, quæ ex iis, quæ relinquuntur, ſegmentis componitur. Quod fieri non poteſt. Ducta enim recta ipſi A Γ parallela, ſegmenta hæc ad eamdem ſegmenti partem erunt. Conſtat utique rectam Θ E minorem eſſe quam Z. Quod oportebat demonſtrare.



Εἰ γὰρ μή, ἤτοι ἴσα ἐστὶν, ἢ μείζων. Ἐπεὶ δὲ τὸ Α Κ Β Λ Γ εὐθύγραμμον ποτὶ τὰ περιλειπόμενα τμάματα μείζονα λόγον ἔχει, ἢ τὸ Α Β Γ τρίγωνον ποτὶ Κ, τουτέστιν ἁ Θ Β ποτὶ Ζ· ἔχει δὲ καὶ ἁ Β Θ ποτὶ Ζ οὐκ ἐλάσσονα λόγον, ἢ ὃν ἔχει ποτὶ Θ Ε· διὰ τὸ μὴ ἐλάσσονα εἶμεν τὰν Θ Ε τᾶς Ζ· πολλῷ ἄρα τὸ Α Κ Β Λ Γ εὐθύγραμμον ποτὶ τὰ περιλειπόμενα τμάματα μείζονα λόγον ἔχει, [1] ἢ ἁ Β Θ ποτὶ Θ Ε. Ὥστε ἐὰν ποιῶμεν, ὡς τὸ Α Κ Β Λ Γ εὐθύγραμμον [m] ποτὶ περιλειπόμενα τμάματα, οὕτως ἄλλαν τινὰ ποτὶ Θ Ε, ἔσται μείζων τᾶς Β Θ. Καὶ ἔστω ἁ Θ Η. Ἐπειδὴ τοῦ Α Β Γ τμάματος τὸ κέντρον τοῦ βάρεός τό ἐστι Θ, εὐθυγράμμου δὲ τοῦ Α Κ Β Λ Γ τὸ Ε, ἐκβληθείσας τᾶς Ε Θ, καὶ ἀπολαφθείσας τινὸς εὐθείας ἐχούσας λόγον ποτὶ τὰν Ε Θ, ὃν τὸ Α Κ Β Λ Γ εὐθύγραμμον ποτὶ τὰ περιλειπόμενα τμάματα, ἔσται μείζων τᾶς Θ Β. Ἐχέτω οὖν ἁ Η Θ ποτὶ Θ Ε. Τὸ Η ἄρα κέντρον τοῦ βάρεος τοῦ συγκειμένου ἐκ τῶν περιλειπομένων τμαμάτων. Ὅπερ ἀδύνατον. Τᾶς γὰρ διὰ τοῦ Η ἀχθείσα, παρὰ τὰν Α Γ, ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἐσσοῦντι τῷ τμάματι· * δῆλον ὅτι ἁ Θ Ε ἐλάσσων ἐστὶ τᾶς Ζ. Ἔδει δὲ τοῦτο δεῖξαι.

EUTOCIUS.

Centrum ſegmenti omnino unum eſt; propiusque ſegmenti vertici, quam inſcriptorum rectilineorum centra. Sit enim trianguli A B Γ centrum gravitatis, ſi quidem contingerit, punctum E; B Δ ita ſecta, ut dupla ipſius E Δ ſit E B. Manifeſtum eſt omnia inſcriptorum rectilineorum centra caſura inter puncta Θ, E. Quo autem plura latera habuerit figura perſpicue inſcripta, eo magis ipſius centrum ad Θ punctum accedit. Itaque manifeſtum eſt, fieri quidem non poſſe, ut quæ inter centra ſegmenti, et figuræ perſpicue inſcriptæ recta interjicitur, major ſit quam E Θ. At vero poſſe fieri, ut ſit minor non modo quam Θ E, ſed etiam quam propoſita alia quælibet.

Τὸ κέντρον τοῦ τμήματος πάντως ἕν ἐστι, καὶ ἐγγύτερον τῆς κορυφῆς τοῦ τμήματος, ἤπερ τὰ τῶν ἐγγραφομένων εὐθυγράμμων. Τοῦ γὰρ Α Β Γ τριγώνου κέντρον τοῦ βάρους ἐστὶ εἰ τύχοι τὸ Ε· τῆς Β Δ τμηθείσης οὕτως, ὥστε διπλασίαν εἶναι τὴν Ε Β τῆς Ε Δ. Φανερὸν ὅτι πάντα τὰ κέντρα τῶν ἐγγραφομένων εὐθυγράμμων μεταξὺ πεσεῖται τῶν Θ, Ε σημείων. Καὶ ἐφ' ὅσον πολυπλευρότερον ᾖ τὸ γνωρίμως ἐγγραφόμενον, τοσούτῳ μᾶλλον συνεγγίζει τῷ Θ. Φανερὸν, οὖν ὅτι τὴν μεταξὺ τῶν κέντρων τοῦ γνωρίμως ἐγγραφομένου εὐθυγράμμου, καὶ τοῦ τμήματος μείζονα μὲν εἶναι τῆς Ε Θ ἀδύνατον. Ἐλάσσονα δὲ δυνατὸν οὐ μόνον τῆς Θ Ε, ἀλλὰ καὶ πάσης τῆς δοθείσης.

PROP. VII. Theor.

Duorum ſegmentorum ſimilium, quæ ſub recta linea, et rectanguli coni ſectione continentur, centra gravitatum ſecundum eamdem rationem diametros ſecant.

Sint duo ſegmenta, qualia dicta ſunt, A B Γ, E Z H; quorum diametri B Δ, Z Θ. Ac ſegmenti

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ζ.

Δύο τμαμάτων ὁμοίων περιεχομένων ὑπό τε εὐθείας καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς, τὰ κέντρα τῶν βαρέων εἰς τὸν αὐτὸν λόγον τέμνοντι τὰς διαμέτρους.


Ἔστω δύο τμάματα, οἷα εἴρηται, τὰ Α Β Γ, Ε Ζ Η· ὧν διάμετροι αἱ Β Δ, Ζ Θ. Καὶ ἔστω τοῦ μὲν Α Β Γ

[1] ἢ Β Θ. [m] ποτὶ τὰ περιλειπόμενα.

* Forte δῆλον οὖν ὅτι.

τμάματος κέντρον τῶ βάρεος τὸ Κ σαμεῖον, [a] τῶ δὲ ΕΖΗ τὸ Λ. Δεικτέον ὅτι εἰς τὸν αὐτὸν λόγον τέμνοντι τὰς διαμέτρως τὰ Κ, Λ.

Εἰ γὰρ μὴ, ἔστω ὡς ἁ ΚΒ ποτὶ ΚΔ, οὕτως ἁ ΖΜ ποτὶ ΘΜ· καὶ ἐγγεγράφθω εἰς τὸ ΕΖΗ τμᾶμα εὐθύγραμμον γνωρίμως· ὥστε τὰν μεταξὺ τοῦ κέντρω τῶ τμάματος, καὶ τῶ ἐγγραφομένω εὐθυγράμμω ἐλάσσονα εἶμεν τᾶς ΛΜ· καὶ ἔστω τοῦ ἐγγραφέντος εὐθυγράμμου κέντρον τῶ βάρεος τὸ Ξ σαμεῖον. Ἐγγεγράφθω [b] εἰς τὸ ΑΒΓ τμᾶμα τῷ ἐν τῷ ΕΖΗ ἐγγεγραμμένῳ εὐθυγράμμῳ ὅμοιον εὐθύγραμμον, τουτέστιν ὁμοίως γνωρίμως· [c] ὧ κέντρον τῶ βάρεος τᾶς κορυφᾶς ἐγγύτερον, ἤπερ τῶ τμάματος. Ὅπερ ἀδύνατον. Δῆλον οὖν ὅτι τὸν αὐτὸν λόγον ἔχει ἁ ΒΚ ποτὶ ΚΔ, ὃν ἁ ΖΛ ποτὶ ΛΘ.



quidem ABΓ centrum gravitatis ſit punctum K; ſegmenti vero EZH punctum Λ. Oportet demonſtrare, puncta K, Λ ſecundum eamdem rationem diametros ſecare.

quantur quæ rectis inſiſtunt ΑΕ, ΕΒ, ΒΖ, ΖΓ; et jungantur ΔΕ, ΔΖ. Rurſus igitur eadem ratione ſuperficies quidem coni, quæ interjicitur inter ΑΔ, ΔΕ, una cum eo, quod ipſi ΑΕ inſiſtit ſegmento major eſt triangulo ΑΔΕ; quæ vero interjicitur inter ΕΔ, ΔΒ, una cum ſegmento, quod inſiſtit ipſi ΕΒ, major eſt triangulo ΕΔΒ. Superficies igitur coni, quæ inter ΑΔ, ΔΒ interjicitur, una cum ſegmentis ΑΕ, ΕΒ, major eſt triangulis ΑΔΕ, ΕΒΔ. Et quoniam triangula ΑΕΔ, ΔΕΒ majora ſunt triangulo ΑΒΔ, quemadmodum demonſtratum eſt, multo magis ſuperficies coni, quæ inter ΑΔ, ΔΒ interjicitur, una cum iis, quæ ipſis ΑΕ, ΕΒ inſiſtunt, ſegmentis, major eſt triangulo ΑΔΒ. Eadem vero ratione et ſuperficies, quæ inter ΒΔ, ΔΓ interjicitur, una cum iis, quæ ipſis ΒΖ, ΖΓ inſiſtunt, ſegmentis, major eſt triangulo ΒΔΓ. Tota igitur ſuperficies, quæ inter ΑΔ, ΔΓ interjicitur, una cum iis, quæ diximus, ſegmentis, major eſt triangulis ΑΒΔ, ΔΒΓ. Et hæc quidem triangula æqualia ſunt triangulo ΑΔΓ, et ſpatio Θ; quæ vero diximus ſegmenta, ea ſpatio Θ minora ſunt. Reliqua igitur ſuperficies, quæ inter ΑΔ, ΔΓ interjicitur, major eſt triangulo ΑΔΓ.

ἐπὶ τῶν ΑΕ, ΕΒ, ΒΖ, ΖΓ εὐθειῶν, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΔΕ, ΔΖ. Πάλιν τοίνυν κατὰ τὰ αὐτὰ, ἡ μὲν ἐπιφάνεια τοῦ κώνου ἡ μεταξὺ τῶν ΑΔ, ΔΕ, μετὰ τοῦ ἐπὶ τῆς ΑΕ τμήματος, μείζων ἐστὶ τοῦ ΑΔΕ τριγώνου· ἡ δὲ μεταξὺ τῶν ΕΔ, ΔΒ μετὰ τοῦ ἐπὶ τῆς ΕΒ τμήματος, μείζων ἐστὶ τοῦ ΕΔΒ τριγώνου. Ἡ ἄρα ἐπιφάνεια, ἡ μεταξὺ τῶν ΑΔ, ΔΒ μετὰ τῶν ΑΕ, ΕΒ τμημάτων, μείζων ἐστὶ τῶν ΑΔΕ, ΕΒΔ τριγώνων. Ἐπεὶ δὲ τὰ ΑΕΔ, ΔΕΒ τρίγωνα μείζονά ἐστι τοῦ ΑΒΔ τριγώνου, καθὼς δέδεικται, πολλῷ ἄρα ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κώνου, ἡ μεταξὺ τῶν ΑΔ, ΔΒ, μετὰ τῶν ἐπὶ τῶν ΑΕ, ΕΒ τμημάτων, μείζων ἐστὶ τοῦ ΑΔΒ τριγώνου. Διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ ἐπιφάνεια ἡ μεταξὺ τῶν ΒΔ, ΔΓ, μετὰ τῶν [1] ἐπὶ τῶν ΒΖ, ΖΓ, μείζων ἐστὶ τοῦ ΒΔΓ τριγώνου. Ὅλη ἄρα ἡ ἐπιφάνεια, ἡ μεταξὺ τῶν ΑΔ, ΔΓ, μετὰ τῶν εἰρημένων τμημάτων, μείζων ἐστὶ τῶν ΑΒΔ, ΔΒΓ τριγώνων. Ταῦτα δὲ ἐστιν ἴσα τῷ ΑΔΓ τριγώνῳ, καὶ τῷ Θ χωρίῳ, ὧν τὰ εἰρημένα τμήματα ἐλάσσονα τοῦ Θ χωρίου. Λοιπὴ ἄρα ἡ ἐπιφάνεια ἡ μεταξὺ τῶν ΑΔ, ΔΓ, μείζων ἐστὶ τοῦ ΑΔΓ τριγώνου.

EUTOCIUS.

Majora ſunt igitur triangula ΑΒΔ, ΒΔΓ triangulo ΑΔΓ. Quoniam enim angulus, qui ad punctum Δ conſtituitur, ſolidus eſt, anguli ΑΔΒ, ΒΔΓ majores ſunt angulo ΑΔΓ. Quod ſi a vertice ad punctum baſis medium rectam junxerimus, puta ΔΕ, quæ normalis eſt ad ΑΓ; major utique erit angulus ΑΔΒ angulo ΑΔΕ. Itaque conſtituatur angulus ΓΔΖ angulo ΑΔΒ æqualis; poſitaque ΔΖ æquali ipſi ΔΓ, jungatur ΓΖ. Quoniam igitur duo latera duobus lateribus æqualia ſunt, et angulus angulo; triangulum ΑΒΔ æquale eſt triangulo ΓΔΖ, quod quidem triangulo ΑΔΕ eſt majus. Igitur etiam triangulum ΑΒΔ majus eſt triangulo ΑΔΕ. Pariter vero etiam triangulum ΔΒΓ eſt majus triangulo ΔΕΓ. Majora ſunt igitur duo triangula ΑΔΒ, ΔΒΓ triangulo ΑΔΓ.



Μείζονα ἄρα ἐστὶ τὰ ΑΒΔ, ΒΔΓ τρίγωνα τοῦ ΑΔΓ τριγώνου. Ἐπεὶ γὰρ στερεὰ γωνία ἐστὶν ἡ πρὸς τῷ Δ, αἱ ὑπὸ ΑΔΒ, ΒΔΓ μείζους εἰσὶ τῆς ὑπὸ ΑΔΓ. Καὶ ἐὰν ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν διχοτομίαν τῆς βάσεως ἐπιζεύξωμεν, ὡς τὴν ΔΕ κάθετον γινομένην ἐπὶ τὴν ΑΓ, ἔσται ἡ ὑπὸ ΑΔΒ μείζων τῆς ὑπὸ ΑΔΕ. Συνεστάτω οὖν τῇ ὑπὸ ΑΔΒ ἴση ἡ ὑπὸ ΓΔΖ· καὶ κείσθω τῆς ΔΖ ἴση τῇ ΔΓ, ἐπεζεύχθω ἡ ΓΖ. Ἐπεὶ αἱ δύο δυσὶν ἴσαι, ἀλλὰ καὶ γωνία γωνίᾳ· καὶ τὸ ΑΒΔ τρίγωνον ἴσον ἐστὶ τῷ ΓΔΖ τριγώνῳ, μείζονι ὄντι τοῦ ΑΔΕ. Καὶ τὸ ΑΒΔ ἄρα τρίγωνον τοῦ ΑΔΕ μεῖζόν ἐστιν. Ὁμοίως [2] δὲ καὶ τὸ ΔΒΓ τοῦ ΔΕΓ. Δύο ἄρα τὰ ΑΔΒ, ΔΒΓ, τοῦ ΑΔΓ μείζονά ἐστιν.*

PROP. XI. Theor.

Si rectæ ducantur contingentes circulum, qui coni eſt baſis, quæ in eodem ac circulus plano ſint ſibique invicem occurrant; junganturque a contactibus et occurſu rectæ lineæ ad coni verticem; quæ ſub contingentibus, iiſque, quæ ad verticem junctæ ſunt, triangula continentur, majora ſunt coni ſuperficie, quæ inter eaſdem interjicitur.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιά.

Ἐὰν ἐπιψαύουσαι ἀχθῶσι τοῦ κύκλου, [3] ὅς ἐστι βάσις τοῦ κώνου, ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ οὖσαι τῷ κύκλῳ, καὶ συμπίπτωσιν ἀλλήλαις, ἀπὸ δὲ τῶν ἁφῶν καὶ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ κώνου εὐθεῖαι ἀχθῶσι, τὰ περιεχόμενα τρίγωνα ὑπὸ τῶν ἐπιψαυουσῶν καὶ τῶν ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ κώνου ἐπιζευχθεισῶν εὐθειῶν, μείζονά ἐστι τῆς τοῦ κώνου ἐπιφανείας, τῆς ἀπολαμβανομένης ὑπ' αὐτῶν.


[1] ἐπὶ τῶν, hæc et ſequentia uſque ad εἰρημένων in MS. deſunt. [2] δὲ [3] ἴσου βάσις

* Hæc demonſtratio Eutocii non valet, ſed res ipſa ſatis patet.

Ἔστω κῶνος οὗ βάσις μὲν ὁ ΑΒΓ κύκλος, κορυφὴ δὲ τὸ Ε σημεῖον, καὶ τοῦ ΑΒΓ κύκλου ἐφαπτόμεναι ἤχθωσαν ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ οὖσαι, αἱ ΑΔ, ΔΓ, καὶ ἀπὸ τοῦ Ε σημείου, ὅ ἐστι κορυφὴ τοῦ κώνου, ἐπὶ τὰ Α, Δ, Γ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΕΑ, ΕΔ, ΕΓ· λέγω δὲ, ὅτι τὰ ΑΔΕ, ΔΕΓ τρίγωνα μείζονά ἐστι τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας, τῆς μεταξὺ τῶν ΑΕ, ΓΕ εὐθειῶν, καὶ τῆς ΑΒΓ περιφερείας.

Ἤχθω γὰρ ἡ ΗΒΖ ἐφαπτομένη τοῦ κύκλου, καὶ παράλληλος οὖσα τῇ ΑΓ, δίχα τμηθείσης τῆς ΑΒΓ περιφερείας κατὰ τὸ Β· καὶ ἀπὸ τῶν Η, Ζ ἐπὶ τὸ Ε ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΗΕ, ΖΕ. Καὶ ἐπεὶ μείζους εἰσὶν αἱ ΗΔ, ΔΖ τῆς ΗΖ, κοιναὶ προσκείσθωσαν αἱ ΗΑ, ΖΓ. Ὅλαι ἄρα αἱ ΑΔ, ΔΓ μείζους εἰσὶ τῶν ΑΗ, ΗΖ, ΖΓ. Καὶ ἐπεὶ αἱ ΑΕ, ΕΒ, ΕΓ πλευραί εἰσι τοῦ κώνου, ἴσαι εἰσὶ, διὰ τὸ ἰσοσκελῆ εἶναι τὸν κῶνον. Ὁμοίως δὲ καὶ καθετοί εἰσιν, ὡς ἐδείχθη ἐν τῷ λήμματι· τὰ δὲ ὑπὸ τῶν καθέτων καὶ τῶν βάσεων τῶν ΑΕΔ, ΔΓΕ τριγώνων μείζονά ἐστι τῶν ΑΗΕ, ΗΕΖ, ΖΕΓ τριγώνων. Εἰσὶ γὰρ αἱ μὲν ΑΗ, ΗΖ, ΖΓ ἐλάσσους τῶν ΓΔ, ΔΑ· τὰ δὲ ὕψη αὐτῶν ἴσα· φανερὸν γὰρ, *ὅτι ἡ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ ὀρθοῦ κώνου ἐπὶ τὴν ἐπαφὴν τῆς βάσεως ἐπιζευγνυμένη, καθετός ἐστιν ἐπὶ τὴν ἐφαπτομένην. Ὧ δὴ μείζονά ἐστι τὰ ΑΕΔ, ΔΓΕ τρίγωνα, τῶν ΑΕΗ, ΗΕΖ, ΖΕΓ *τριγώνων, ἔστω τὸ Θ χωρίον. Τὸ δὴ Θ χωρίον, ἤτοι ἔλαττόν ἐστιν τῶν περιλειμμάτων τῶν ΑΗΒ, ΒΖΓ, ἢ οὐκ ἔλαττον. Ἔστω πρότερον οὐκ ἔλαττον. Ἐπεὶ οὖν εἰσιν ἐπιφάνειαι σύνθετοι, ἥτε τῆς πυραμίδος τῆς ἐπὶ βάσεως τοῦ ΗΑΓΖ τραπεζίου, κορυφὴν ἐχούσης τὸ Ε, καὶ ἡ κωνικὴ ἐπιφάνεια, ἡ μεταξὺ τῶν ΑΕ, ΕΓ μετὰ τοῦ ΑΒΓ τμήματος, καὶ πέρας ἔχουσι, τὴν αὐτὴν περίμετρον τοῦ ΑΕΓ τριγώνου· δῆλον ὡς ἡ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος, χωρὶς τοῦ ΑΕΓ τριγώνου, μείζων ἐστὶ τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας μετὰ τοῦ τμήματος τοῦ ΑΒΓ. Κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ ΑΒΓ τμῆμα. Λοιπὰ ἄρα τὰ τρίγωνα τὰ ΑΗΕ, ΗΕΖ, ΖΕΓ, μετὰ τῶν ΑΗΒ, ΒΖΓ περιλειμμάτων, μείζονά ἐστι τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας τῆς μεταξὺ τῶν ΑΕ, ΕΓ. Τῶν δὲ ΑΗΒ,

Sit conus, cujus quidem baſis circulus ΑΒΓ, vertex vero punctum Ε; et ducantur ΑΔ, ΔΓ contingentes circulum ΑΒΓ, quæ in eodem ac ipſe plano ſint; junganturque a puncto Ε, quod coni vertex eſt, ad puncta Α, Δ, Γ, ΕΑ, ΕΔ, ΕΓ: dico triangula ΑΔΕ, ΔΕΓ majora eſſe coni ſuperficie, quæ interjicitur inter rectas ΑΕ, ΓΕ, et circumferentiam ΑΒΓ.



Ducatur enim ΗΒΖ circulum contingens, eademque parallela rectæ ΑΓ, ſecta utique in duas æquas partes circumferentia ΑΒΓ in puncto Β; et jungantur a punctis Η, Ζ ad punctum Ε ΗΕ, ΖΕ. Et quoniam majores ſunt ΗΔ, ΔΖ quam ΗΖ, communes addantur ΗΑ, ΖΓ. Totæ igitur ΑΔ, ΔΓ majores ſunt quam ΑΗ, ΗΖ, ΖΓ. Et quoniam ΑΕ, ΕΒ, ΕΓ ſunt coni latera, et quidem iſoſcelis, æquales ſibi invicem ſunt. Sunt autem pariter et normales, quemadmodum in lemmate demonſtratum eſt; quæque ſub normalibus, et baſibus triangulorum ΑΕΔ, ΔΕΓ ſpatia continentur, majora ſunt ſpatiis, quæ continentur ſub normalibus, et baſibus triangulorum ΑΗΕ, ΗΕΖ, ΖΕΓ. Nam baſes quidem ΑΗ, ΗΖ, ΖΓ minores ſunt baſibus ΓΔ, ΔΑ; altitudines vero æquales: cum manifeſtum ſit, rectam, quæ a coni recti vertice ad baſis contactum ducitur, contingenti normalem eſſe. Quo autem majora ſunt triangula ΑΕΔ, ΔΓΕ triangulis ΑΕΗ, ΗΕΖ, ΖΕΓ, hoc ſit ſpatium Θ. Ac ſpatium quidem Θ aut minus eſt reliquis circumjectis ſegmentis ΑΗΒ, ΒΖΓ, aut non minus. Sit primo non minus. Quoniam igitur duæ ſunt compoſitæ ſuperficies, altera pyramidis, cujus eſt baſis trapezium ΗΑΓΖ, vertex punctum Ε; altera coni quæ interjicitur inter ΑΕ, ΕΓ, una cum ſegmento ΑΒΓ, eæque eumdem ambitum trianguli ΑΕΓ terminum habent; conſtat pyramidis ſuperficiem, excepto triangulo ΑΕΓ, majorem eſſe ſuperficie coni, quæ inter ΑΕ, ΕΓ interjicitur una cum ſegmento ΑΒΓ. Commune auferatur ſegmentum ΑΒΓ. Reliqua igitur triangula ΑΗΕ, ΗΕΖ, ΖΕΓ, una cum reliquis circumjectis ſegmentis ΑΗΒ, ΒΖΓ, majora ſunt ſuperficie coni, quæ inter ΑΕ, ΕΓ interjicitur.

* ἄρα

* In hoc loco in MS. hiatus eſt.

Non eſt autem minus ſpatium Θ reliquis circumjectis ſegmentis ΑΗΒ, ΒΖΓ. Multo igitur magis triangula ΑΗΕ, ΗΕΖ, ΖΕΓ, una cum ſpatio Θ, majora ſunt ſuperficie coni, quæ inter ΑΕ, ΕΓ interjicitur. Triangula autem ΑΗΕ, ΗΕΖ, ΖΕΓ, una cum ſpatio Θ, eadem ſunt quæ triangula ΑΕΔ, ΔΕΓ. Igitur triangula ΑΕΔ, ΔΕΓ majora ſunt ea, quam diximus, coni ſuperficie. Sit autem ſpatium Θ minus reliquis circumjectis ſegmentis. Si igitur continuo ſegmentis polygona circumſcribantur, ſectis pariter in duas æquas partes reliquis circumferentiis, ductiſque rectis contingentibus, ſegmenta quædam relinquentur, quæ ſpatio Θ minora erunt. Relinquantur, eaque ſint ΑΜΚ, ΚΝΒ, ΒΞΛ, ΛΟΓ minora ſpatio Θ; et jungantur rectæ ad punctum Ε. Rurſus manifeſtum eſt, triangula ΑΗΕ, ΗΕΖ, ΖΕΓ triangulis ΑΕΜ, ΜΕΝ, ΝΕΞ, ΞΕΟ, ΟΕΓ majora fore. Baſes enim baſibus majores ſunt, et altitudo æqualis. Rurſus etiam pariter pyramis, quæ baſim quidem habet polygonum ΑΜΝΞΟΓ, verticem vero punctum Ε, excepto triangulo ΑΕΓ, ſuperficiem habet majorem coni ſuperficie, quæ inter ΑΕ, ΕΓ interjicitur, una cum ſegmento ΑΒΓ. Commune auferatur ſegmentum ΑΒΓ. Reliqua igitur triangula ΑΕΜ, ΜΕΝ, ΝΕΞ, ΞΕΟ, ΟΕΓ, una cum reliquis circumjectis ſegmentis ΑΜΚ, ΚΝΒ, ΒΞΛ, ΛΟΓ, majora erunt coni ſuperficie, quæ inter ΑΕ, ΕΓ interjicitur. Sed reliquis quidem, quæ diximus, circumjectis ſegmentis majus eſt ſpatium Θ; triangulis vero ΑΕΜ, ΜΕΝ, ΝΕΞ, ΞΕΟ, ΟΕΓ demonſtratum eſt majora eſſe triangula ΑΕΗ, ΗΕΖ, ΖΕΓ. Multo igitur magis triangula ΑΕΗ, ΗΕΖ, ΖΕΓ, una cum ſpatio Θ, hoc eſt triangula ΑΔΕ, ΔΕΓ, majora ſunt coni ſuperficie, quæ inter rectas ΑΕ, ΕΓ interjicitur.

ΒΖΓ περιλημμάτων ἐκ ἔλασσόν ἐςι τὸ Θ χωρίον. Πολλῷ ἄρα τὰ ΑΗΕ, ΗΕΖ, ΖΕΓ τρίγωνα μετὰ τῦ Θ, μείζονα [a] ἔσαι τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας τῆς μεταξὺ τῶν ΑΕ, ΕΓ. Ἀλλὰ τὰ ΑΗΕ, ΗΕΖ, ΖΕΓ τρίγωνα μετὰ τῦ Θ, ἐςὶ τὰ ΑΕΔ, ΔΕΓ τρίγωνα. Τὰ ἄρα ΑΕΔ, ΔΕΓ τρίγωνα, μείζονα ἔσαι τῆς εἰρημένης κωνικῆς ἐπιφανείας. Ἔσω δὴ τὸ Θ ἔλασσον τῶν περιλημμάτων. Ἀεὶ δὴ περιγράφοντες πολύγωνα περὶ τὰ τμήματα, ὁμοίως δίχα τεμνομένων τῶν περιλειπομένων περιφερειῶν, καὶ ἀγομένων ἐφαπτομένων, λείψομέν τινα ἀποτμήματα, [c] ἃ ἔσαι ἐλάσσονα τῦ Θ χωρίυ. Λελείφθω, καὶ ἔσω τὰ ΑΜΚ, ΚΝΒ, ΒΞΛ, ΛΟΓ ἐλάσσονα ὄν τὰ τῦ Θ χωρίυ, καὶ ἐπεζεύχθω ἐπὶ τὸ Ε. Πάλιν φανερὸν, ὅτι τὰ ΑΗΕ, ΗΕΖ, ΖΕΓ τρίγωνα, τῶν ΑΕΜ, ΜΕΝ, ΝΕΞ, ΞΕΟ, ΟΕΓ τριγώνων ἔσαι μείζονα. Αἵτε γὰρ βάσεις τῶν βασέων εἰσὶ μείζες, [e] τὸ δὲ ὕψος ἴσον. Ἔτι δὲ πάλιν ὁμοίως μείζονα ἔχει ἐπιφάνειαν ἡ πυραμὶς, ἣ βάσιν μὲν ἔχουσα τὸ ΑΜΝΞΟΓ πολύγωνον, κορυφὴν δὲ τὸ Ε, χωρὶς τῦ ΑΕΓ τριγώνυ, τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας τῆς μεταξὺ τῶν ΑΕ, ΕΓ, μετὰ τῦ ΑΒΓ τμήματος. Κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ ΑΒΓ τμῆμα. Λοιπὰ ἄρα τὰ ΑΕΜ, ΜΕΝ, ΝΕΞ, ΞΕΟ, ΟΕΓ τρίγωνα, μετὰ τῶν ΑΜΚ, ΚΝΒ, ΒΞΛ, ΛΟΓ περιλημμάτων μείζονα ἔσαι τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας τῆς μεταξὺ τῶν ΑΕ, ΕΓ. Ἀλλὰ τῶν μὲν εἰρημένων περιλημμάτων μεῖζον ἐςὶ τὸ Θ χωρίον· τῶν δὲ ΑΕΜ, ΜΕΝ, ΝΕΞ, ΞΕΟ, ΟΕΓ τριγώνων μείζονα ἐδείχθη τὰ ΑΕΗ, ΗΕΖ, ΖΕΓ τρίγωνα. Πολλῷ ἄρα τὰ ΑΕΗ, ΗΕΖ, ΖΕΓ τρίγωνα, μετὰ τῦ Θ χωρίυ, τυτέςι τὰ ΑΔΕ, ΔΕΓ τρίγωνα, μείζονά ἐςι τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας, τῆς μεταξὺ τῶν ΑΕ, ΕΓ εὐθειῶν.

EUTOCIUS.

Ducatur enim ΗΒΖ circulum contingens, eademque parallela rectæ ΑΓ, ſecta in duas æquas partes circumferentia ΑΒΓ in puncto Β. Quæ enim hoc pacto ducta fuerit, hanc parellelam eſſe ipſi ΑΓ facile demonſtrabitur, junctis a centro Θ rectis ΘΑ, ΘΔ, ΘΓ. Quoniam enim æqualis eſt ΑΔ ipſi ΔΓ, communiſque ΔΘ, duo latera duobus lateribus æqualia ſunt. Æqualis eſt autem etiam baſis ΑΘ baſi ΘΓ: igitur etiam angulus angulo æqualis eſt. At vero anguli ΗΒΔ, ΔΒΖ ſunt recti: ducta enim ΘΒ eſt a centro ad contactum. Eſt igitur etiam reliquus angulus ΔΗΒ reliquo angulo ΔΖΒ æqualis. Propterea ΗΔ ipſi ΔΖ æqualis eſt: ideoque ΖΗ ipſi ΑΓ parallela.

Si igitur ſegmento polygona circumſcribantur, ſectis pariter in duas æquas partes reliquis circumferentiis, ductiſque rectis contingentibus, ſegmenta quædam relinquentur minora ſpatio Θ. Ad inſcripta quod attinet, demonſtratum eſt in elementis, triangula ſegmentis in-


[a] Ἤχθω γὰρ ἡ ΗΒΖ ἐφαπτομένη τῦ κύκλυ, καὶ παράλληλος ἔσω τῇ ΑΓ, δίχα τμηθείσης τῆς ΑΒΓ περιφερείας κατὰ τὸ Β. Ὅτι γὰρ [b] ἡ οὕτως ἀγομένη παράλληλός ἐςι τῇ ΑΓ δειχθήσεται, ἀπὸ τῦ κέντρυ τοῦ Θ ἐπιζευχθεισῶν τῶν ΘΑ, ΘΔ, ΘΓ. Ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐςὶν ἡ ΑΔ τῇ ΔΓ, καὶ κοινὴ ἡ ΔΘ, δύο δυσὶν ἴσαι. Ἀλλὰ καὶ βάσις ἡ ΑΘ βάσει τῇ ΘΓ· καὶ γωνία ἄρα γωνίᾳ ἐςὶν ἴση. Εἰσὶ δὲ καὶ αἱ ὑπὸ ΗΒΔ, ΔΒΖ γωνίαι ὀρθαί· ἀπὸ γὰρ τῦ κέντρυ ἐπὶ τὴν ἁφὴν ἐπέζευκται ἡ ΘΒ. Ὥςε καὶ λοιπὴ ἡ ὑπὸ ΔΗΒ, λοιπῇ τῇ ὑπὸ ΔΖΒ ἐςὶν ἴση. Καὶ διὰ τοῦτο ἡ ΗΔ τῇ ΔΖ ἴση ἐςίν· ὥςε παράλληλός ἐςιν ἡ ΖΗ τῇ ΑΓ.

Περιγράφοντες δὲ πολύγωνα περὶ * τὸ τμῆμα, ὁμοίως δίχα τεμνομένων τῶν περιλειπομένων περιφερειῶν, καὶ ἀγομένων ἐφαπτομένων, λείψομέν τινα ἀποτμήματα ἐλάσσονα τοῦ Θ χωρίυ. Ἐπὶ μὲν τῶν ἐγγραφομένων, δέδεικται ἐν τῇ στοιχειώσει, ὅτι τὰ ἐγγραφόμενα τρίγωνα [c] εἰς τμήματα μείζονα

[d] ΤΝΑ MS. deſunt. [c] ἃ ἔσαι [f] εἰς τὰ τμήματα [e] τὸ δὲ ὕψος in MS. deſunt. [a] ἄχθω [b] ἡ οὕτως ἀγομένη παράλληλός ἐςι τῇ

* Forte τὰ τμήματα.

ἐστιν, ἢ τὸ ἥμισυ τῶν καθ' ἑαυτὰ τμημάτων. Καὶ διὰ τοῦτο δυνατόν ἐστι, τέμνοντας τὰς περιφερείας δίχα καὶ ἐπιζευγνύντας εὐθείας, καταλείπειν τινὰ ἀποτμήματα ἐλάσσονα τοῦ δοθέντος χωρίου. Ἐπὶ δὲ τῶν περιγραφῶν, οὐκέτι τοῦτο δέδεικται ἐν τῇ στοιχειώσει. Ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ θεωρήματι τοῦτό φησι, ὃ καί ἐστιν αὐτὸ συλλογίσασθαι διὰ τοῦ ζ' θεωρήματος, δεικτέον ὅτι τὸ ἐφαπτόμενον ἀφαιρεῖ τρίγωνον μεῖζον ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ καθ' ἑαυτὸ περιλείμματος. Οἷον ὡς ἐπὶ τῆς αὐτῆς καταγραφῆς, ὅτι τὸ ΗΔΖ τρίγωνον μεῖζόν ἐστιν ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ περιλείμματος τοῦ περιεχομένου ὑπὸ τῶν ΑΔ, ΔΓ, καὶ τῆς ΑΒΓ περιφερείας. Τῶν γὰρ αὐτῶν ἐπιζευγμένων, ἐπεὶ ὀρθή ἐστιν ἡ ὑπὸ ΔΒΖ, μείζων ἐστὶν ἡ ΔΖ τῆς ΒΖ. Ἡ δὲ ΖΒ τῇ ΖΓ ἴση, ἐφάπτονται γὰρ ἑκατέρα αὐτῶν. Καὶ [d] ἡ ΔΖ ἐστὶ τῆς ΖΓ μείζων. Ὥστε καὶ τὸ ΔΒΖ τρίγωνον μεῖζόν ἐστι τοῦ ΒΖΓ τριγώνου, ὑπὸ γὰρ τὸ αὐτὸ ὕψος εἰσίν· πολλῷ ἄρα τοῦ ΒΖΓ περιλείμματος μεῖζόν ἐστι. Διὰ τὰ αὐτὰ δὲ, καὶ τὸ ΔΒΗ τοῦ ΒΗΑ μεῖζον. Ὅλον ἄρα τὸ ΔΗΖ μεῖζόν ἐστιν, ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ ΑΔΓ περιλείμματος.



ſcripta majora eſſe quam dimidium ſegmentorum, in quibus conſtituta ſunt. Propterea fieri poteſt, ut ſectis in duas æquas partes circumferentiis, ductiſque rectis, ſegmenta quædam dato ſpatio minora relinquantur. Quod vero attinet ad circumſcripta, hoc nondum in elementis demonſtratum eſt. Quoniam igitur in hac propoſitione id dicit, quod per ſeptimam colligendo conſequi licet; oportet demonſtrare contingentem triangulum auferre majus quam dimidium ſegmenti, in quo conſtitutum eſt. Nimirum in eadem figura, triangulum ΗΔΖ majus eſſe quam dimidium ſegmenti, quod a rectis ΑΔ, ΔΓ, et circumferentia ΑΒΓ comprehenditur. Etenim ductis iiſdem rectis, quoniam rectus eſt angulus ΔΒΖ, major eſt ΔΖ quam ΒΖ. At vero ΖΒ æqualis eſt ipſi ΖΓ: utraque enim contingit. Igitur major eſt etiam ΔΖ quam ΖΓ. Quare etiam triangulum ΔΒΖ majus eſt triangulo ΒΖΓ; quippe ſub eadem altitudine ſunt; multoque magis ſegmento ΒΖΓ. Eadem ratione triangulum etiam ΔΒΗ majus eſt ſegmento ΒΗΑ. Totum igitur triangulum ΔΗΖ majus eſt quam dimidium ſegmenti ΑΔΓ.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιβ'.

Ἐὰν ἐν ἐπιφανείᾳ ὀρθοῦ κυλίνδρου δύο εὐθεῖαι ὦσιν, ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυλίνδρου, ἡ μεταξὺ τῶν εὐθειῶν, μείζων ἐστὶ τοῦ παραλληλογράμμου, τοῦ περιεχομένου ὑπό τε τῶν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κυλίνδρου εὐθειῶν, καὶ τῶν ἐπιζευγνυουσῶν τὰ πέρατα αὐτῶν.

Ἔστω κύλινδρος ὀρθὸς, οὗ βάσις μὲν ὁ ΑΒ κύκλος, ἀπεναντίον δὲ ὁ ΓΔ, καὶ ἐπιζεύχθωσαν αἱ ΑΓ, ΒΔ· λέγω ὅτι ἡ ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν, μείζων ἐστὶ τοῦ ΑΓΔΒ παραλληλογράμμου.

Τετμήσθω γὰρ ἑκατέρα τῶν ΑΒ, ΓΔ [e] περιφερειῶν δίχα, κατὰ τὰ Ε, Ζ σημεῖα, καὶ ἐπιζεύχθωσαν αἱ ΑΕ, ΕΒ, ΓΖ, ΖΔ. Καὶ ἐπεὶ αἱ ΑΕ, ΕΒ [f] τῆς ΑΒ μείζους εἰσὶ, καί ἐστιν ἰσοϋψῆ τὰ παραλληλόγραμμα τὰ ἐπ' αὐτῶν, μείζονα οὖν ἐστι τὰ παραλληλόγραμμα, ὧν αἱ βάσεις μὲν αἱ ΑΕ, ΕΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, τοῦ ΑΒΔΓ παραλληλογράμμου. Τίνι ἄρα μεῖζόν ἐστιν, ἔστω τὸ Η χωρίον. Τὸ δὲ Η χωρίον ἤτοι ἔλασσόν ἐστι τῶν ΑΕ, ΕΒ, ΓΖ, ΖΔ ἐπιπέδων τμημάτων, ἢ οὐκ ἔλασσον. Ἔστω πρότερον μὴ ἔλασσον. Καὶ ἐπεὶ ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν, καὶ τὰ ΑΕΒ, ΓΖΔ [g] τμήματα πέρας

PROP. XII. Theor.

Si in ſuperficie recti cylindri duæ fuerint rectæ, quæ inter rectas interjicitur cylindri ſuperficies major eſt parallelogrammo, quod ſub rectis continetur, quæ in cylindri ſuperficie ſunt, iiſque, quæ earumdem terminos jungunt.

Sit rectus cylindrus, cujus quidem baſis circulus ΑΒ, atque huic contrarius ΓΔ; et jungantur ΑΓ, ΒΔ: dico cylindricam ſuperficiem, quæ a rectis ΑΓ, ΒΔ ſecatur, parallelogrammo ΑΓΔΒ majorem eſſe.



Secetur enim utraque circumferentia ΑΒ, ΓΔ in duas æquas partes in punctis Ε, Ζ; et jungantur ΑΕ, ΕΒ, ΓΖ, ΖΔ. Et quoniam ΑΕ, ΕΒ majores ſunt quam ΑΒ, quæque ſuper iis conſtituuntur parallelogramma æque ſunt alta; majora ſunt parallelogramma, quorum quidem baſes ΑΕ, ΕΒ, altitudo vero eadem quæ cylindri, parallelogrammo ΑΒΔΓ. Quo igitur majora ſunt, hoc ſit ſpatium Η. Ac ſpatium quidam Η aut minus eſt planis ſegmentis ΑΕ, ΕΒ, ΓΖ, ΖΔ, aut non minus. Sit primo non minus. Et quoniam cylindri ſuperficies, quæ a rectis ΑΓ, ΒΔ ſecatur, una cum ſegmentis ΑΕΒ, ΓΖΔ, planum parallelogrammi

[d] ἡ ΔΖ ἄρα   [e] In MS. περιφερειῶν deeſt.   [f] τῆς ΑΒ διαμέτρου μείζους   [g] τρίγωνα

ABΔΓ terminum habet; et ſuperficies item, quæ ex parallelogrammis componitur, quorum quidem baſes AE, EB, altitudo vero eadem quæ cylindri, una cum triangulis AEB, ΓZΔ, terminum habet planum parallelogrammi ABΔΓ; atque harum altera alteram comprehendit, et utraque ad eaſdem partes cava eſt. Ideo major eſt cylindri ſuperficies, quæ a rectis AΓ, BΔ ſecatur, una cum planis ſegmentis AEB, ΓZΔ, ſuperficie, quæ ex parallelogrammis componitur, quorum quidem baſes AE, EB, altitudo vero eadem quæ cylindri, una cum triangulis AEB, ΓZΔ. Communia auferantur triangula AEB, ΓZΔ. Reliqua igitur cylindrica ſuperficies, quæ a rectis AΓ, BΔ ſecatur, una cum planis ſegmentis AE, EB, ΓZ, ZΔ, major eſt ſuperficie, quæ ex parallelogrammis componitur, quorum quidem baſes AE, EB, altitudo vero eadem quæ cylindri. Parallelogramma autem, quorum quidem baſes AE, EB, altitudo vero eadem quæ cylindri, æqualia ſunt parallelogrammo AΓΔB, et ſpatio H. Reliqua igitur, quæ a rectis AΓ, BΔ ſecatur cylindrica ſuperficies, major eſt parallelogrammo AΓΔB. At vero ſpatium H minus ſit planis ſegmentis AE, EB, ΓZ, ZΔ. Secetur unaquæque circumferentiarum AE, EB, ΓZ, ZΔ in duas æquas partes in punctis Θ, K, Λ, M; et jungantur AΘ, ΘE, EK, KB, ΓΛ, ΛZ, ZM, MΔ. Non minora igitur dimidio planorum ſegmentorum AE, EB, ΓZ, ZΔ triangula auferuntur AΘE, EKB, ΓΛZ, ZMΔ. Itaque id ſi continuo fiat, ſegmenta quædam relinquentur, quæ ſpatio H minora erunt. Relinquantur, eaque ſint AΘ, ΘE, EK, KB, ΓΛ, ΛZ, ZM, MΔ. Pariter autem demonſtrabimus, parallelogramma, quorum quidem baſes AΘ, ΘE, EK, KB, altitudo vero eadem quæ cylindri, parallelogrammis, quorum quidem baſes AE, EB, altitudo vero eadem quæ cylindri, majora fore. Et quoniam cylindrica ſuperficies, quæ a rectis AΓ, BΔ ſecatur, una cum planis ſegmentis AEB, ΓZΔ, et ſuperficies item, quæ ex parallelogrammis componitur, quorum quidem baſes AΘ, ΘE, EK, KB, altitudo vero eadem quæ cylindri, una cum rectilineis AΘEKB, ΓΛZMΔ, terminum habent planum parallelogrammi AΓΔB; communia auferantur rectilinea AΘEKB, ΓΛZMΔ. Reliqua igitur cylindrica ſuperficies, quæ a rectis AΓ, BΔ ſecatur, una cum planis ſegmentis AΘ, ΘE, EK, KB, ΓΛ, ΛZ, ZM, MΔ, major eſt ſuperficie, quæ ex parallelogrammis componitur, quorum quidem baſes AΘ, ΘE, EK, KB, altitudo vero eadem quæ cylindri. Parallelogramma autem, quorum quidem baſes AΘ, ΘE, EK, KB, altitudo vero eadem quæ cylindri, paral-

ἔχει τὸ τοῦ ΑΒΔΓ παραλληλογράμμου ἐπίπεδον, ἀλλὰ καὶ ἡ συγκειμένη ἐπιφάνεια, ἐκ τῶν παραλληλογράμμων, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΕ, ΕΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, καὶ τὰ ΑΕΒ, ΓΖΔ [b] τρίγωνα, πέρας ἔχει τὸ τοῦ ΑΒΔΓ παραλληλογράμμου ἐπίπεδον· καὶ ἑτέρα τὴν ἑτέραν περιλαμβάνει, καὶ ἀμφότεραι ἐπὶ τὰ αὐτὰ κοῖλαί εἰσι. Μείζων ἄρα ἐστὶν ἡ ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια, ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν, καὶ τὰ ΑΕΒ, ΓΖΔ ἐπίπεδα τμήματα τῆς συγκειμένης ἐπιφανείας ἐκ τῶν παραλληλογράμμων, ὧν αἱ βάσεις μὲν αἱ ΑΕ, ΕΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, καὶ τῶν ΑΕΒ, ΓΖΔ τριγώνων. Κοινὰ ἀφῃρήσθω τὰ ΑΕΒ, ΓΖΔ τρίγωνα. [l] Λοιπὴ ἂν ἡ ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν, καὶ τὰ ΑΕ, ΕΒ, ΓΖ, ΖΔ ἐπίπεδα τμήματα, μείζονά ἐστι τῆς συγκειμένης ἐπιφανείας ἐκ τῶν παραλληλογράμμων, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΕ, ΕΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ. Τὰ δὲ παραλληλόγραμμα, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΕ, ΕΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, ἴσα ἐστὶ τῷ ΑΓΔΒ παραλληλογράμμῳ, καὶ τῷ Η χωρίῳ. Λοιπὴ ἄρα ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν, μείζων ἐστὶ τοῦ ΑΓΔΒ παραλληλογράμμου. Ἀλλὰ δὴ ἔστω ἔλασσον τὸ Η χωρίον τῶν ΑΕ, ΕΒ, ΓΖ, ΖΔ ἐπιπέδων τμημάτων. Καὶ τετμήσθω ἑκάστη τῶν ΑΕ, ΕΒ, ΓΖ, ΖΔ περιφερειῶν δίχα κατὰ τὰ Θ, Κ, Λ, Μ, σημεῖα· καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ΓΛ, ΛΖ, ΖΜ, ΜΔ. Τῶν δὲ ΑΕ, ΕΒ, ΓΖ, ΖΔ ἄρα ἐπιπέδων τμημάτων ἀφαιρεῖται οὐκ ἔλασσον ἢ τὸ ἥμισυ, τὰ ΑΘΕ, ΕΚΒ, ΓΛΖ, ΖΜΔ τρίγωνα. Τούτου ἂν ἑξῆς γινομένου, καταληφθήσεταί τινα τμήματα, ἃ ἔσται ἐλάσσονα τοῦ Η χωρίου. Καταλελείφθω, καὶ ἔστω τὰ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ΓΛ, ΛΖ, ΖΜ, ΜΔ. Ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι τὰ παραλληλόγραμμα, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, μείζονα ἔσται τῶν παραλληλογράμμων, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΕ, ΕΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ. Καὶ ἐπεὶ ἡ ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν, καὶ τὰ ΑΕΒ, ΓΖΔ ἐπίπεδα τμήματα, πέρας ἔχει τὸ τοῦ ΑΓΔΒ παραλληλογράμμου ἐπίπεδον, ἀλλὰ καὶ ἡ συγκειμένη ἐπιφάνεια ἐκ τῶν παραλληλογράμμων, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, καὶ τῶν ΑΘΕΚΒ, ΓΛΖΜΔ εὐθυγράμμων· κοινὰ ἀφῃρήσθω τὰ ΑΘΕΚΒ, ΓΛΖΜΔ εὐθύγραμμα. Λοιπὴ ἄρα ἡ ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν, καὶ τὰ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ΓΛ, ΛΖ, ΖΜ, ΜΔ ἐπίπεδα τμήματα, μείζονά ἐστι τῆς συγκειμένης ἐπιφανείας ἐκ τῶν παραλληλογράμμων, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ. Τὰ δὲ παραλληλόγραμμα, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, μείζονά ἐστι τῶν παραλληλογράμμων,

[b] ἐπίπεδα

[l] λοιπὴ ἄρα

ὧν βάσεις μὲν αἱ Α Ε, Ε Β, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ. Καὶ ἡ ἀποτεμνομένη ἄρα κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια, ὑπὸ τ̃ Α Γ, Β Δ εὐθειῶν, καὶ τὰ Α Θ, Θ Ε, Ε Κ, Κ Β, Γ Λ, Λ Ζ, Ζ Μ, Μ Δ ἐπίπεδα τμήματα, μείζονά ἐςι τῶν παραλληλογράμμων, ὧν βάσεις μὲν αἱ Α Ε, Ε Β, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ. Τὰ δὲ παραλληλόγραμμα ὧν βάσεις μὲν αἱ Α Ε, Ε Β, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, ἴσα ἐςὶ τῷ Α Γ Δ Β παραλληλογράμμῳ, καὶ τῷ Η χωρίῳ. Καὶ ἡ ἀποτεμνομένη ἄρα κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια, ὑπὸ τ̃ Α Γ, Β Δ εὐθειῶν, καὶ τὰ Α Θ, Θ Ε, Ε Κ, Κ Β, Γ Λ, Λ Ζ, Ζ Μ, Μ Δ ἐπίπεδα τμήματα, μείζονά ἐςι τ̃ Α Γ Β Δ παραλληλογράμμου, καὶ τ̃ Η χωρίου. Ἀφαιρεθέντα δὲ τὰ Α Θ, Θ Ε, Ε Κ, Κ Β, Γ Λ, Λ Ζ, Ζ Μ, Μ Δ τμήματα τ̃ Η χωρίου ἐλάσσονα. [k] Λοιπὴ ἄρα ἡ ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν Α Γ, Β Δ εὐθειῶν, [l] μείζων ἐςὶ τ̃ Α Γ Δ Β παραλληλογράμμου.

lelogrammis, quorum quidem baſes Α Ε, Ε Β, altitudo vero eadem quæ cylindri, majora ſunt. Igitur etiam cylindrica ſuperficies, quæ a rectis Α Γ, Β Δ ſecatur, una cum planis ſegmentis Α Θ, Θ Ε, Ε Κ, Κ Β, Γ Λ, Λ Ζ, Ζ Μ, Μ Δ, major eſt parallelogrammis, quorum quidem baſes Α Ε, Ε Β, altitudo vero eadem quæ cylindri. Parallelogramma autem, quorum quidem baſes Α Ε, Ε Β, altitudo vero eadem quæ cylindri, parallelogrammo Α Γ Δ Β, et ſpatio Η æqualia ſunt. Igitur etiam cylindrica ſuperficies, quæ a rectis Α Γ, Β Δ ſecatur, una cum planis ſegmentis Α Θ, Θ Ε, Ε Κ, Κ Β, Γ Λ, Λ Ζ, Ζ Μ, Μ Δ, major eſt parallelogrammo Α Γ Δ Β, et ſpatio Η. Quæ vero ſegmenta auferuntur Α Θ, Θ Ε, Ε Κ, Κ Β, Γ Λ, Λ Ζ, Ζ Μ, Μ Δ ſpatio Η minora ſunt. Reliqua igitur, quæ a rectis Α Γ, Β Δ ſecatur, cylindrica ſuperficies major eſt parallelogrammo Α Γ Δ Β.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιγ΄.

Ἐὰν ἐν ἐπιφανείᾳ κυλίνδρου τινὸς ὀρθοῦ δύο εὐθεῖαι ὦσιν, ἀπὸ δὲ τῶν περάτων τῶν εὐθειῶν ἀχθῶσιν τινὲς ἐπιψαύουσαι τῶν κύκλων, [m] αἱ εἰσὶ βάσεις τοῦ κυλίνδρου, ἐν τῷ ἐπιπέδῳ αὐτῶν οὖσαι, καὶ συμπίπτωσι, τὰ παραλληλόγραμμα τὰ περιεχόμενα ὑπό τε τῶν ἐπιψαυουσῶν καὶ τῶν πλευρῶν τοῦ κυλίνδρου, μείζονα ἔσται τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου, τῆς μεταξὺ τῶν εὐθειῶν τῶν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κυλίνδρου.

Ἔςω κυλίνδρου τινὸς ὀρθοῦ βάσις ὁ Α Β Γ κύκλος, καὶ [n] ἔςωσαν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ αὐτοῦ δύο εὐθεῖαι, ὧν πέρατα τὰ Α, Γ· ἀπὸ δὲ τῶν Α, Γ ἤχθωσαν ἐπιψαύουσαι τοῦ κύκλου, ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ οὖσαι, καὶ συμπιπτέτωσαν κατὰ τὸ Η. Νοείσθωσαν δὲ καὶ ἐν τῇ ἑτέρᾳ βάσει τοῦ κυλίνδρου ἀπὸ τῶν περάτων τῶν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ εὐθειῶν ἠγμέναι ἐπιψαύουσαι τοῦ κύκλου. Δεικτέον ὅτι τὰ παραλληλόγραμμα τὰ περιεχόμενα ὑπὸ τῶν ἐπιψαυουσῶν, καὶ τῶν πλευρῶν τοῦ κυλίνδρου, μείζονά ἐςι τῆς κατὰ τὴν Α Β Γ περιφέρειαν ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου.

Ἤχθω γὰρ ἡ Ε Ζ ἐπιψαύουσα, καὶ ἀπὸ τῶν Ε, Ζ σημείων ἤχθωσάν τινες εὐθεῖαι παρὰ τὸν ἄξονα τοῦ κυλίνδρου, ἕως τῆς ἐπιφανείας τῆς ἑτέρας βάσεως. Τὰ δὴ παραλληλόγραμμα τὰ περιεχόμενα ὑπὸ τῶν Α Η, Η Γ, καὶ τῶν πλευρῶν τοῦ κυλίνδρου, μείζονά ἐςι τῶν παραλληλογράμμων τῶν περιεχομένων ὑπό τε τῶν Α Ε, Ε Ζ, Ζ Γ, [o] καὶ τῶν πλευρῶν τοῦ κυλίνδρου. Ἐπεὶ γὰρ αἱ Ε Η, Η Ζ τῆς Ε Ζ μείζους εἰσὶ, κοιναὶ προσκείσθωσαν αἱ Α Ε, Ζ Γ. Ὅλαι ἄρα αἱ Η Α, Η Γ μείζους εἰσὶ τῶν Α Ε, Ε Ζ, Ζ Γ. Ὧ δὴ μείζονά ἐςιν, ἔςω τὸ Κ χωρίον. Τοῦ δὴ Κ χωρίου τὸ ἥμισυ ἤτοι μεῖζον ἐςὶ τῶν σχημάτων, τῶν περιεχομένων ὑπὸ τῶν Α Ε, Ε Ζ, Ζ Γ εὐθειῶν, καὶ τῶν Α Β, Β Γ περιφερειῶν, ἢ οὔ. Ἔςω πρότερον μεῖζον. Τῶν

PROP. XIII. Theor.

Si in ſuperficie recti cujuſdam cylindri duæ fuerint rectæ, et ducantur ab earum terminis rectæ quædam contingentes circulos, qui cylindri ſunt baſes, quæ in ejuſdem plano ſint, ſibique invicem occurrant; quæ ſub contingentibus, et lateribus cylindri parallelogramma continentur cylindri ſuperficie majora erunt, quæ inter rectas, quæ in ſuperficie ſunt, interjicitur.

Sit recti cujuſdam cylindri baſis circulus Α Β Γ, et in ejuſdem ſuperficie duæ ſint rectæ, quarum termini puncta Α, Γ; ducanturque a punctis Α, Γ rectæ circulum contingentes, quæ in eodem plano ſint, ſibique in puncto Η invicem occurrant. Intelligantur autem et in altera cylindri baſe a rectarum, quæ in ſuperficie ſunt, terminis ductæ eſſe rectæ circulum contingentes. Oportet demonſtrare, parallelogramma, quæ ſub contingentibus et cylindri lateribus continentur, cylindri ſuperficie majora eſſe, quæ ſuper circumferentia Α Β Γ conſtituitur.

Ducatur Ε Ζ circulum contingens, et a punctis Ε, Ζ rectæ quædam ducantur ſecundum axem cylindri uſque ad alterius baſis ſuperficiem. Quæ autem parallelogramma ſub Α Η, Η Γ, et cylindri lateribus continentur, parallelogrammis majora ſunt, quæ continentur ſub Α Ε, Ε Ζ, Ζ Γ, et lateribus item cylindri. Quoniam enim Ε Η, Η Ζ majores ſunt quam Ε Ζ, communes addantur Α Ε, Ζ Γ. Totæ igitur Η Α, Η Γ majores ſunt quam Α Ε, Ε Ζ, Ζ Γ. Quo autem majora ſunt, hoc ſit ſpatium Κ. Ac ſpatii quidem Κ dimidium aut majus eſt figuris, quæ ſub rectis Α Ε, Ε Ζ, Ζ Γ, et circumferentiis Α Β, Β Γ continentur, aut non majus. Sit primò majus. Jam

[k] λοιπὴ [l] μείζων ἐςὶ παραλληλογράμμου [m] αἵ εἰσι βάσεις [n] ἔςω [o] καὶ τῶν πλευρῶν

ſuperficiei, quæ ex parallelogrammis componitur, quæ ſuper A E, E Z, Z Γ conſtituuntur, ac trapeziis tum A E Z Γ, tum eidem in altera cylindri baſe contrario, terminus eſt ambitus parallelogrammi, quod ſuper recta A Γ conſtituitur. Eſt autem etiam ſuperficiei, quæ componitur ex cylindri ſuperficie, quæ conſtituitur ſuper circumferentia A B Γ, et ſegmentis tum A B Γ, tum eidem contrario, terminus idem ambitus. Hæ igitur, quas diximus, ſuperficies eumdem in plano terminum habent, ac utraque ad eaſdem partes cava eſt, alteraque alteram aliqua quidem comprehendit, cætera vero communia habet. Minor eſt igitur quæ comprehenditur. Igitur communibus ablatis tum ſegmento A B Γ, tum eidem contrario, minor eſt cylindri ſuperficies, quæ ſuper circumferentia A B Γ conſtituitur, ſuperficie, quæ ex parallelogrammis componitur, quæ ſuper A E, E Z, Z Γ conſtituuntur, atque ex figuris tum A E B, B Z Γ, tum iiſdem contrariis. Horum autem, quæ diximus, parallelogrammorum ſuperficies, una cum iis, quas diximus, figuris, minores ſunt ſuperficie parallelogrammorum, quæ ſuper A H, H Γ conſtituuntur. Nam una cum ſpatio K, quod figuris majus eſt, iiſdem erunt æquales. Conſtat igitur parallelogramma, quæ ſub A H, Γ H, et cylindri lateribus continentur, majora eſſe cylindri ſuperficie, quæ ſuper circumferentia A B Γ conſtituitur. Quod ſi ſpatium K figuris, quas diximus, majus non fuerit, rectæ ducentur circuli figuram contingentes ita ut reliquæ figuræ circumjectæ dimidio ſpatii K minores evadant; cæteraque eadem, qua ſupra, ratione demonſtrabuntur.

Hiſce vero demonſtratis, manifeſtum quidem eſt ex iis, quæ ſupra dicta ſunt, ſi cono iſoſceli pyramis inſcribatur, ſuperficiem pyramidis, excepta baſe, minorem eſſe conica ſuperficie.

Unumquodque enim triangulorum, quæ pyramidem continent, minus eſt conica ſuperficie, quæ inter latera trianguli interjicitur. Quare tota etiam ſuperficies pyramidis, excepta baſe, minor eſt coni ſuperficie, baſe item excepta.

Item ſi coni iſoſceli pyramis circumſcribatur, ſuperficiem pyramidis, excepta baſe, majorem eſſe coni ſuperficie, baſe item excepta, quæ illi contermina eſt.

Illud quoque manifeſtum eſt ex iis, quæ demonſtrata ſunt, ſi cylindro recto priſma inſcri-



δὲ ἐπιφανείας τῆς συγκειμένης ἐκ τῶν παραλληλογράμμων τῶν κατὰ τὰς Α Ε, Ε Ζ, Ζ Γ, καὶ τοῦ Α Ε Ζ Γ τραπεζίου, καὶ τοῦ κατεναντίον αὐτοῦ [p] ἐν τῇ ἑτέρᾳ βάσει τοῦ κυλίνδρου, πέρας ἐστὶν ἡ περίμετρος τοῦ παραλληλογράμμου τοῦ κατὰ τὴν Α Γ. Ἔστι δὲ καὶ τῆς ἐπιφανείας τῆς συγκειμένης ἐκ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου, τῆς κατὰ Α Β Γ περιφέρειαν, καὶ τῶν τμημάτων τοῦ τε Α Β Γ, καὶ τοῦ [q] ἀπεναντίον αὐτοῦ, πέρας ἡ αὐτὴ περίμετρος. Αἱ δὲ εἰρημέναι ἐπιφάνειαι τὸ αὐτὸ πέρας ἔχουσαι τυγχάνουσιν, ὅπερ ἐστὶν ἐν ἐπιπέδῳ, καί εἰσιν ἀμφότεραι ἐπὶ τὰ αὐτὰ κοῖλαι, καὶ τινὰ μὲν περιλαμβάνει ἡ ἑτέρα αὐτῶν, τινὰ δὲ κοινὰ ἔχουσιν. Ἐλάσσων ἄρα ἐστὶν ἡ περιλαμβανομένη. Ἀφαιρεθέντων οὖν κοινῶν τοῦ τε Α Β Γ τμήματος, καὶ τοῦ ἀπεναντίον αὐτοῦ, ἐλάσσων ἐστὶν ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυλίνδρου, ἡ κατὰ τὴν Α Β Γ [r] περιφέρειαν, τῆς συγκειμένης ἐπιφανείας, ἔκ τε τῶν παραλληλογράμμων τῶν κατὰ τὰς Α Ε, Ε Ζ, Ζ Γ, καὶ τῶν σχημάτων τῶν Α Ε Β, Β Ζ Γ, καὶ τῶν ἀπεναντίον αὐτῶν. Αἱ δὲ τῶν εἰρημένων [s] παραλληλογράμμων ἐπιφάνειαι μετὰ τῶν εἰρημένων σχημάτων, ἐλάσσους εἰσὶ τῆς ἐπιφανείας τῆς συγκειμένης ἐκ τῶν παραλληλογράμμων, τῶν κατὰ τὰς Α Η, Η Γ. Μετὰ γὰρ τοῦ Κ μείζονος ὄντος τῶν σχημάτων ἴσαι ἦσαν αὐταῖς. Δῆλον οὖν ὅτι τὰ παραλληλόγραμμα, τὰ περιεχόμενα ὑπὸ τῶν Α Η, Γ Η, καὶ τῶν πλευρῶν τοῦ κυλίνδρου, μείζονά [t] ἐστι τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου τῆς κατὰ τὴν Α Β Γ [u] περιφέρειαν. Εἰ δὲ μή ἐστι μεῖζον τὸ ἥμισυ τοῦ Κ χωρίου τῶν εἰρημένων σχημάτων, ἀχθήσονται εὐθεῖαι ἐπιψαύουσαι [w] τοῦ κύκλου σχήματος, ὥστε γενέσθαι τὰ περιλειπόμενα σχήματα ἐλάσσονα τοῦ ἡμίσεος τοῦ Κ· καὶ τὰ ἄλλα τὰ αὐτὰ τοῖς ἔμπροσθεν δειχθήσεται.

Τούτων δὲ δεδειγμένων, φανερὸν ὅτι μὲν τῶν προειρημένων ὅτι ἐὰν εἰς κῶνον ἰσοσκελῆ πυραμὶς ἐγγραφῇ, ἡ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος, χωρὶς τῆς βάσεως, ἐλάσσων ἐστὶ τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας.

Ἕκαστον γὰρ τῶν περιεχόντων τὴν πυραμίδα τριγώνων ἔλασσόν ἐστι τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας, τῆς μεταξὺ τῶν τοῦ τριγώνου πλευρῶν. Ὥστε καὶ ὅλη ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος, χωρὶς τῆς βάσεως, ἐλάσσων ἐστὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου, χωρὶς τῆς βάσεως.

Καὶ ὅτι ἐὰν περὶ κῶνον ἰσοσκελῆ πυραμὶς περιγραφῇ, ἡ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος, χωρὶς τῆς βάσεως, μείζων ἐστὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου, χωρὶς τῆς βάσεως, κατὰ τὸ συνεχὲς ἐκείνῳ.

Φανερὸν δὲ ἐκ τῶν ἀποδεδειγμένων, [x] ὅτι τε ἐὰν εἰς κύλινδρον ὀρθὸν πρίσμα ἐγγραφῇ, ἡ ἐπιφάνεια

[p] ἑτέρᾳ βάσει, ſic MS. [q] ἀπεναντίον, ſic MS. [r] περιφερείας [s] παραλληλογράμμων ἐπιφάνειαι μετὰ τῶν εἰρημένων ex MS. [t] ἐστὶ [u] περιφερείας [w] τοῦ σχήματος [x] ἔτι

τοῦ πρίσματος, ἡ ἐκ τῶν παραλληλογράμμων συγκειμένη, ἐλάσσων ἐστὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου, χωρὶς τῆς βάσεως.

Ἐλάσσον γὰρ ἕκαστον παραλληλόγραμμον τοῦ πρίσματός ἐστι τῆς καθ' αὑτὸ τοῦ κυλίνδρου ἐπιφανείας.

[y] Καὶ ὅτι ἐὰν περὶ κύλινδρον ὀρθὸν πρίσμα περιγραφῇ, ἡ ἐπιφάνεια τοῦ πρίσματος ἡ ἐκ τῶν παραλληλογράμμων συγκειμένη, μείζων ἐστὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου, χωρὶς τῆς βάσεως.

batur, ſuperficiem priſmatis, quæ ex parallelogrammis componitur, minorem eſſe cylindri ſuperficie, excepta baſe.

Minus eſt enim unumquodque priſmatis parallelogrammum ea, quæ ſuper idem conſtituitur, cylindri ſuperficie.

Item ſi cylindro recto priſma circumſcribatur, ſuperficiem priſmatis, quæ ex parallelogrammis componitur, majorem eſſe cylindri ſuperficie, baſe excepta.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιδ'.

Παντὸς κυλίνδρου ὀρθοῦ ἡ ἐπιφάνεια, χωρὶς τῆς βάσεως, ἴση ἐστὶ κύκλῳ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου μέσον λόγον ἔχει τῆς πλευρᾶς τοῦ κυλίνδρου, καὶ τῆς διαμέτρου τῆς βάσεως τοῦ κυλίνδρου.

Ἔστω κυλίνδρου τινὸς ὀρθοῦ βάσις ὁ Α κύκλος· καὶ ἔστω τῇ μὲν διαμέτρῳ τοῦ Α κύκλου ἴση ἡ ΓΔ, τῇ δὲ πλευρᾷ τοῦ κυλίνδρου ἡ ΕΖ. [z] Ἐχέτω δὲ μέσον λόγον τῶν ΔΓ, ΕΖ, ἡ Η, καὶ κείσθω κύκλος, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἐστὶ τῇ Η, ὁ Β. Δεικτέον ὅτι ὁ Β κύκλος ἴσος ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κυλίνδρου, χωρὶς τῆς βάσεως.

Εἰ γὰρ μή ἐστιν ἴσος, ἤτοι μείζων ἐστὶν, ἢ ἐλάσσων. Ἔστω πρότερον, εἰ δυνατὸν, ἐλάσσων. Δύο δὴ μεγεθῶν ὄντων ἀνίσων, τῆς τε ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου, καὶ τοῦ Β κύκλου, δυνατόν ἐστιν εἰς τὸν Β κύκλον ἰσόπλευρον πολύγωνον ἐγγράψαι, καὶ ἄλλο περιγράψαι, ὥστε τὸ περιγραφὲν πρὸς τὸ ἐγγραφὲν ἐλάσσονα λόγον ἔχειν, τοῦ ὃν ἔχει ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυλίνδρου πρὸς τὸν Β κύκλον. Νοείσθω δὴ περιγεγραμμένον, καὶ ἐγγεγραμμένον, καὶ περὶ τὸν Α κύκλον περιγεγράφθω εὐθύγραμμον, ὅμοιον τῷ περὶ τὸν Β περιγεγραμμένῳ, καὶ ἀναγεγράφθω ἀπὸ τοῦ εὐθυγράμμου πρίσμα, ἔσται δὴ περὶ τὸν κύλινδρον περιγεγραμμένον. Ἔστω δὴ καὶ τῇ περιμέτρῳ τοῦ εὐθυγράμμου, τοῦ περὶ τὸν Α κύκλον, ἴση ἡ ΚΔ,

PROP. XIV. Theor.

Cujuſlibet recti cylindri ſuperficies, excepta baſe, æqualis eſt circulo, cujus ea, quæ ex centro, media proportionalis eſt inter latus cylindri, et diametrum baſis cylindri.

Sit recti cujuſdam cylindri baſis circulus A: et ſit diametro quidem circuli A æqualis ΓΔ, lateri vero cylindri, EZ. Media autem proportionalis inter ΔΓ, EZ ſit H; et ponatur circulus B, cujus ea, quæ ex centro, ipſi H eſt æqualis. Oportet demonſtrare circulum B cylindri ſuperficiei, excepta baſe, æqualem eſſe.

Si enim non eſt æqualis, aut major eſt, aut minor. Sit primo, ſi fieri poteſt, minor. Duæ autem cum ſint magnitudines inæquales, ſuperficies cylindri, et circulus B, fieri poteſt, ut circulo B æquilaterum polygonum inſcribatur, itemque aliud circumſcribatur, ita ut circumſcriptum ad inſcriptum minorem rationem habeat, quam ſuperficies cylindri ad circulum B, Intelligatur autem circumſcriptum inſcriptumque eſſe; et circulo A ei, quod circulo B circumſcriptum eſt, ſimile rectilineum circumſcribatur; et a rectilineo deſcribatur priſma, quod quidem cylindro circumſcriptum erit. Porro ambitui rectilinei circulo A circumſcripti æqualis ſit KΔ, eidemque KΔ æqualis AZ: dimidia



[y] In MS. καὶ deeſt.

[z] ἔχετω

autem ipſius ΓΔ ſit ΓΤ. Atque erit triangulum quidem ΚΔΤ æquale rectilineo circulo Α circumſcripto; quoniam baſim habet ejus ambitui æqualem, et altitudinem æqualem ei, quæ ex centro circuli Α. Parallelogrammum vero ΕΛ æquale ſuperficiei priſmatis cylindro circumſcripti; quoniam continetur ſub cylindri latere, rectaque ambitui baſis ipſius priſmatis æquali. Ponatur autem ipſi ΕΖ æqualis ΕΡ. Æquale eſt igitur triangulum ΖΡΛ parallelogrammo ΕΛ: quare etiam priſmatis ſuperficiei. Et quoniam, quæ circulis Α, Β circumſcripta ſunt, rectilinea ſimilia ſunt, eamdem inter ſe invicem rationem habebunt, quam eæ, quæ ex centris, poteſtate. Habebit igitur triangulum ΚΤΔ ad rectilineum, circulo Β circumſcriptum eamdem rationem, quam ΤΔ ad Η poteſtate. Æquales ſunt enim iis, quæ ex centro, ΤΔ, et Η. Sed quam rationem habet ΤΔ ad Η poteſtate, hanc habet ΤΔ ad ΡΖ longitudine. Eſt enim Η media proportionalis inter ΤΔ, ΡΖ; quippe quæ media etiam inter ΓΔ, ΕΖ proportionalis eſt. Quo tandem pacto? Quoniam enim æqualis eſt ΔΤ ipſi ΤΓ, et ΡΕ ipſi ΕΖ; ideo ΓΔ ipſius ΤΔ, et ΡΖ ipſius ΡΕ eſt dupla. Ut igitur ΔΓ ad ΔΤ, ita ſe habet ΡΖ ad ΖΕ. Quod igitur ſpatium ſub ΓΔ, ΕΖ continetur, æquale eſt ſpatio, quod continetur ſub ΤΔ, ΡΖ. Spatio autem, quod ſub ΓΔ, ΕΖ continetur æquale eſt quadratum, quod deſcribitur ab Η. Igitur etiam ſpatio, quod continetur ſub ΤΔ, ΡΖ, æquale eſt quadratum, quod ab Η deſcribitur. Ut igitur ΤΔ ad Η, ita ſe habet Η ad ΡΖ. Ut igitur ΤΔ ad ΡΖ, ita ſe habet quadratum, quod a ΤΔ deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab Η. Si enim tres fuerint rectæ invicem proportionales, ut prima ad tertiam, ita ſe habet figura, quæ deſcribitur a prima, ad figuram, quæ ſecunda ſimilis ſimilique modo deſcribitur. Quam autem rationem habet ΤΔ ad ΡΖ longitudine, hanc habet triangulum ΚΤΔ ad triangulum ΡΛΖ; quoniam ΚΔ, ΛΖ æquales invicem ſunt. Eamdem igitur rationem habet triangulum ΚΤΔ ad rectilineum circulo Β circumſcriptum, quam triangulum ΚΤΔ ad triangulum ΡΖΛ. Æquale eſt igitur triangulum ΖΛΡ rectilineo circulo Β circumſcripto. Quare etiam ſuperficies priſmatis cylindro circumſcripti circumſcripto circulo Β rectilineo eſt æqualis. Et quoniam circumſcriptum circulo Β rectilineum ad inſcriptum eidem circulo minorem rationem habet, quam ſuperficies cylindri Α ad circulum Β; etiam ſuperficies priſmatis cylindro circumſcripti ad rectilineum circulo Β inſcriptum rationem

καὶ τῇ ΚΔ ἴση ἡ ΛΖ· τῆς δὲ ΓΔ ἡμίσεια ἔστω ἡ ΓΤ. Ἔσται δὴ τὸ ΚΔΤ τρίγωνον, ἴσον τῷ περιγεγραμμένῳ εὐθυγράμμῳ περὶ τὸν Α κύκλον· ἐπειδὴ βάσιν μὲν ἔχει τῇ περιμέτρῳ ἴσην, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Α κύκλου. Τὸ δὲ ΕΛ παραλληλόγραμμον τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ πρίσματος, τοῦ περὶ τὸν κύλινδρον περιγεγραμμένου· ἐπειδὴ περιέχεται ὑπὸ τῆς πλευρᾶς τοῦ κυλίνδρου, καὶ τῆς ἴσης τῇ περιμέτρῳ τῆς βάσεως τοῦ πρίσματος. Κείσθω δὴ τῇ ΕΖ ἴση ἡ ΕΡ. Ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ ΖΡΛ τρίγωνον, τῷ ΕΛ παραλληλογράμμῳ· ὥστε καὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ πρίσματος. Καὶ ἐπεὶ ὅμοιά ἐστι τὰ εὐθύγραμμα τὰ περὶ τοὺς Α, Β κύκλους περιγεγραμμένα, τὸν αὐτὸν ἕξει λόγον * τὰ εὐθύγραμμα, ὅνπερ αἱ ἐκ τῶν κέντρων δυνάμει. Ἕξει ἄρα τὸ ΚΤΔ τρίγωνον πρὸς τὸ περὶ τὸν Β κύκλον εὐθύγραμμον, λόγον, ὃν ἡ ΤΔ πρὸς τὴν Η δυνάμει. Αἱ γὰρ ΤΔ, Η, ἴσαι εἰσὶ ταῖς ἐκ τῶν κέντρων. Ἀλλ' ὃν ἔχει λόγον [a] ἡ ΤΔ πρὸς τὴν Η δυνάμει, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον ἡ ΤΔ πρὸς ΡΖ μήκει. Ἡ γὰρ Η τῶν ΤΔ, ΡΖ μέση ἐστὶ [b] ἀνὰ λόγον, διὰ τὸ καὶ τῶν ΓΔ, ΕΖ. Πῶς δὲ τοῦτο; Ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶ ἡ μὲν ΔΤ τῇ ΤΓ, ἡ δὲ ΡΕ τῇ ΕΖ· διπλασία ἄρα ἐστὶν ἡ ΓΔ τῆς ΤΔ, καὶ ἡ ΡΖ, τῆς ΡΕ. Ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΔΓ πρὸς ΔΤ, οὕτως ἡ ΡΖ πρὸς ΖΕ. Τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΓΔ, ΕΖ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΤΔ, ΡΖ. Τῷ δὲ ὑπὸ τῶν ΓΔ, ΕΖ ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς Η. Καὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΤΔ, ΡΖ ἄρα ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς Η. Ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΤΔ πρὸς Η, [c] οὕτως ἡ Η πρὸς ΡΖ. Ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΤΔ πρὸς ΡΖ, [d] οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς ΤΔ, πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Η. Ἐὰν γὰρ τρεῖς εὐθεῖαι ἀνὰ λόγον ὦσιν, ἔστιν ὡς ἡ πρώτη πρὸς τὴν τρίτην, οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς πρώτης εἶδος πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δευτέρας εἶδος, τὸ ὅμοιον, καὶ ὁμοίως ἀναγεγραμμένον. Ὃν δὲ λόγον ἔχει ἡ ΤΔ πρὸς ΡΖ μήκει, τοῦτον ἔχει τὸ ΚΤΔ τρίγωνον πρὸς τὸ ΡΛΖ· ἐπειδήπερ ἴσαι εἰσὶν αἱ ΚΔ, ΛΖ. Τὸν αὐτὸν ἄρα λόγον ἔχει τὸ ΚΤΔ τρίγωνον πρὸς τὸ εὐθύγραμμον τὸ περὶ τὸν Β κύκλον περιγεγραμμένον, ὅνπερ τὸ ΚΤΔ τρίγωνον πρὸς τὸ ΡΖΛ τρίγωνον. Ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ ΖΛΡ τρίγωνον, τῷ περὶ τὸν Β κύκλον περιγεγραμμένῳ εὐθυγράμμῳ. Ὥστε καὶ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ πρίσματος τοῦ περὶ τὸν Α κύλινδρον περιγεγραμμένου, τῷ εὐθυγράμμῳ τῷ περὶ τὸν Β κύκλον ἴση ἐστί. Καὶ ἐπεὶ ἐλάσσονα λόγον ἔχει τὸ εὐθύγραμμον, τὸ περὶ τὸν Β κύκλον, πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐν τῷ κύκλῳ, τοῦ ὃν ἔχει ἡ ἐπιφάνεια τοῦ Α κυλίνδρου πρὸς τὸν Β κύκλον, ἐλάσσονα λόγον ἕξει καὶ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ πρίσματος, τοῦ περὶ τὸν κύλινδρον περιγεγραμμένου, πρὸς τὸ εὐθύ-

[a] ἡ ΤΔ Η Ζ δυνάμει [b] ἀνάλογον [c] ὡς [d] In MS. οὕτως deeſt.

* τὰ εὐθύγραμμα, videri poſſint e margine in textum migraſſe. Sane ab Eutocio in ſuo Commentario elegantius omittuntur.

γραμμον τὸ ἐν τῷ Β τῷ κύκλῳ γεγραμμένον, ἤπερ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυλίνδρου πρὸς τὸν Β κύκλον· καὶ ἐναλλάξ· ὅπερ ἀδύνατον. Ἡ μὲν γὰρ ἐπιφάνεια τοῦ πρίσματος τοῦ περιγεγραμμένου περὶ τὸν κύλινδρον, μείζων οὖσα δέδεικται τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου· [s] τὸ δὲ γεγραμμένον εὐθύγραμμον ἐν τῷ Β κύκλῳ, ἔλασσόν ἐστι τοῦ Β κύκλου. Οὐκ ἄρα ἐστὶν ὁ Β κύκλος ἐλάσσων τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου. Ἔστω δή, εἰ δυνατόν, μείζων. Πάλιν δὴ νοείσθω εἰς τὸν Β κύκλον εὐθύγραμμον ἐγγεγραμμένον, καὶ ἄλλο περιγεγραμμένον, ὥστε τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐλάσσονα λόγον ἔχειν, ἢ τὸν Β κύκλον πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ κυλίνδρου· καὶ ἐγγεγράφθω εἰς τὸν Α κύκλον πολύγωνον, ὅμοιον τῷ εἰς τὸν Β κύκλον ἐγγεγραμμένῳ· καὶ πρίσμα ἀναγεγράφθω ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ κύκλῳ ἐγγεγραμμένου πολυγώνου. Καὶ πάλιν ἡ Κ Δ ἴση ἔστω τῇ περιμέτρῳ τοῦ εὐθυγράμμου, τοῦ ἐν τῷ Α κύκλῳ ἐγγεγραμμένου, καὶ ἡ Ζ Δ ἴση αὐτῇ ἔστω. Ἔσται δὴ τὸ μὲν Κ Τ Δ τρίγωνον μεῖζον τοῦ εὐθυγράμμου, τοῦ ἐν τῷ Α κύκλῳ ἐγγεγραμμένου· διότι βάσιν μὲν ἔχει τὴν περίμετρον αὐτοῦ, ὕψος δὲ μεῖζον τῆς ἀπὸ τοῦ κέντρου ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου ἀγομένης καθέτου· τὸ δὲ Ε Λ παραλληλόγραμμον ἴσον τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ πρίσματος, [t] τῇ ἐκ τῶν παραλληλογράμμων συγκειμένῃ, διότι περιέχεται ὑπὸ τῆς πλευρᾶς τοῦ κυλίνδρου, καὶ τῆς ἴσης τῇ περιμέτρῳ τοῦ εὐθυγράμμου, ὅ ἐστι βάσις τοῦ πρίσματος. Ὥστε καὶ τὸ Ρ Λ Ζ τρίγωνον, ἴσον ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ πρίσματος. Καὶ ἐπεὶ ὅμοιά ἐστι τὰ εὐθύγραμμα τὰ ἐν τοῖς Α, Β κύκλοις ἐγγεγραμμένα, τὸν αὐτὸν ἕξει λόγον πρὸς ἄλληλα, ὃν αἱ ἐκ τῶν κέντρων αὐτῶν δυνάμει. Ἔχει δὲ καὶ τὰ Κ Τ Δ, Ζ Ρ Λ τρίγωνα πρὸς ἄλληλα, λόγον, ὃν αἱ ἐκ τῶν κέντρων τῶν κύκλων δυνάμει. Τὸν αὐτὸν ἄρα λόγον ἔχει τὸ εὐθύγραμμον τὸ ἐν τῷ Α κύκλῳ ἐγγεγραμμένον, πρὸς τὸ εὐθύγραμμον τὸ ἐν τῷ Β ἐγγεγραμμένον, καὶ τὸ Κ Τ Δ τρίγωνον πρὸς τὸ Λ Ζ Ρ τρίγωνον. Ἔλασσον δέ ἐστι τὸ εὐθύγραμμον τὸ ἐν τῷ Α κύκλῳ ἐγγεγραμμένον, τοῦ Κ Τ Δ τριγώνου. Ἔλασσον ἄρα καὶ τὸ εὐθύγραμμον τὸ ἐν τῷ Β κύκλῳ ἐγγεγραμμένον, τοῦ Ζ Ρ Λ τριγώνου. Ὥστε καὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ πρίσματος τοῦ ἐν τῷ κυλίνδρῳ ἐγγεγραμμένου. Ὅπερ ἀδύνατον. Ἐπεὶ γὰρ ἐλάσσονα λόγον ἔχει τὸ περιγεγραμμένον εὐθύγραμμον περὶ τὸν Β κύκλον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον, ἢ ὁ Β κύκλος πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ κυλίνδρου, καὶ ἐναλλάξ· μεῖζον δέ ἐστι τὸ περιγεγραμμένον περὶ τὸν Β κύκλον τοῦ Β κύκλου· μεῖζον ἄρα ἐστὶ τὸ ἐγγεγραμμένον ἐν τῷ Β κύκλῳ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου. Ὥστε καὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ πρίσματος. Οὐκ ἄρα μείζων ἐστὶν ὁ Β κύκλος τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου. Ἐδείχθη δὲ ὅτι οὐδὲ ἐλάσσων. Ἴσος ἄρα ἐστί.

habet minorem quam ſuperficies cylindri ad circulum B: et permutando: quod fieri non poteſt. Nam ſuperficies quidem priſmatis cylindro circumſcripti major eſt, quemadmodum demonſtravimus, cylindri ſuperficie; rectilineum vero circulo B inſcriptum minus eſt circulo B. Non eſt igitur minor circulus B cylindri ſuperficie. Sit autem, ſi fieri poteſt, major. Ac rurſus intelligatur rectilineum circulo inſcriptum, itemque aliud circumſcriptum eſſe, ita ut circumſcriptum ad inſcriptum minorem rationem habeat, quam circulus B ad ſuperficiem cylindri; et circulo A ei, quod circulo B inſcriptum eſt ſimile polygonum inſcribatur; et ab inſcripto circulo polygono deſcribatur priſma. Rurſus etiam ambitui rectilinei circulo A inſcripti æqualis ſit K Δ, eidemque æqualis Z Λ. Erit autem triangulum quidem K T Δ majus rectilineo circulo A inſcripto; quoniam baſim habet ejuſdem ambitui æqualem, et altitudinem majorem normali, quæ a centro ad unum polygoni latus ducitur; parallelogrammum vero E Λ æquale ſuperficiei priſmatis, quæ ex parallelogrammis componitur; quoniam ſub cylindri latere continetur, rectaque ambitui rectilinei, quod ipſius priſmatis eſt baſis, æquali. Quare etiam triangulum P Λ Z æquale eſt priſmatis ſuperficiei. Et quoniam, quæ circulis A, B inſcripta ſunt, rectilinea ſimilia ſunt, eamdem inter ſe invicem rationem habebunt, quam eæ, quæ ex eorum centris, poteſtate. Habent autem etiam triangula K T Δ, Z P Λ inter ſe invicem eamdem rationem, quam eæ, quæ ex circulorum centris, poteſtate. Eamdem igitur rationem habet rectilineum circulo A inſcriptum ad inſcriptum circulo B rectilineum, quam triangulum K T Δ ad triangulum Λ Z P. Minus eſt autem rectilineum circulo A inſcriptum triangulo K T Δ. Minus eſt igitur et inſcriptum circulo B rectilineum triangulo Z P Λ. Quare etiam minus ſuperficie priſmatis cylindro inſcripti. Quod fieri non poteſt. Quoniam enim minorem rationem habet circumſcriptum circulo B rectilineum ad inſcriptum, quam circulus B ad ſuperficiem cylindri, itemque permutando; majuſque eſt circumſcriptum circulo B rectilineum eodem circulo B; ideo rectilineum circulo B inſcriptum eſt majus cylindri ſuperficie. Quare etiam majus ſuperficie priſmatis. Non eſt igitur major circulus B cylindri ſuperficie. Demonſtratum eſt autem neque minorem eſſe. Igitur eſt æqualis.

[s] τοῦτο δὲ

[t] τῇ ἐκ τῶν παραλληλογράμμων

EUTOCIUS.

Intelligatur autem circumſcriptum, inſcriptumque eſſe circulo B; et circulo A ei, quod circulo B circumſcriptum eſt, ſimile rectilineum circumſcribatur. Quomodo ſane polygonum dato circulo inſcribendum ſit inſcripto alteri circulo ſimile, cum ipſum per ſe pateat, traditum etiam eſt a Pappo in Commentario, quod in Elementa conſcripſit. Quomodo vero polygonum dato circulo circumſcribendum ſit ſimile circumſcripto alteri circulo, nondum eſt traditum; quod nunc quidem præſtandum eſt. Inſcribatur enim circulo A polygonum ei ſimile, quod circulo B inſcriptum fuit: et circulo item A polygonum circumſcribatur ei ſimile, quod ſibimetipſi fuit inſcriptum; prorſus ut in quarto theoremate. Atque idem hoc polygonum ſimile fuerit illi, quod inſcriptum fuit circulo B.

Et quoniam, quæ circulis A, B inſcripta ſunt, rectilinea ſimilia ſunt, eamdem inter ſe invicem rationem habebunt, quam eæ, quæ ex cencentris, poteſtate. Hoc quidem de inſcriptis in Elementis demonſtratum eſt: de circumſcriptis vero, quod nondum factum eſt, hoc pacto demonſtrabitur.

Intelligantur enim ſeorſum deſcripta eſſe polygona cum circumſcripta, tum inſcripta; ductæque a circulorum centris KE, KM, ΛΘ, ΛN. Manifeſtum autem eſt ipſas KE, ΛΘ ex centris circulorum eſſe, qui circa circumſcripta polygona deſcripti ſunt: atque habere ſeſe invicem poteſtate, ut polygona circumſcripta. Et quoniam anguli KEM, ΛΘN dimidii ſunt angulorum, qui in polygonis ſunt; conſtat, cum polygona ſimilia ſint, æquales invicem eſſe. At vero qui anguli, ad puncta M, N, ſunt recti. Triangula igitur KEM, ΛΘN ſunt æquiangula. Itaque ſe habebunt ut KE ad ΛΘ, ita KM ad ΛN; ideoque et quæ ab ipſis quadrata deſcribuntur. Ut autem quadratum, quod a KE deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a ΘΛ, ita habent ſeſe invicem circumſcripta polygona. Igitur etiam ut quadratum, quod a KM deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a ΛN, ita habent ſeſe invicem polygona circumſcripta.



Eamdem igitur rationem habet triangulum KTΔ ad rectilineum circulo B circumſcriptum, quam triangulum KTΔ ad triangulum ZPA. Quoniam enim circumſcripta circulis A, B rectilinea ita habent ſeſe invicem, ut eæ, quæ ex centris poteſtate; hoc eſt, ut TΔ ad H poteſtate; hoc eſt, ut TΔ ad PZ longitudine; hoc eſt, ut triangulum KTΔ ad triangulum ZPA: æquale autem eſt triangulum KTΔ rectilineo circulo A circumſcripto. Ideo ut triangulum KTΔ ad rectilineum circulo B circumſcriptum, ita ſe habet idem triangulum KTΔ ad triangulum ZPA.

Igitur permutando minorem rationem habet ſuperficies priſmatis ad ſuperficiem cylindri, quam rectilineum circulo B inſcriptum ad circulum B; quod eſt abſurdum. Si enim fiat, ut ſuperficies priſmatis ad ſuperficiem cylindri, ita rectilineum circulo B inſcriptum ad aliud quoddam ſpatium; id erit minus circulo B, atque ad hoc rectilineum circulo inſcriptum majorem rationem habet, quam ad circulum. Nimirum ſuperficies priſ-

Νοείσθω δὲ εἰς τὸν Β κύκλον περιγεγραμμένον, [g] καὶ ἐγγεγραμμένον, καὶ περὶ τὸν Α κύκλον περιγεγράφθω εὐθύγραμμον, ὅμοιον τῷ περὶ τὸν Β περιγεγραμμένῳ. Ὅπως μὲν οὖν ἐστιν εἰς τὸν δοθέντα κύκλον πολύγωνον ἐγγράψαι, ὅμοιον τῷ ἑτέρῳ ἐγγεγραμμένῳ, δῆλον· εἴρηται δὲ καὶ Πάππῳ εἰς τὸ Ὑπόμνημα τῶν Στοιχείων. Περὶ* δὲ τὸν δοθέντα κύκλον πολύγωνον περιγράψαι ὅμοιον τῷ περὶ ἕτερον κύκλον περιγεγραμμένῳ, οὐκ ἔτι ὁμοίως ἔχομεν εἰρημένον, ὅπερ νῦν λεκτέον. Τῷ γὰρ εἰς τὸν Β κύκλον ἐγγεγραμμένῳ, ὅμοιον εἰς τὸν Α ἐγγεγράφθω, καὶ περὶ αὐτὸν τὸν Α ὅμοιον τῷ εἰς αὐτὸν, ὡς ἐν τῷ δ' Θεωρήματι. Καὶ ἔσαι ὅμοιον καὶ τῷ περὶ τὸν Β περιγεγραμμένῳ.

Καὶ ἐπεὶ ὅμοιά ἐστι τὰ εὐθύγραμμα, τὰ περὶ τοὺς Α, Β κύκλους περιγεγραμμένα, τὸν αὐτὸν ἕξει λόγον ὅνπερ αἱ ἐκ τῶν κέντρων δυνάμει. Τὸ τοιοῦτον, ἐπὶ μὲν τῶν ἐγγεγραμμένων, δέδεικται ἐν τῇ Στοιχειώσει· ἐπὶ δὲ τῶν περιγεγραμμένων οὐκ ἔτι. Δειχθήσεται δὲ οὕτως.

Νοείσθωσαν γὰρ χωρὶς τὰ περιγεγραμμένα καὶ ἐγγεγραμμένα εὐθύγραμμα· καὶ ἀπὸ τῶν κέντρων τῶν κύκλων ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΚΕ, ΚΜ, ΛΘ, ΛΝ. Φανερὸν δὲ ὅτι αἱ ΚΕ, ΛΘ ἐκ τῶν κέντρων [h] εἰσὶ τῶν περὶ τὰ περιγεγραμμένα πολύγωνα κύκλων· καὶ πρὸς ἀλλήλας [i] ἔχουσι δύναμιν, ὡς τὰ περιγεγραμμένα πολύγωνα. Καὶ ἐπεὶ αἱ ὑπὸ ΚΕΜ, ΛΘΝ ἡμίσειαι [k] εἰσι τῶν ἐν τοῖς πολυγώνοις [l] γωνιῶν, ὁμοίων ὄντων τῶν πολυγώνων, δῆλον ὅτι καὶ αὐταὶ ἴσαι εἰσίν. Ἀλλὰ καὶ αἱ πρὸς τοῖς Μ, Ν ὀρθαί. Ἰσογώνια ἄρα τὰ ΚΕΜ, ΛΘΝ τρίγωνα. Καὶ ἔσαι ὡς ἡ ΚΕ πρὸς ΛΘ, ἡ ΚΜ πρὸς ΛΝ· ὥστε καὶ τὰ ἀπ' αὐτῶν. Ἀλλ' ὡς τὸ ἀπὸ ΚΕ πρὸς τὸ ἀπὸ ΘΛ, οὕτως τὰ περιγεγραμμένα πρὸς ἄλληλα. Καὶ ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ ΚΜ πρὸς τὸ ἀπὸ ΛΝ, οὕτως τὰ περιγεγραμμένα πρὸς ἄλληλα.

Τὸν αὐτὸν ἄρα λόγον ἔχει τὸ ΚΤΔ τρίγωνον πρὸς τὸ εὐθύγραμμον, τὸ περὶ τὸν Β κύκλον, ὅνπερ τὸ ΚΤΔ τρίγωνον [m] πρὸς τὸ ΖΡΑ τρίγωνον. Ἐπεὶ γὰρ τὰ περὶ τοὺς Α, Β κύκλους εὐθύγραμμα πρὸς ἄλληλά ἐστιν ὡς αἱ ἐκ τῶν κέντρων δυνάμει, τουτέστιν ἡ [n] ΤΔ πρὸς Η δυνάμει, τουτέστιν ἡ ΤΔ πρὸς ΡΖ μήκει, τουτέστιν ὡς τὸ ΚΤΔ τρίγωνον πρὸς τὸ ΖΡΑ· ἴσον δὲ τὸ ΚΤΔ τῷ περὶ τὸν Α κύκλον περιγεγραμμένῳ. Ἔσται ἄρα ὡς τὸ ΚΤΔ πρὸς τὸ περὶ τὸν Β κύκλον περιγεγραμμένον, οὕτως τὸ αὐτὸ ΚΤΔ τρίγωνον πρὸς τὸ ΖΡΑ τρίγωνον.

Ἐναλλὰξ ἄρα ἐλάσσονα λόγον ἔχει τὸ πρίσμα πρὸς τὸν κύλινδρον, ἤπερ τὸ ἐγγεγραμμένον εἰς τὸν Β κύκλον πολύγωνον πρὸς τὸν Β κύκλον· ὅπερ ἄτοπον. Ἐὰν γὰρ ποιήσωμεν ὡς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ πρίσματος πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ κυλίνδρου, οὕτως τὸ ἐγγεγραμμένον εἰς τὸν Β κύκλον πρὸς ἄλλο τι, ἔσται πρὸς ἔλασσον τοῦ Β κύκλου, πρὸς ὃ μείζονα λόγον ἔχει τὸ ἐγγεγραμμένον, ἤπερ πρὸς τὸν κύκλον. Τουτέστιν ἡ ἐπιφάνεια τοῦ

[g] ἐγγεγραμμένον ex MS. [h] εἰσὶ ex MS. [i] εἰσὶ [k] εἰσὶ ex MS. [l] γωνιῶν ex MS. [m] πρὸς τὸ ΖΡΑ τρίγωνον ex MS. [n] ΤΑ

* Περὶ δὲ &c.—Malim, Ὅπως δὲ περὶ &c.

πρίσματος, πρὸς τὴν τοῦ κυλίνδρου ἐπιφάνειαν, μείζονα λόγον ἔχει, ἤπερ τὸ ἐγγεγραμμένον πρὸς τὸν κύκλον. Ἐδείχθη δὲ καὶ ἐλάσσονα. Ὅπερ ἄτοπον.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιε'.

Παντὸς κώνου ἰσοσκελοῦς, χωρὶς τῆς βάσεως, ἡ ἐπιφάνεια ἴση ἐστὶ κύκλῳ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου μέσον λόγον ἔχει τῆς πλευρᾶς τοῦ κώνου, καὶ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου, ὅς ἐστι βάσις τοῦ κώνου.

Ἔστω κῶνος ἰσοσκελής, οὗ βάσις ὁ Α κύκλος· ἡ δὲ ἐκ τοῦ κέντρου ἔστω ἡ Γ. Τῇ δὲ πλευρᾷ τοῦ κώνου ἔστω ἴση ἡ Δ, τῶν δὲ Γ, Δ μέση ἀνάλογον ἡ Ε. Ὁ δὲ Β κύκλος ἐχέτω τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῇ Ε ἴσην. Λέγω ὅτι ὁ Β κύκλος ἐστὶν ἴσος τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου, χωρὶς τῆς βάσεως.

Εἰ γὰρ μή ἐστιν ἴσος, ἤτοι μείζων ἐστὶν ἢ ἐλάσσων. Ἔστω πρότερον ἐλάσσων. Ἔστι δὴ δύο μεγέθη ἄνισα, ἥτε ἐπιφάνεια τοῦ κώνου, καὶ ὁ Β κύκλος, καὶ μείζων ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κώνου. Δυνατὸν ἄρα, εἰς τὸν Β κύκλον πολύγωνον ἰσόπλευρον ἐγγράψαι, καὶ ἄλλο περιγράψαι ὅμοιον τῷ ἐγγεγραμμένῳ, ὥστε τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐλάσσονα λόγον ἔχειν, τοῦ ὃν ἔχει ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κώνου πρὸς τὸν Β κύκλον. Νοείσθω δὴ καὶ περὶ τὸν Α κύκλον πολύγωνον περιγεγραμμένον, ὅμοιον τῷ περὶ τὸν Β κύκλον περιγεγραμμένῳ· καὶ ἀπὸ τοῦ περὶ τὸν Α κύκλον περιγεγραμμένου πολυγώνου πυραμὶς ἀνεστάτω ἀναγεγραμμένη, τὴν αὐτὴν κορυφὴν ἔχουσα τῷ κώνῳ. Ἐπεὶ οὖν ὅμοιά ἐστι τὰ πολύγωνα τὰ περὶ τοὺς Α, Β κύκλους περιγεγραμμένα, τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον πρὸς ἄλληλα, ὃν αἱ ἐκ τῶν κέντρων δυνάμει πρὸς ἀλλήλας· τουτέστιν, ὃν ἔχει ἡ Γ πρὸς Ε δυνάμει, τουτέστιν ἡ Γ πρὸς Δ μήκει. Ὃν δὲ λόγον ἔχει ἡ Γ πρὸς Δ μήκει, τοῦτον ἔχει τὸ περιγεγραμμένον πολύγωνον περὶ τὸν Α κύκλον, πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς πυραμίδος τῆς περιγεγραμμένης περὶ τὸν κῶνον. Ἡ μὲν γὰρ Γ ἴση ἐστὶ τῇ ἀπὸ τοῦ κέντρου καθέτῳ ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου, ἡ * δὲ Δ τῇ πλευρᾷ τοῦ κώνου. Κοινὸν δὲ ὕψος ἡ περίμετρος τοῦ πολυγώνου, πρὸς τὰ ἡμίση τῶν ἐπιφανειῶν. Τὸν αὐτὸν ἄρα λόγον ἔχει τὸ εὐθύγραμμον τὸ περὶ τὸν Α κύκλον πρὸς τὸ εὐθύγραμμον τὸ περὶ τὸν Β κύκλον, καὶ αὐτὸ τὸ εὐθύγραμμον πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς πυραμίδος * περιγεγραμμένης περὶ τὸν κῶνον. Ὥστε ἴση ἐστὶ ἡ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος τῷ εὐθυγράμμῳ τῷ περὶ τὸν Β κύκλον περιγεγραμμένῳ. Ἐπεὶ οὖν ἐλάσσονα λόγον ἔχει τὸ εὐθύγραμμον τὸ περὶ τὸν Β κύκλον, περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον, ἤπερ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κώνου πρὸς τὸν Β κύκλον, ἐλάσσονα λόγον



* δὲ ex MS.

matis ad ſuperficiem cylindri majorem rationem habet, quam rectilineum circulo inſcriptum ad circulum. Demonſtratum autem eſt rationem habere etiam minorem. Quod eſt abſurdum.

PROP. XV. Theor.

Cujuſlibet coni iſoſcelis, excepta baſe, ſuperficies æqualis eſt circulo, cujus ea, quæ ex centro, media proportionalis eſt inter coni latus, eamque, quæ ex centro circuli, qui coni eſt baſis.

Sit conus iſoſceles, cujus baſis circulus A; ſitque ea, quæ ex centro, Γ. Lateri autem coni æqualis ſit Δ; mediaque inter Γ, Δ proportionalis E. Denique circulus B habeat eam, quæ ex centro, ipſi E æqualem. Dico circulum B coni ſuperficiei, excepta baſe, æqualem eſſe.

Si enim non eſt æqualis, aut major eſt, aut minor. Sit primo minor. Duæ autem ſunt magnitudines inæquales, ſuperficies coni, et circulus B, majorque coni ſuperficies. Fieri igitur poteſt, ut circulo B polygonum æquilaterum inſcribatur, inſcriptoque ſimile aliud item circumſcribatur, ita ut circumſcriptum ad inſcriptum minorem rationem habeat, quam ſuperficies coni ad circulum B. Intelligatur circumſcriptum etiam eſſe circulo A polygonum ei ſimile, quod circulo B circumſcriptum eſt; atque excitetur a polygono circulo A circumſcripto pyramis eumdem ac conus verticem habens. Quoniam igitur, quæ circulis A, B circumſcripta ſunt, polygona ſimilia ſunt, eamdem inter ſe invicem rationem habent, quam eæ, quæ ex centris, poteſtate; hoc eſt quam Γ habet ad E poteſtate; ſive Γ ad Δ longitudine. Quam autem rationem habet Γ ad Δ longitudine, hanc habet circumſcriptum circulo A polygonum ad ſuperficiem piramidis cono circumſcriptam. Nam Γ quidem æqualis eſt normali, quæ a centro ad unum polygoni latus ducitur; Δ vero lateri coni. Communis autem ſuperficierum altitudo, quarum dimidia ſunt, circumſcriptum circulo A polygonum, et ſuperficies pyramidis cono circumſcriptæ, eſt polygoni ambitus. Eamdem igitur rationem habet circumſcriptum circulo A rectilineum ad rectilineum circulo B circumſcriptum, quam idem rectilineum ad ſuperficiem pyramidis cono circumſcriptæ. Quare ſuperficies pyramidis rectilineo circulo B circumſcripto æqualis eſt. Quoniam igitur minorem rationem habet circumſcriptum circulo B rectilineum ad inſcriptum, quam ſuperficies coni ad

* τῆς περιγεγραμμένης

circulum B; minorem utique rationem habebit ſuperficies pyramidis cono circumſcriptæ ad rectilineum circulo B inſcriptum, quam ſuperficies coni ad circulum B: quod fieri non poteſt. Nam ſuperficies quidem pyramidis major eſt, quemadmodum demonſtravimus, coni ſuperficie; rectilineum vero circulo B inſcriptum minus eſt circulo B. Non eſt igitur minor circulus B coni ſuperficie. Dico autem neque majorem eſſe. Sit enim, ſi fieri poteſt, major. Ac rurſus intelligatur polygonum circulo B inſcriptum, itemque aliud circumſcriptum eſſe, ita ut circumſcriptum ad inſcriptum minorem rationem habeat, quam circulus B ad coni ſuperficiem. Intelligatur item inſcriptum eſſe circulo A polygonum ei ſimile, quod circulo B inſcriptum eſt; atque excitetur ab eodem pyramis eumdem ac conus verticem habens. Quoniam igitur, quæ circulis A, B inſcripta ſunt, rectilinea ſimilia ſunt, eamdem inter ſe invicem rationem habent, quam eæ quæ ex centris, poteſtate. Eamdem igitur rationem habet polygonum ad polygonum, quam Γ ad Δ longitudine. Habet autem Γ ad Δ majorem rationem, quam polygonum circulo A inſcriptum ad ſuperficiem pyramidis cono inſcriptæ. Nam ea, quæ ex centro circuli A majorem ad coni latus rationem habet, quam recta, quæ a centro ad unum polygoni latus normalis ducitur, ad rectam quæ ducitur normalis a coni vertice ad latus item polygoni. Habet igitur majorem rationem polygonum circulo A inſcriptum ad polygonum inſcriptum circulo B, quam idem polygonum ad pyramidis ſuperficiem. Major eſt igitur ſuperficies pyramidis polygono circulo B inſcripto. Habet autem minorem rationem circumſcriptum circulo B polygonum ad inſcriptum, quam circulus B ad ſuperficiem coni. Habet igitur multo magis circumſcriptum circulo B polygonum ad ſuperficiem pyramidis cono inſcriptæ minorem rationem, quam circulus B ad coni ſuperficiem, quod fieri non poteſt. Nam circumſcriptum quidem polygonum majus eſt circulo B; ſuperficies vero pyramidis cono inſcriptæ minor eſt coni ſuperficie. Neque igitur major eſt circulus B coni ſuperficie. Demonſtratum eſt autem neque minorem eſſe. Igitur eſt æqualis.

ἕξει ἡ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος τῆς περὶ τὸν κῶνον περιγεγραμμένης, πρὸς τὸ εὐθύγραμμον τὸ ἐν τῷ B κύκλῳ ἐγγεγραμμένον, ἤπερ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κώνου πρὸς τὸν B κύκλον· ὅπερ ἀδύνατον. Ἡ μὲν γὰρ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος μείζων οὖσα δέδεικται τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου· τὸ δὲ ἐγγεγραμμένον εὐθύγραμμον ἐν τῷ B κύκλῳ, ἔλασσόν ἐστι τοῦ B κύκλου. Οὐκ ἄρα ὁ B κύκλος ἐλάσσων ἐστὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου. Λέγω δὴ ὅτι οὐδὲ μείζων. Εἰ γὰρ δυνατόν ἐστιν, ἔστω μείζων. Πάλιν δὴ νοείσθω εἰς τὸν B κύκλον πολύγωνον ἐγγεγραμμένον, καὶ ἄλλο περιγεγραμμένον, ὥστε τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐλάσσονα λόγον ἔχειν, τοῦ ὃν ἔχει ὁ B κύκλος πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ κώνου· καὶ εἰς τὸν A κύκλον νοείσθω ἐγγεγραμμένον πολύγωνον, ὅμοιον τῷ εἰς τὸν B κύκλον ἐγγεγραμμένῳ· καὶ ἀναγεγράφθω ἀπ' αὐτοῦ πυραμὶς τὴν αὐτὴν κορυφὴν ἔχουσα τῷ κώνῳ. Ἐπεὶ οὖν ὅμοιά ἐστι τὰ ἐν [q] τοῖς A, B ἐγγεγραμμένα, τὸν αὐτὸν ἕξει λόγον πρὸς ἄλληλα, ὃν αἱ ἐκ τῶν κέντρων δυνάμει πρὸς ἀλλήλας. Τὸν αὐτὸν ἄρα λόγον ἔχει τὸ πολύγωνον πρὸς τὸ πολύγωνον, καὶ ἡ Γ πρὸς τὴν Δ μήκει. Ἡ δὲ Γ πρὸς τὴν Δ μείζονα λόγον ἔχει, ἢ τὸ πολύγωνον τὸ ἐν τῷ A κύκλῳ ἐγγεγραμμένον πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς πυραμίδος τῆς ἐγγεγραμμένης εἰς τὸν κῶνον. Ἡ γὰρ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ A κύκλου πρὸς [r] τὴν πλευρὰν τοῦ κώνου, μείζονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ ἀπὸ τοῦ κέντρου ἀγομένη κάθετος ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου [s] πρὸς τὴν ἐπὶ τὴν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου, κάθετον ἀγομένην ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ κώνου. Μείζονα ἄρα λόγον ἔχει τὸ πολύγωνον τὸ ἐν τῷ A κύκλῳ ἐγγεγραμμένον πρὸς τὸ πολύγωνον τὸ ἐν τῷ B ἐγγεγραμμένον, ἢ αὐτὸ τὸ πολύγωνον πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς πυραμίδος. Μείζων ἄρα ἐστὶν ἡ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος, τοῦ ἐν τῷ B πολυγώνου ἐγγεγραμμένου. Ἐλάσσονα δὲ λόγον ἔχει τὸ πολύγωνον τὸ περὶ τὸν B κύκλον περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον, ἢ ὁ B κύκλος πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ κώνου. Πολλῷ ἄρα τὸ πολύγωνον τὸ περὶ τὸν B κύκλον περιγεγραμμένον πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς πυραμίδος τῆς ἐν τῷ κώνῳ ἐγγεγραμμένης ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἢ ὁ B κύκλος πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ κώνου, ὅπερ ἀδύνατον. Τὸ μὲν γὰρ περιγεγραμμένον πολύγωνον μεῖζόν ἐστι τοῦ B κύκλου· ἡ δὲ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος τῆς ἐν τῷ κώνῳ, ἐλάσσων ἐστὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου. Οὐκ [t] ἄρα οὐδὲ μείζων ἐστὶν ὁ κύκλος B τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου. Ἐδείχθη δὲ ὅτι οὐδὲ ἐλάσσων. Ἴσος ἄρα.

EUTOCIUS.

Γ vero ad Δ majorem rationem habet, quam polygonum circulo A inſcriptum ad ſuperficiem pyramidis cono inſcriptæ. Quæ enim ex centro circuli, hæc ad coni latus majorem rationem habet, quam quæ a centro circuli ad polygoni latus normalis ducitur, ad eam, quæ

Ἡ δὲ Γ πρὸς τὴν Δ μείζονα λόγον ἔχει, ἢ τὸ πολύγωνον τὸ ἐν τῷ A κύκλῳ ἐγγεγραμμένον, πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς πυραμίδος τῆς ἐγγεγραμμένης εἰς τὸν κῶνον. Ἡ γὰρ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου πρὸς τὴν πλευρὰν τοῦ κώνου μείζονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ ἀπὸ τοῦ κέντρου κάθετος ἀγομένη ἐπὶ μίαν πλευ-

[q] ταῖς A B κύκλοις [r] τὸν ex MS. [s] πρὸς τὴν ἐπὶ τὴν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου in MS. deſunt. [t] ἄρα ex MS.

ρὰς τοῦ πολυγώνου, πρὸς τὴν ὅσα τὴν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου κάθετον ἀγομένην ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ κώνου. [a] Νοείσθω γὰρ χωρὶς ἡ ἐν τῷ ῥητῷ καταγραφῇ, καὶ εἰς τὸν Α κύκλον ἐγγεγραμμένον πολύγωνον τὸ ΖΘΚ· καὶ ἀπὸ τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου τοῦ Α, ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου τὴν ΘΚ, κάθετος ἤχθω ἡ ΑΗ. Φανερὸν δὴ ὅτι τὸ ὑπὸ τῆς περιμέτρου τοῦ πολυγώνου, καὶ τῆς ΑΗ διπλάσιόν ἐστι τοῦ πολυγώνου. Νοείσθω δὴ καὶ ἡ τοῦ κώνου κορυφὴ τὸ Λ σημεῖον, καὶ ἀπὸ τοῦ Λ ἐπὶ τὸ Η ἐπεζευγμένη [b] ἡ ΛΗ ἡ κάθετος γίνεται ἐπὶ τὴν ΘΚ, ὡς ἐδείχθη ἐν τῷ λήμματι τοῦ θ' θεωρήματος. Ἐπεὶ οὖν ἰσόπλευρόν ἐστι τὸ ἐγγεγραμμένον πολύγωνον, ἔστι δὲ καὶ ἰσοσκελὴς ὁ κῶνος, αἱ ἀπὸ τοῦ Λ ἐφ' ἑκάστην τῶν πλευρῶν τοῦ πολυγώνου ἀγόμεναι κάθετοι, ἴσαι εἰσὶ τῇ ΛΗ. Ἑκάστη γὰρ αὐτῶν δύναται τό τε ἀπὸ τοῦ ἄξονος καὶ τὸ ἴσον τῇ ΑΗ. Διὰ δὴ ταῦτα καὶ τὸ ὑπὸ τῆς περιμέτρου τοῦ πολυγώνου καὶ τῆς ΛΗ, διπλάσιόν ἐστι τῆς ἐπιφανείας τῆς πυραμίδος. Τὸ γὰρ ὑφ' ἑκάστης πλευρᾶς, καὶ τῆς ἀπὸ τῆς κορυφῆς καθέτου ἐπ' αὐτὴν [c] ἀγομένης ἴσης τῇ ΛΗ, διπλάσιόν ἐστι τοῦ καθ' ἑαυτὴν τριγώνου. Ὥστε ἐστὶν ὡς ἡ ΛΗ πρὸς ΗΑ, οὕτως τὸ πολύγωνον πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς πυραμίδος, [d] κοινοῦ ὄντος τοῦ περιμέτρου τοῦ πολυγώνου [e] λαμβανομένου. Ἀχθείσης δὲ τῆς ΗΝ παρὰ τὴν ΜΛ, ἔσται ὡς ἡ ΑΜ πρὸς ΜΛ, ἡ ΑΗ πρὸς ΗΝ. Ἡ δὲ ΑΗ πρὸς ΗΝ μείζονα λόγον ἔχει, ἤπερ πρὸς τὴν ΗΛ· μείζων γὰρ ἡ ΛΗ τῆς ΗΝ. Καὶ ἡ ΑΜ ἄρα πρὸς ΜΛ, τουτέστιν ἡ Γ πρὸς τὴν Δ, μείζονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ ΑΗ πρὸς ΗΛ· τουτέστιν ἤπερ τὸ πολύγωνον πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς πυραμίδος.

ducitur a coni vertice ad latus item polygoni. Intelligatur enim figura, quæ huc pertinet, ſeorſum deſcripta eſſe; inſcriptumque circulo A polygonum ZΘK: et ducatur a centro circuli A ad polygoni latus ΘK normalis AH. Manifeſtum quidem eſt ſpatium, quod ſub polygoni ambitu, et ſub AH continetur, polygoni eſſe duplum. Itaque intelligatur coni vertex eſſe punctum Λ; junctaque a puncto Λ ad H ΛH, quæ normalis utique eſt ad ΘK; quemadmodum in lemmate noni theorematis demonſtratum eſt. Quoniam igitur inſcriptum polygonum æquilaterum, conuſque iſoſceles eſt; quæ a puncto Λ ad unumquodque polygoni latus normales ducuntur ipſi ΛH æquales ſunt. Harum enim unaquæque poteſt quadrata, quæ cum ab axe, tum a recta ipſi AH æquali deſcribuntur. Propterea et ſpatium, quod ſub polygoni ambitu, et ſub ΛH continetur, duplum eſt ſuperficiei pyramidis. Quod enim ſpatium ſub unoquoque latere, rectaque ipſi ΛH æquali, quæ a vertice ad ipſum latus ducitur, continetur; id duplum eſt trianguli, quod ſub ipſa conſtituitur. Quare ut ΛH ad HA, ita ſe habet polygonum, ad pyramidis ſuperficiem; ſumpto utique polygoni ambitu pro communi altitudine. Itaque ducta HN ipſi MΛ parallela; ut AM ad MΛ, ita ſe habebit AH ad HN. Habet autem AH ad HN majorem rationem, quam ad HΛ: major eſt enim ΛH quam HN. Habet igitur etiam AM ad MΛ; hoc eſt Γ ad Δ; majorem rationem, quam AH ad HΛ; hoc eſt quam polygonum ad pyramidis ſuperficiem.



ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιϛ'.

Παντὸς κώνου ἰσοσκελοῦς ἡ ἐπιφάνεια πρὸς τὴν βάσιν τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν ἡ πλευρὰ τοῦ κώνου πρὸς τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως τοῦ κώνου.

Ἔστω κῶνος ἰσοσκελής, οὗ βάσις ὁ Α κύκλος. Ἔστω δὲ τῇ μὲν ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Α, ἴση ἡ Β· τῇ δὲ πλευρᾷ τοῦ κώνου, ἡ Γ. Δεικτέον ὅτι τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κώνου πρὸς τὸν Α κύκλον, καὶ ἡ Γ πρὸς τὴν Β.

Εἰλήφθω γὰρ τῶν Β, Γ μέση ἀνάλογον ἡ Ε, καὶ ἐκκείσθω κύκλος ὁ Δ, ἴσην ἔχων τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῇ Ε. Ὁ Δ ἄρα κύκλος ἴσος ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου. Τοῦτο γὰρ ἐδείχθη ἐν τῷ πρὸ τούτου. Ἐδείχθη δὲ ὁ Δ κύκλος πρὸς τὸν Α κύκλον, λόγον ἔχων τὸν αὐτόν, τῷ τῆς Γ πρὸς Β μήκει. Ἑκάτερος γὰρ ὁ αὐτός ἐστι τῷ τῆς Ε πρὸς Β δυνάμει· διὰ [f] τὸ τοὺς κύκλους πρὸς ἀλλήλους εἶναι, ὡς τὰ ἀπὸ τῶν διαμέτρων τε-

PROP. XVI. Theor.

Cujuſlibet coni iſoſcelis ſuperficies eamdem ad baſim rationem habet, quam latus coni ad eam, quæ ex centro baſis coni.

Sit conus iſoſceles, cujus baſis circulus A. Sit autem ei quidem, quæ ex centro circuli A, æqualis B; lateri vero coni æqualis Γ. Oportet demonſtrare, coni ſuperficiem eamdem ad circulum A rationem habere, quam Γ ad B.



Sumatur enim media inter B, Γ proportionalis E; et ponatur circulus Δ habens eam, quæ ex centro, ipſi E æqualem. Æqualis eſt igitur circulus Δ coni ſuperficiei. Hoc enim in ſuperiore theoremate demonſtratum eſt. Demonſtratum eſt autem circulum Δ eamdem ad circulum A rationem habere, quam Γ ad B longitudine. Utraque enim ratio eadem eſt quæ ipſius E ad B poteſtate: eo quod circuli ſe


[a] νοείσθω [b] ἡ ΑΗ ὅτι κάθετος γάρ ἐστι ἐπὶ τὴν ΘΚ [c] ἀγομένης, ſic MS. [d] κοινῆς οὔσης [e] λαμβανομένης [f] ταῦτα

invicem habent, ut quadrata, quæ a diametris deſcribuntur; pariterque etiam ut quadrata, quæ deſcribuntur ab iis, quæ ex circulorum centris. Quod enim de diametris, idem etiam de eorum dimidiis dicendum eſt. At vero iis, quæ ex centris, ipſæ B, E æquales ſunt. Conſtat igitur ſuperficiem coni eamdem ad circulum A rationem habere, quam Γ ad B longitudine.

τράγωνα πρὸς ἄλληλα, ὁμοίως ᾗ καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ἐκ τῶν κέντρων τῶν κύκλων. Αἱ γὰρ αἱ διάμετροι, καὶ τὰ ἡμίση, τουτέστιν αἱ ἐκ τῶν κέντρων. Ταῖς δὲ ἐκ τῶν κέντρων ἴσαι εἰσὶν, αἱ Β, Ε. Δῆλον οὖν, ὅτι ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κώνου, πρὸς τὸν Α κύκλον τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν ἡ Γ πρὸς Β μήκει.

LEMMA.

Sit parallelogrammum B A H, ejuſque diameter B H. Secetur latus B A utcunque in puncto Δ: et ducatur per punctum Δ parallela ipſi A H, Δ Θ; et per punctum Z ipſi B A parallela, K Λ. Dico ſpatium, quod ſub B A, A H continetur, æquale eſſe ſpatio, quod continetur ſub B Δ, Δ Z; ſpatioque, quod continetur ſub Δ A, et utraque ſimul Δ Z, A H.



Quoniam enim ſpatium quidem, quod ſub B A, A H continetur, totum eſt ſpatium B H; ſpatium vero, quod continetur ſub B Δ, Δ Z, eſt ſpatium B Z; denique ſpatium, quod continetur ſub Δ A, et utraque ſimul Δ Z, A H, eſt gnomon M N Ξ: nam ſpatium, quod continetur ſub Δ A, A H æquale eſt ſpatio K H; eo quod complementum K Θ æquale eſt complemento Δ Λ: et ſpatium, quod continetur ſub Δ A, Δ Z, æquale eſt ſpatio Δ Λ. Ideo totum ſpatium B H, nempe illud, quod ſub B A, A H continetur, æquale eſt ſpatio, quod continetur ſub B Δ, Δ Z, et gnomoni M N Ξ; qui quidem ſpatio, quod ſub Δ A, et utraque ſimul A H, Δ Z continetur, æqualis eſt.

ΛΗΜΜΑ.

Ἔστω παραλληλόγραμμον τὸ ΒΑΗ, καὶ διάμετρος αὐτοῦ ἔστω ἡ ΒΗ. Τετμήσθω ἡ ΒΑ πλευρὰ ὡς ἔτυχεν κατὰ τὸ Δ, καὶ διὰ τοῦ Δ ἤχθω παράλληλος τῇ ΑΗ, ἡ ΔΘ· διὰ δὲ τοῦ Ζ τῇ ΒΑ, ἡ ΚΛ. Λέγω ὅτι τὸ ὑπὸ ΒΑ, ΑΗ ἴσον ἐστὶ τῷ τε ὑπὸ ΒΔ, ΔΖ, [b] καὶ ὑπὸ ΔΑ, καὶ συναμφοτέρου τῆς [c] ΔΖ, ΑΗ. Ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν ὑπὸ ΒΑ, ΑΗ, ὅλον ἐστὶ τὸ ΒΗ· τὸ δὲ ὑπὸ ΒΔ, ΔΖ, τὸ ΒΖ· τὸ δὲ ὑπὸ ΔΑ, καὶ συναμφοτέρου τῆς ΔΖ, ΑΗ, ὁ ΜΝΞ γνώμων· τὸ μὲν γὰρ ὑπὸ ΔΑ, ΑΗ, ἴσον ἐστὶ τῷ ΚΗ· διὰ τὸ ἴσον εἶναι τὸ ΚΘ παραπλήρωμα, τῷ ΔΛ παραπληρώματι· τὸ δὲ ὑπὸ ΔΑ, ΔΖ, τῷ ΔΛ. Ὅλον ἄρα τὸ ΒΗ, ὅπερ ἐστὶ τὸ ΒΑ, ΑΗ, ἴσον ἐστὶ τῷ τε ὑπὸ ΒΔ, ΔΖ, καὶ τῷ ΜΝΞ γνώμονι, ὅς ἐστιν ἴσος τὸ ὑπὸ ΔΑ, καὶ συναμφοτέρου τῆς ΑΗ, ΔΖ.

EUTOCIUS.

Et quoniam ſpatium, quod ſub B A, A H continetur, æquale eſt tum ſpatio, quod continetur ſub B Δ, Δ Z, tum ſpatio, quod continetur ſub A Δ, et utraque ſimul Δ Z, A H; eo quod Δ Z parallela eſt ipſi A H. Quoniam enim Δ Z ipſi A H eſt parallela; ut B A ad A H, ita ſe habet B Δ ad Δ Z. Propterea ſpatium, quod ſub extremis B A, Δ Z continetur, ſpatio æquale eſt, quod continetur ſub mediis B Δ, A H. Quod autem ſpatium ſub B A, Δ Z continetur, id, per primum theorema ſecundi Elementorum libri, æquale eſt ſpatio, quod continetur ſub B Δ, Δ Z; et ſpatio, quod continetur ſub A Δ, Δ Z. Igitur etiam ſpatium, quod continetur ſub B Δ, A H, æquale eſt ſpatio, quod continetur ſub B Δ, Δ Z; et ſpatio, quod continetur ſub A Δ, Δ Z. Commune addatur ſpatium, quod ſub Δ A, A H continetur. Igitur ſpatium, quod ſub B Δ, A H continetur, una cum ſpatio, quod continetur ſub Δ A, A H; quod quidem illud eſt, quod ſub B A, A H continetur; æquale eſt ſpatio, quod continetur ſub B Δ, Δ Z; et ſpatio, quod continetur ſub A Δ, Δ Z; et adhuc ſpatio, quod continetur ſub A Δ, A H.

Καὶ ἐπεὶ τὸ ὑπὸ τῶν ΒΑ, ΑΗ, ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΒΔ, ΔΖ, καὶ τῷ ὑπὸ τῆς ΑΔ, καὶ συναμφοτέρου τῆς ΔΖ, ΑΗ, διὰ τὸ παράλληλον εἶναι τὴν ΔΖ τῇ ΑΗ. Ἐπεὶ γὰρ παράλληλός ἐστιν ἡ ΔΖ τῇ ΑΗ, ἐστὶν ὡς ἡ ΒΑ πρὸς ΑΗ, ἡ ΒΔ πρὸς ΔΖ. Καὶ διὰ τοῦτο τὸ ὑπὸ τῶν ἄκρων τῶν ΒΑ, ΔΖ, ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν μέσων τῶν ΒΔ, ΑΗ. Ἀλλὰ τὸ ὑπὸ τῶν ΒΑ, ΔΖ, ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΒΔ, ΔΖ, καὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΑΔ, ΔΖ· διὰ τὸ πρῶτον θεώρημα τοῦ β´ βιβλίου τῶν Στοιχειώσεων. Καὶ τὸ ὑπὸ τῶν ΒΔ, ΑΗ ἄρα ἴσον ἐστὶ τῷ τε ὑπὸ ΒΔ, ΔΖ, καὶ τῷ ὑπὸ ΑΔ, ΔΖ. Κοινὸν προσκείσθω τὸ ὑπὸ ΔΑ, ΑΗ. Τὸ ἄρα ὑπὸ ΒΔ, ΑΗ, μετὰ τοῦ ὑπὸ ΔΑ, ΑΗ, ὅπερ ἐστὶ τὸ ὑπὸ ΒΑ, ΑΗ, ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΒΔ, ΔΖ, καὶ τῷ ὑπὸ ΑΔ, ΔΖ, καὶ ἔτι τῷ ὑπὸ ΑΔ, ΑΗ.

PROP. XVII. Theor.

Si conus iſoſceles plano ſecetur baſi parallelo, coni ſuperficiei, quæ inter parallela plana inter-

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιζ´.


Ἐὰν κῶνος ἰσοσκελὴς ἐπιπέδῳ τμηθῇ παραλλήλῳ τῇ βάσει, τῇ μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων

[b] καὶ τῷ ὑπὸ

[c] ΔΖΑΛ

[a] ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου, ἴσος ἐςὶ κύκλος, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου μέσον λόγον ἔχει τῆς τε πλευρᾶς τοῦ κώνου, τῆς μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων, καὶ τῆς ἴσης ἀμφοτέραις ταῖς ἐκ τῶν κέντρων τῶν κύκλων, τῶν ἐν τοῖς παραλλήλοις ἐπιπέδοις.

jicitur, æqualis eſt circulus, cujus ea, quæ ex centro, media proportionalis eſt inter coni latus, quod interjicitur inter parallela plana, et rectam utrique earum æqualem, quæ ex centris circulorum, qui in parallelis ſunt planis.



Ἔστω κῶνος, οὗ τὸ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον ἴσον τῷ Α Β Γ, καὶ τετμήσθω παραλλήλῳ ἐπιπέδῳ τῇ βάσει, καὶ ποιείτω τομὴν τὴν Δ Ε· ἄξων δὲ τοῦ κώνου ἔςω Β Η. Κύκλος δέ τις ἐκκείσθω, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου μέση ἀνάλογόν ἐςι τῆς τε Α Δ, καὶ συναμφοτέρου τῆς Δ Ζ, Η Α. Ἔςω δὲ κύκλος ὁ Θ. Λέγω ὅτι ὁ Θ κύκλος ἴσος ἐςὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου, τῇ μεταξὺ τῶν Δ Ε, Α Γ.

Ἐκκείσθωσαν γὰρ κύκλοι οἱ Λ, Κ. Καὶ τοῦ μὲν Κ κύκλου ἡ ἐκ τοῦ κέντρου, δυνάσθω τὸ ὑπὸ Β Δ, Δ Ζ, τοῦ δὲ Λ, ἡ ἐκ τοῦ κέντρου, δυνάσθω τὸ ὑπὸ Β Α, Α Η. Ὁ μὲν ἄρα Λ κύκλος ἴσος ἐςὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ Α Β Γ κώνου· ὁ δὲ Κ κύκλος ἴσος ἐςὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ Δ Ε Β. Καὶ ἐπεὶ τὸ ὑπὸ τῶν Β Α, Α Η, ἴσον ἐςὶ τῷ τε ὑπὸ τῶν Β Δ, Δ Ζ, καὶ τῷ ὑπὸ τῆς Α Δ, καὶ συναμφοτέρου τῆς Δ Ζ, Α Η, διὰ τὸ παράλληλον εἶναι τὴν Δ Ζ τῇ Α Η· ἀλλὰ τὸ μὲν ὑπὸ Α Β, Α Η δύναται ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Λ κύκλου· τὸ δὲ ὑπὸ Β Δ, Δ Ζ δύναται ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Κ κύκλου· τὸ δὲ ὑπὸ τῆς Δ Α, καὶ συναμφοτέρου τῆς Δ Ζ, Α Η δύναται ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Θ. Τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Λ κύκλου, ἴσον ἐςὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ἐκ τῶν κέντρων τῶν Κ, Θ κύκλων. Ὥςε καὶ ὁ Λ κύκλος ἴσος ἐςὶ τοῖς Κ, Θ κύκλοις. Ἀλλ' ὁ μὲν Λ ἴσος ἐςὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ Β Α Γ κώνου. Ὁ δὲ Κ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ Δ Β Ε κώνου. Λοιπὴ ἄρα ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κώνου ἡ μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν Δ Ε, Α Γ, ἴση ἐςὶ τῷ Θ κύκλῳ.

Sit conus, cujus triangulum, quod per axem agitur, triangulo A B Γ æquale ſit; et ſecetur plano baſi parallelo, quod ſectionem faciat Δ E: ſitque coni axis B H. Ponatur autem quidam circulus, cujus ea, quæ ex centro, media ſit proportionalis inter A Δ, et utramque ſimul Δ Z, H A. Atque hic quidem circulus ſit Θ. Dico, circulum Θ coni ſuperficiei, quæ inter Δ E, A Γ interjicitur, æqualem eſſe.

Ponantur enim circuli Λ, K. Atque ea quidem, quæ ex centro circuli K, poſſit ſpatium, quod ſub B Δ, Δ Z continetur; quæ vero ex centro circuli Λ, ſpatium poſſit, quod continetur ſub B A, A H. Igitur circulus Λ æqualis eſt ſuperficiei coni A B Γ; et circulus K æqualis eſt ſuperficiei coni Δ E B. Et quoniam ſpatium, quod ſub B A, A H continetur, æquale eſt ſpatio, quod continetur ſub B Δ, Δ Z, ſpatio quo, quod continetur ſub A Δ, et utraque ſimul Δ Z, A H; eo quod Δ Z ipſi A H eſt parallela; ac ſpatium quidem, quod ſub A B, A H continetur, ea poteſt quæ ex centro circuli Λ; ſpatium vero, quod continetur ſub B Δ, Δ Z, ea poteſt, quæ ex centro circuli K; denique ſpatium, quod continetur ſub Δ A, et utraque ſimul Δ Z, A H, ea poteſt, quæ ex centro circuli Θ. Ideo quadratum, quod ab ea deſcribitur, quæ ex centro circuli Λ, æquale eſt quadratis, quæ deſcribuntur ab iis, quæ ex centris circulorum K, Θ. Quare etiam circulus Λ æqualis eſt circulis K, Θ. Æqualis eſt autem circulus quidem Λ ſuperficiei coni B A Γ; circulus vero K ſuperficiei coni Δ B E. Reliqua igitur, quæ inter parallela plana Δ E, A Γ interjicitur, coni ſuperficies circulo Θ eſt æqualis.

[a] τῇ ἐπιφανείᾳ.

LEMMATA.

1. Coni, qui æquales habuerint altitudines, eamdem quam baſes rationem habent. Et qui baſes habuerint æquales, eamdem quam altitudines habent rationem.

2. Si cylindrus plano ſecetur baſi parallelo, ut cylindrus ad cylindrum, ita ſe habet axis ad axem.

3. Coni eamdem quam cylindri rationem habent, qui eamdem ac cylindri baſim habuerint.

4. Æqualium conorum reciprocantur baſes, et altitudines. Et quorum baſes, et altitudines reciprocantur, hi ſunt æquales.

5. Et coni, quorum, quæ in baſibus ſunt, diametri eamdem quam axes, hoc eſt altitudines, rationem habuerint, rationem habent inter ſe invicem triplam rationis diametrorum, quæ ſunt in baſibus.

Hæc autem omnia ab iis, qui ante nos fuerunt, demonſtrata ſunt.

ΛΗΜΜΑΤΑ.

α΄. Οἱ κῶνοι οἱ ἴσον ὕψος ἔχοντες, τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον ταῖς [e] βάσεσι. [f] Καὶ οἱ ἴσας ἔχοντες βάσεις, τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον τοῖς ὕψεσιν.

β΄. Ἐὰν κύλινδρος ἐπιπέδῳ τμηθῇ παρὰ τὴν βάσιν, ἔστιν ὁ κύλινδρος πρὸς τὸν κύλινδρον, [g] ὡς ὁ ἄξων πρὸς τὸν ἄξονα.

γ΄. Τοῖς δὲ κυλίνδροις ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ εἰσὶν οἱ κῶνοι, οἱ ἔχοντες τὰς αὐτὰς βάσεις τοῖς κυλίνδροις.

δ΄. [h] Καὶ τῶν ἴσων κώνων ἀντιπεπόνθασιν αἱ βάσεις τοῖς ὕψεσι. Καὶ ὧν ἀντιπεπόνθασιν αἱ βάσεις τοῖς ὕψεσιν, ἴσοι εἰσί.


ε΄. Καὶ οἱ κῶνοι ὧν αἱ διάμετροι τῶν βάσεων, τὸν αὐτὸν λόγον ἔχουσι τοῖς ἄξοσι, τουτέστι τοῖς ὕψεσι, πρὸς [i] ἀλλήλας ἐν τριπλασίονι λόγῳ εἰσὶ τῶν ἐν ταῖς βάσεσι διαμέτρων.

Ταῦτα δὲ πάντα ὑπὸ τῶν πρότερον ἀπεδείχθη.

PROP. XVIII. Theor.

Si duo ſint coni iſoſceles, et alterius quidem ſuperficies alterius baſi æqualis ſit; quæ autem a centro baſis ad coni latus normalis ducitur, æqualis ſit altitudini, coni æquales erunt.

Sint duo coni iſoſceles ΑΒΓ, ΔΕΖ: et coni quidem ΑΒΓ baſis ſuperficiei coni ΔΕΖ æqualis ſit; altitudo autem ΑΗ æqualis ſit rectæ ΚΘ, quæ a baſis centro Θ ad unum coni latus, puta ΔΕ, normalis ducitur: dico conos æquales eſſe.



Quoniam enim æqualis eſt coni ΑΒΓ baſis ſuperficiei coni ΔΕΖ, et quæ æqualia ſunt, ea ad idem eamdem habent rationem; ideo ut coni ΒΑΓ baſis ad baſim coni ΔΕΖ, ita ſe habet ſuperficies coni ΔΕΖ ad baſim coni ΔΕΖ. Ut autem ſuperficies ad propriam baſim, ita ſe habet ΔΘ ad ΘΚ. Demonſtratum eſt enim, cujuſlibet coni iſoſcelis ſuperficiem eamdem ad baſim rationem habere, quam coni latus ad eam, quæ ex centro baſis; hoc eſt quam ΔΕ ad ΕΘ. Præterea ut ΕΔ ad ΘΕ, ita ſe habet ΔΘ ad ΘΚ. Æquiangula enim ſunt triangula. Æqualiſque ΘΚ ipſi ΑΗ. Ut igitur coni ΒΑΓ baſis ad baſim coni ΔΕΖ, ita ſe habet coni ΔΕΖ altitudo ad altitudinem coni ΑΒΓ. Conorum igitur ΑΒΓ, ΔΕΖ baſes, et altitudines reciprocantur. Eſt igitur conus ΒΑΓ cono ΔΕΖ æqualis.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιη΄.

Ἐὰν ὦσι δύο κῶνοι ἰσοσκελεῖς, ἡ δὲ τοῦ ἑτέρου κώνου ἐπιφάνεια ἴση ᾖ τῇ τοῦ ἑτέρου βάσει, ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως ἐπὶ τὴν πλευρὰν τοῦ κώνου κάθετος ἀγομένη τῷ ὕψει ἴση ᾖ, ἴσοι ἔσονται οἱ κῶνοι.

Ἔστωσαν δύο κῶνοι ἰσοσκελεῖς, οἱ ΑΒΓ, ΔΕΖ· καὶ τοῦ ΑΒΓ ἡ μὲν βάσις ἴση ἔστω τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΔΕΖ· τὸ δὲ ὕψος τὸ ΑΗ, ἴσον ἔστω τῇ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως τοῦ Θ, ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ κώνου, οἷον ἐπὶ τὴν ΔΕ [k] καθέτῳ ἠγμένῃ τῇ ΚΘ· λέγω ὅτι ἴσοι εἰσὶν οἱ κῶνοι.

Ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ βάσις τοῦ ΑΒΓ, τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΔΕΖ, τὰ δὲ ἴσα πρὸς τὸ αὐτὸ τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὡς ἄρα ἡ τοῦ ΒΑΓ βάσις, πρὸς τὴν τοῦ ΔΕΖ βάσιν, [l] οὕτως ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ΔΕΖ πρὸς τὴν βάσιν τοῦ ΔΕΖ. Ἀλλ' ὡς ἡ ἐπιφάνεια πρὸς τὴν ἰδίαν βάσιν, [m] οὕτως ἡ ΔΘ πρὸς τὴν ΘΚ. Ἐδείχθη γὰρ τοῦτο, ὅτι παντὸς κώνου ἰσοσκελοῦς ἡ ἐπιφάνεια πρὸς τὴν βάσιν τὸν αὐτὸν λόγον ἔχει, ὃν ἡ πλευρὰ τοῦ πρὸς τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως, τουτέστι ἡ ΔΕ πρὸς ΕΘ. Ὡς δὲ ἡ ΕΔ πρὸς ΘΕ, οὕτως ἡ ΔΘ πρὸς ΘΚ. Ἰσογώνια γάρ ἐστι τὰ τρίγωνα. Ἴση δὲ ἐστὶν ἡ ΘΚ τῇ ΑΗ. Ὡς ἄρα ἡ βάσις τοῦ ΒΑΓ, πρὸς τὴν βάσιν τοῦ ΔΕΖ, [n] οὕτως τὸ ὕψος τοῦ ΔΕΖ πρὸς τὸ ὕψος τοῦ ΑΒΓ. [o] Τῶν ΑΒΓ, ΔΕΖ ἄρα ἀντιπεπόνθασιν αἱ βάσεις τοῖς ὕψεσιν. Ἴσος ἄρα ἐστὶ ὁ ΒΑΓ τῷ ΔΕΖ κώνῳ.

[e] ὕψεσιν [f] καὶ οἱ ἴσας ἔχοντες βάσεις τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον τοῖς ὕψεσιν in MS. deſunt. [g] In MS. ὡς deeſt. [h] καὶ τῶν ἴσων κώνων [i] ἀλλήλων [k] κάθετον [l] αἱ ἐπιφάνεια [m] αἱ ἡ ΕΘ [n] αἱ τὸ ὕψος [o] τοῦ

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιθ'.


Παντὶ ῥόμβῳ ἐξ ἰσοσκελῶν κώνων συγκειμένῳ, ἴσος ἐστὶ κῶνος, ὁ βάσιν μὲν ἔχων ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ἑτέρου κώνου τῶν περιεχόντων τὸν ῥόμβον, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ ἑτέρου κώνου καθέτῳ ἀγομένῃ ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ ἑτέρου κώνου.

Ἔστω ῥόμβος ἐξ ἰσοσκελῶν κώνων συγκείμενος ὁ ΑΒΓΔ, οὗ βάσις ὁ περὶ διάμετρον τὴν ΒΓ κύκλος, ὕψος δὲ τὸ ΑΔ. Ἐκκείσθω δέ τις ἕτερος ὁ ΗΘΚ, τὴν μὲν βάσιν ἔχων τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΑΒΓ κώνου ἴσην, τὸ δὲ ὕψος ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ Δ σημείου καθέτῳ ἐπὶ τὴν ΑΒ, ἢ τὴν ἐπ' εὐθείας αὐτῇ ἠγμένῃ. Ἔστω δὲ ἡ ΔΖ, τὸ δὲ ὕψος τοῦ ΘΗΚ κώνου, ἔστω τὸ ΘΛ, ἴσον δή ἐστι τὸ ΘΛ τῇ ΔΖ. Λέγω ὅτι ἴσος ἐστὶν ὁ κῶνος τῷ ῥόμβῳ.

PROP. XIX. Theor.

Cuilibet ex iſoſcelibus conis compoſito rhombo æqualis eſt conus, qui baſim quidem habeat alterius ex conis, qui rhombum componunt, ſuperficiei æqualem; altitudinem vero æqualem rectæ, quæ ab alterius coni vertice ad unum coni alterius latus normalis ducitur.

Sit rhombus ex iſoſcelibus conis compoſitus ΑΒΓΔ, cujus baſis circulus, qui circa diametrum ΒΓ deſcribitur, et altitudo ΑΔ. Ponatur autem alius quidam conus ΗΘΚ baſim quidem habens ſuperficiei coni ΑΒΓ æqualem, altitudinem vero æqualem rectæ, quæ a puncto Δ ad ΑΒ, aut eam, quæ ipſi in directo jacet, normalis ducitur. Ea ſit ΔΖ; et coni ΘΗΚ altitudo ſit ΘΛ, quæ quidem ipſi ΔΖ æqualis eſt. Dico conum rhombo æqualem eſſe.



Ἐκκείσθω γὰρ ἕτερος κῶνος ὁ ΜΝΞ, τὴν μὲν βάσιν ἔχων ἴσην τῇ βάσει τοῦ ΑΒΓ κώνου, τὸ δὲ ὕψος ἴσον τῇ ΑΔ. Καὶ ἔστω τὸ ὕψος αὐτοῦ τὸ ΝΟ. Ἐπεὶ οὖν ἡ ΝΟ, τῇ ΑΔ ἴση ἐστὶν, ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΝΟ πρὸς ΔΕ, [p] οὕτως ἡ ΑΔ πρὸς ΔΕ. Ἀλλ' ὡς μὲν ἡ ΑΔ πρὸς ΔΕ, οὕτως ὁ ΑΒΓΔ ῥόμβος πρὸς τὸν ΒΓΔ κῶνον. Ὡς δὲ ἡ ΝΟ πρὸς τὴν ΔΕ, οὕτως ὁ ΜΝΞ κῶνος πρὸς τὸν ΒΓΔ κῶνον, διὰ τὸ τὰς βάσεις αὐτῶν εἶναι ἴσας. Ὡς ἄρα ὁ ΜΝΞ κῶνος, πρὸς τὸν ΒΓΔ κῶνον, οὕτως ὁ ΑΒΓΔ ῥόμβος, πρὸς τὸν ΒΓΔ κῶνον. Ἴσος ἄρα ἐστὶν ὁ ΜΝΞ, τῷ ΑΒΓΔ ῥόμβῳ. Καὶ ἐπεὶ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ΑΒΓ, ἴση ἐστὶ τῇ βάσει τοῦ ΗΘΚ· ὡς ἄρα ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ΑΒΓ, πρὸς τὴν ἰδίαν βάσιν, οὕτως ἡ βάσις τοῦ ΗΘΚ πρὸς τὴν βάσιν τοῦ ΜΝΞ. Ἡ γὰρ βάσις τοῦ ΑΒΓ ἴση ἐστὶ τῇ βάσει τοῦ ΜΝΞ. Ὡς δὲ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ΑΒΓ πρὸς τὴν ἰδίαν βάσιν, οὕτως ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΒΕ, τουτέστιν ἡ ΑΔ πρὸς ΔΖ. Ὅμοια γὰρ τὰ τρίγωνα. Ὡς ἄρα ἡ βάσις τοῦ ΗΘΚ πρὸς τὴν βάσιν τοῦ ΜΝΞ, οὕτως ἡ ΑΔ πρὸς ΔΖ. Ἴση δὲ ἡ μὲν ΑΔ τῇ ΝΟ, ὑπέκειτο γάρ· ἡ δὲ ΔΖ τῇ ΛΘ. [q] Ὡς

Ponatur enim alius conus ΜΝΞ, qui baſim quidem habeat coni ΑΒΓ baſi æqualem, altitudinem vero æqualem ipſi ΑΔ. Altitudo coni illius ſit ΝΟ. Quoniam igitur ΝΟ æqualis eſt ipſi ΑΔ, ut ΝΟ ad ΔΕ, ita ſe habet ΑΔ ad ΔΕ. Ut autem ΑΔ ad ΔΕ, ita ſe habet rhombus ΑΒΓΔ ad conum ΒΓΔ. Ut autem ΝΟ ad ΔΕ ita ſe habet ΜΝΞ conus ad conum ΒΓΔ; eo quod eorum baſes ſunt æquales. Ut igitur conus ΜΝΞ ad conum ΒΓΔ, ita ſe habet rhombus ΑΒΓΔ ad conum ΒΓΔ. Æqualis eſt igitur conus ΜΝΞ rhombo ΑΒΓΔ. Et quoniam coni ΑΒΓ ſuperficies æqualis eſt baſi coni ΗΘΚ; ut coni ΑΒΓ ſuperficies ad propriam baſim, ita ſe habet baſis coni ΗΘΚ ad baſim coni ΜΝΞ. Baſis enim coni ΑΒΓ baſi coni ΜΝΞ eſt æqualis. Ut autem coni ΑΒΓ ſuperficies ad propriam baſim, ita ſe habet ΑΒ ad ΒΕ; hoc eſt ΑΔ ad ΔΖ. Triangula enim ſunt ſimilia. Ut igitur baſis coni ΗΘΚ ad baſim coni ΜΝΞ, ita ſe habet ΑΔ ad ΔΖ. Æqualis eſt autem ΑΔ ipſi ΝΟ, quippe quæ æqualis poſita eſt; et ΔΖ ipſi ΘΛ. Ut

[p] In MS. pro οὕτως ſemper eſt ὡς.

[q] ὡς ἄρα

igitur baſis coni H Θ K ad baſim coni M N Ξ, ita ſe habet altitudo N O ad altitudinem Θ Λ. Conorum igitur H Θ K, M N Ξ baſes, et altitudines reciprocantur. Igitur coni æquales ſunt. Demonſtratum autem eſt, conum M N Ξ æqualem eſſe rhombo A B Γ Δ: igitur etiam conus H Θ K rhombo A B Γ Δ eſt æqualis.


ἄρα ἡ βάσις τῦ Η Θ Κ πρὸς τὴν βάσιν τῦ Μ Ν Ξ, ὅτως τὸ Ν Ο ὕψος [1] πρὸς τὸ Θ Λ. Τῶν Η Θ Κ, Μ Ν Ξ ἄρα κώνων ἀντιπεπόνθασιν αἱ βάσεις τοῖς ὕψεσιν. Ἴσοι ἄρα εἰσὶν οἱ κῶνοι. Ἐδείχθη δὲ ὁ Μ Ν Ξ ἴσος τῷ Α Β Γ Δ ῥόμβῳ· καὶ ὁ Η Θ Κ ἄρα κῶνος ἴσος ἐςὶ τῷ Α Β Γ Δ ῥόμβῳ.

PROP. XX. Theor.

Si conus iſoſceles plano ſecetur baſi parallelo; et ab eo, qui oritur, circulo conus deſcribatur verticem habens centrum baſis; quique oritur rhombus auferatur a toto cono; reſiduo æqualis erit conus, qui baſim quidem habeat coni ſuperficiei æqualem, quæ inter parallela plana interjicitur, altitudinem vero æqualem rectæ, quæ a centro baſis ad unum coni latus normalis ducitur.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κ΄.

Ἐὰν κῶνος ἰσοσκελὴς ἐπιπέδῳ τμηθῇ παραλλήλῳ τῇ βάσει, ἀπὸ δὲ τοῦ γινομένου κύκλου, κῶνος ἀναγραφῇ κορυφὴν ἔχων τὸ κέντρον τῆς βάσεως, ὁ δὲ γινόμενος ῥόμβος ἀφαιρεθῇ ἀπὸ τῦ ὅλου κώνου, τῷ περιλείμματι ἴσος ἔςαι κῶνος, ὁ βάσιν μὲν ἔχων ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τῇ μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως, ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ κώνου καθέτῳ ἠγμένῃ.



Sit conus iſoceles A B Γ, planoque ſecetur baſi parallelo, quod ſectionem faciat Δ E. Centrum autem baſis ſit punctum Z, et a circulo, qui circa diametrum Δ E eſt, conus deſcribatur verticem habens punctum Z. Erit utique rhombus B Δ Z E ex iſoſcelibus conis compoſitus. Ponatur autem conus quidam K Θ Λ, cujus quidem baſis ſuperficiei, quæ inter Δ E, A Γ interjicitur, æqualis ſit, altitudo vero æqualis rectæ Z H, quæ a puncto Z ad A B normalis ducitur. Dico, ſi a cono A B Γ ablatus eſſe intelligatur rhombus B Δ Z E, conum Θ K Λ reſiduo æqualem fore.

Ἔςω κῶνος ἰσοσκελὴς ὁ Α Β Γ, καὶ τετμήσθω ἐπιπέδῳ παραλλήλῳ τῇ βάσει, καὶ ποιείτω τομὴν τὴν Δ Ε. Κέντρον δὲ τῆς βάσεως ἔςω τὸ Ζ, καὶ ἀπὸ τοῦ περὶ διάμετρον τὴν Δ Ε κύκλου, κῶνος ἀναγεγράφθω κορυφὴν ἔχων τὸ Ζ. Ἔςαι δὴ ῥόμβος ὁ Β Δ Ζ Ε, ἐξ ἰσοσκελῶν κώνων συγκείμενος. Ἐκκείσθω δή τις κῶνος ὁ Κ Θ Λ, οὗ ἡ μὲν βάσις ἔςω ἴση τῇ ἐπιφανείᾳ τῇ μεταξὺ τῶν Δ Ε, Α Γ, τὸ δὲ ὕψος, ἀχθείσης ἀπὸ τοῦ Ζ σημείου καθέτου ἐπὶ τὴν Α Β τῆς Ζ Η, ἔςω ἴσον τῇ Ζ Η. Λέγω ὅτι ἐὰν ἀπὸ τοῦ Α Β Γ κώνου νοηθῇ ἀφῃρημένος ὁ Β Δ Ζ Ε ῥόμβος, τῷ περιλείμματι ἴσος ἔςαι ὁ Θ Κ Λ κῶνος.

Ponantur enim duo coni M N Ξ, O Π P ejuſmodi, ut coni quidem M N Ξ baſis coni A B Γ ſuperficiei æqualis ſit, et altitudo æqualis ipſi Z H; hinc autem conus M N Ξ æqualis eſt cono A B Γ. Si enim duo ſint coni iſoſceles, et alterius ſuperficies alterius baſi æqualis ſit, et amplius quæ a centro baſis ad coni latus normalis ducitur, æqualis ſit altitudini, coni æquales erunt. Coni vero O Π P baſis æqualis ſit ſuperficiei coni Δ B E,

Ἐκκείσθωσαν γὰρ [2] δύο κῶνοι οἱ Μ Ν Ξ, Ο Π Ρ, ὥςε τὴν μὲν τοῦ Μ Ν Ξ βάσιν ἴσην εἶναι τοῦ Α Β Γ κώνου τῇ ἐπιφανείᾳ, τὸ δὲ ὕψος ἴσον τῇ Ζ Η· διὰ δὴ τοῦτο ἴσος ἐςὶν ὁ Μ Ν Ξ κῶνος τῷ Α Β Γ κώνῳ. Ἐὰν γὰρ ὦσι δύο κῶνοι ἰσοσκελεῖς, ἡ δὲ τοῦ ἑτέρου ἐπιφάνεια ἴση ᾖ τῇ τοῦ ἑτέρου βάσει, ἔτι δὲ ἡ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως ἐπὶ τὴν πλευρὰν τοῦ κώνου ἀγομένη κάθετος, τῷ ὕψει ἴση, ἴσοι ἔσονται οἱ κῶνοι. Τὴν δὴ τοῦ Ο Π Ρ κώνου βάσιν ἴσην εἶναι τῇ

[1] πρὸς τὸ Θ Λ τοῦ Η Θ Κ πρὸς τὴν βάσιν τοῦ Μ Ν Ξ, οὕτως τὸ Ν Ο ὕψος πρὸς τὸ Θ Λ. Τῶν Η Θ Κ, Μ Ν Ξ ἄρα κώνων ἀντιπεπόνθασιν [2] οἱ δύο κῶνοι

ἐπιφανείᾳ τοῦ ΔΒΕ κώνου, ὕψος δὲ τῇ ΖΗ· διὰ δὴ [1] ταῦτα ἴσος ἐστὶν ὁ ΟΠΡ κῶνος, τῷ ΒΔΖΕ ῥόμβῳ. Τοῦτο γὰρ προαποδέδεικται. Ἐπεὶ δὲ ἡ τοῦ ΑΒΓ κώνου ἐπιφάνεια σύγκειται ἔκ τε τῆς ΒΔΕ ἐπιφανείας, καὶ τῆς μεταξὺ τῶν ΔΕ, ΑΓ· ἀλλ' ἡ μὲν τοῦ ΑΒΓ κώνου ἐπιφάνεια ἴση ἐστὶ τῇ βάσει τοῦ [2] ΜΝΞ κώνου· ἡ δὴ τοῦ ΔΒΕ ἐπιφάνεια ἴση ἐστὶ τῇ βάσει τοῦ ΟΠΡ· ἡ δὲ μεταξὺ τῶν ΔΕ, ΑΓ, ἴση ἐστὶ τῇ βάσει τοῦ ΘΚΛ. Ἡ ἄρα τοῦ ΜΝΞ βάσις ἴση [3] ἐστὶ βάσεσι τῶν ΘΚΛ, ΟΠΡ· καί εἰσιν οἱ κῶνοι ὑπὸ τὸ αὐτὸ ὕψος. Ἴσος ἄρα ἐστὶ καὶ ὁ ΜΝΞ κῶνος τοῖς ΘΚΛ, ΟΠΡ κώνοις. Ἀλλ' ὁ μὲν ΜΝΞ κῶνος ἴσος ἐστὶ τῷ ΑΒΓ κώνῳ, ὁ δὲ ΠΟΡ, τῷ ΒΔΕΖ ῥόμβῳ. Λοιπὸς ἄρα ὁ ΘΚΛ κῶνος, τῷ περιλείμματι ἴσος ἐστίν.

et altitudo æqualis ipſi ZH; atque hinc conus OΠP æqualis eſt rhombo BΔZE. Hoc enim ſupra demonſtratum eſt. Quoniam vero coni ABΓ ſuperficies componitur ex ſuperficie coni BΔE, atque ex ea, quæ inter ΔE, AΓ interjicitur: et coni quidem ABΓ ſuperficies æqualis eſt baſi coni MNΞ; ſuperficies vero coni ΔBE æqualis baſi coni OΠP; quæ denique inter ΔE, AΓ interjicitur, æqualis baſi coni ΘKΛ. Ideo baſis coni MNΞ conorum ΘKΛ, OΠP baſibus eſt æqualis: hi autem coni ſub eadem altitudine conſtituuntur. Æqualis eſt igitur conus MNΞ conis ΘKΛ, OΠP. Sed conus quidem MNΞ æqualis eſt cono ABΓ; conus vero ΠOP rhombo BΔEZ. Reliquus igitur conus ΘKΛ reſiduo eſt æqualis.

ΠΡΟΤ. κα'.


Ἐὰν ῥόμβου ἐξ ἰσοσκελῶν κώνων συγκειμένου, ὁ ἕτερος κῶνος ἐπιπέδῳ τμηθῇ παραλλήλῳ τῇ βάσει, ἀπὸ δὲ τοῦ γενομένου [4] κύκλου κῶνος ἀναγραφῇ, κορυφὴν ἔχων τὴν αὐτὴν τῷ ἑτέρῳ κώνῳ· ἀπὸ δὲ τοῦ ὅλου ῥόμβου ὁ γενόμενος ῥόμβος ἀφαιρεθῇ, τῷ περιλείμματι ἴσος ἔσται ὁ κῶνος, ὁ βάσιν μὲν ἔχων ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου, τῇ μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ ἑτέρου κώνου ἐπὶ τὴν πλευρὰν τοῦ ἑτέρου κώνου καθέτῳ ἠγμένῃ.

Ἔστω ῥόμβος ἐξ ἰσοσκελῶν κώνων συγκείμενος ὁ ΑΒΓΔ, καὶ τμηθήτω ὁ ἕτερος κῶνος ἐπιπέδῳ παραλλήλῳ τῇ βάσει, καὶ ποιείτω τομὴν τὴν ΕΖ, ἀπὸ δὲ τοῦ περὶ διάμετρον τὴν ΕΖ κύκλου, κῶνος ἀναγεγράφθω

PROP. XXI. Theor.

Si rhombi ex iſoſcelibus conis compoſiti conus alter plano ſecetur baſi parallelo; et ab eo, qui oritur, circulo conus deſcribatur, eumdem atque alter conus verticem habens; quique oritur, rhombus a toto rhombo auferatur; reſiduo æqualis erit conus, qui baſim quidem habeat coni ſuperficiei æqualem, quæ inter parallela plana interjicitur, altitudinem vero æqualem rectæ, quæ a vertice coni alterius ad alterius coni latus normalis ducitur.

Sit rhombus ex iſoſcelibus conis compoſitus ABΓΔ; conuſque alter plano ſecetur baſi parallelo, quod ſectionem faciat EZ; et a circulo, qui circa diametrum EZ eſt, conus deſcribatur verticem habens punctum Δ. Orietur



τὴν κορυφὴν ἔχων τὸ Δ σημεῖον. Ἔσται δὴ γεγονὼς ῥόμβος ὁ ΕΒΖΔ, καὶ νοείσθω ἀφῃρημένος ἀπὸ τοῦ ὅλου ῥόμβου. Ἐκκείσθω δέ τις κῶνος ὁ ΘΚΛ, τὴν μὲν βάσιν ἴσην ἔχων τῇ ἐπιφανείᾳ τῇ μεταξὺ τῶν ΑΓ, ΕΖ, τὸ δὲ ὕψος ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ Δ σημείου

utique rhombos EBZΔ, qui quidem intelligatur ablatus eſſe a toto rhombo. Ponatur autem conus quidam ΘKΛ, baſim quidem habens ſuperficiei, quæ inter AΓ, EZ interjicitur, æqualem, altitudinem vero æqualem rectæ, quæ a

[1] τούτοις [2] ΜΝΞ κώνου. Ἡ δὲ τοῦ ΔΒΕ ἐπιφάνεια ἴση ἐστὶ τῇ βάσει τοῦ in MS. deſunt. [3] ἐστὶ ταῖς βάσεσι [4] κώνου κύκλος

puncto Δ ad BA, aut eam, quæ ipſi in directo jacet, normalis ducitur. Dico, conum ΘKΛ ei, quod diximus, reſiduo æqualem eſſe.

Ponantur enim duo coni MNΞ, OΠP. Ac coni quidem MNΞ baſis coni ABΓ ſuperficiei æqualis ſit, et altitudo rectæ ΔH; æqualis eſt autem ex iis, quæ demonſtrata ſunt, conus MNΞ rhombo ABΓΔ; coni vero OΠP baſis æqualis ſit ſuperficiei coni EBZ, et altitudo rectæ item ΔH; eſt autem pariter conus OΠP rhombo EBZΔ æqualis. Quoniam vero coni ABΓ ſuperficies pariter componitur ex ſuperficie coni EBZ, atque ex ea, quæ inter EZ, AΓ interjicitur: et coni quidem ABΓ ſuperficies æqualis eſt baſi coni MNΞ; ſuperficies vero coni EBZ æqualis baſi coni OΠP; quæ denique inter EZ, AΓ interjicitur, æqualis baſi coni ΘKΛ: ideo baſis coni MNΞ conorum OΠP, ΘKΛ baſibus eſt æqualis. Hi autem coni ſub eadem altitudine conſtituuntur. Æqualis eſt igitur conus MNΞ conis ΘKΛ, OΠP. Sed conus quidem MNΞ æqualis eſt rhombo ABΓΔ; conus vero OΠP rhombo EBZΔ. Reliquus igitur conus ΘKΛ reſiduo eſt æqualis.

καθέτου ἀγομένη ἐπὶ τὴν BA, ἢ τὴν ἐπ' εὐθείας αὐτῇ. Λέγω ὅτι ὁ ΘKΛ κῶνος ἴσος ἐςὶ τῷ εἰρημένῳ περιλείμματι.

Ἐκκείσθωσαν γὰρ δύο κῶνοι, οἱ MNΞ, OΠP. Καὶ ἡ μὲν βάσις τοῦ MNΞ κώνου ἴση ἔςω τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ABΓ, τὸ δὲ ὕψος ἴσον τῇ ΔH· διὰ δὴ τὰ προδειχθέντα, ἴσος ἐςὶν ὁ MNΞ κῶνος τῷ ABΓΔ ῥόμβῳ· τοῦ δὲ OΠP κώνου, ἡ μὲν βάσις ἴση ἔςω τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ EBZ κώνου, ὁ δὲ ὕψος ἴσον τῇ ΔH· ὁμοίως δὴ ἴσος ἐςὶν ὁ OΠP κῶνος τῷ EBZΔ ῥόμβῳ. Ἐπεὶ δὲ ὁμοίως ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ABΓ κώνου, σύγκειται ἐκ τῆς τοῦ EBZ, καὶ τῆς μεταξὺ τῶν EZ, AΓ· ἀλλὰ ἡ μὲν τοῦ ABΓ κώνου ἐπιφάνεια ἴση ἐςὶ τῇ βάσει τοῦ MNΞ, ἡ δὲ τοῦ EBZ κώνου ἐπιφάνεια ἴση ἐςὶ τῇ βάσει τοῦ OPΠ κώνου, ἡ δὲ μεταξὺ τῶν EZ, AΓ ἴση ἐςὶ τῇ βάσει τοῦ ΘKΛ· ἡ ἄρα βάσις τοῦ MNΞ ἴση ἐςὶ ταῖς βάσεσι τῶν OΠP, ΘKΛ. Καί εἰσιν οἱ κῶνοι ὑπὸ τὸ αὐτὸ ὕψος. Καὶ ὁ MNΞ ἄρα κῶνος ἴσος ἐςὶ τοῖς ΘKΛ, OΠP κώνοις. Ἀλλ' ὁ μὲν MNΞ κῶνος ἴσος ἐςὶ τῷ ABΓΔ ῥόμβῳ, ὁ δὲ OΠP κῶνος τῷ EBZΔ ῥόμβῳ. Λοιπὸς ἄρα ὁ κῶνος ὁ ΘKΛ, ἴσος ἐςὶ τῷ περιλείμματι τῷ λοιπῷ.


PROP. XXII. Theor.

Si circulo polygonum inſcribatur parilaterum idemque æquilaterum, rectæque ducantur polygoni latera jungentes, quæ unicuilibet ex iis, quæ duobus polygoni lateribus ſubjiciuntur, parallelæ ſint; quæ jungunt omnes polygoni latera, hæ ad circuli diametrum eamdem habent rationem, quam quæ dimidiis polygoni lateribus, præterquam uni, ſubjicitur, ad latus polygoni.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κβ'.

Ἐὰν εἰς κύκλον πολύγωνον ἐγγραφῇ ἀρτιόπλευρόν τε καὶ ἰσόπλευρον, καὶ διαχθῶσιν εὐθεῖαι ἐπιζευγνύουσαι τὰς πλευρὰς τοῦ πολυγώνου, ὥςε αὐτὰς παραλλήλους εἶναι μιᾷ ὁποιᾳοῦν τῶν ὑπὸ δύο πλευρὰς τοῦ πολυγώνου ὑποτεινουσῶν, αἱ ἐπιζευγνύουσαι πᾶσαι πρὸς τὴν τοῦ κύκλου διάμετρον τοῦτον ἔχουσι τὸν λόγον, ὃν ἔχει ἡ ὑποτείνουσα τὰς μιᾷ ἐλάσσονας τοῦ ἡμίσεως, πρὸς τὴν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου.

Sit circulus ABΓΔ; eique polygonum inſcribatur AEZBHΘΓMNΔΛK; et jungantur EK, ZΛ, BΔ, HN, ΘM. Conſtat utique haſce rectas ei parallelas eſſe, quæ duobus polygoni lateribus ſubjicitur. Dico igitur omnes, quas diximus, rectas eamdem ad circuli diametrum rationem habere, quam ΓE ad EA.



Ἔςω κύκλος ὁ ABΓΔ, καὶ ἐν αὐτῷ πολύγωνον ἐγγεγράφθω τὸ AEZBHΘΓMNΔΛK· καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ EK, ZΛ, BΔ, HN, ΘM. Δῆλον δὴ ὅτι παράλληλοί εἰσι τῇ ὑπὸ δύο πλευρὰς τοῦ πολυγώνου ὑποτεινούσῃ. Λέγω οὖν, ὅτι αἱ εἰρημέναι πᾶσαι πρὸς τὴν τοῦ κύκλου διάμετρον τὴν AΓ, τὸν αὐτὸν λόγον ἔχουσι τῷ τῆς ΓE πρὸς EA.

Jungantur enim ZK, ΛB, HΔ, ΘN. Parallela igitur eſt ZK quidem ipſi EA; BΛ vero ipſi ZK; et amplius ΔH quidem ipſi BΛ; ΘN vero ipſi ΔH; denique ΓM ipſi ΘN. Et quoniam duæ ſunt rectæ parallelæ EA, KZ,

Ἐπεζεύχθωσαν γὰρ αἱ ZK, ΛB, HΔ, ΘN. Παράλληλος ἄρα ἡ μὲν ZK τῇ EA, ἡ δὲ BΛ τῇ ZK· καὶ ἔτι ἡ μὲν ΔH τῇ BΛ, ἡ δὲ ΘN τῇ ΔH, καὶ ἡ ΓM τῇ ΘN. Καὶ ἐπεὶ δύο παράλληλοί εἰσιν αἱ

ΕΑ, ΚΖ, καὶ δύο διηγμέναι εἰσὶν αἱ ΕΚ, ΛΟ· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΕΞ, πρὸς ΞΑ, ἡ ΚΞ πρὸς ΞΟ· ὡς δὲ ἡ ΚΞ πρὸς ΞΟ, ἡ ΖΠ πρὸς ΠΟ· ὡς δὲ ἡ ΖΠ πρὸς ΠΟ, ἡ ΛΠ πρὸς ΠΡ· ὡς δὲ ἡ ΛΠ πρὸς ΠΡ, οὕτως ἡ ΒΣ πρὸς ΣΡ· καὶ ἔτι ὡς ἡ μὲν ΒΣ πρὸς ΣΡ ἡ ΔΣ πρὸς ΣΤ· ὡς δὲ ἡ ΔΣ πρὸς ΣΤ, ἡ ΗΥ πρὸς ΥΤ· καὶ ἔτι ὡς ἡ μὲν ΗΥ πρὸς ΥΤ, ἡ ΝΥ πρὸς ΥΦ· ὡς δὲ ἡ ΝΥ πρὸς ΥΦ, ἡ ΘΧ πρὸς ΧΦ· καὶ ἔτι ὡς μὲν ἡ ΘΧ πρὸς ΧΦ, ἡ ΜΧ πρὸς ΧΓ. Καὶ πάντα ἄρα πρὸς πάντα ἐστὶν [y] ὡς εἷς τῶν λόγων πρὸς ἕνα. Ὡς ἄρα ἡ ΕΞ πρὸς ΞΑ, οὕτως αἱ ΕΚ, ΖΛ, ΒΔ, ΗΝ, ΘΜ πρὸς τὴν ΑΓ διάμετρον. Ὡς δὲ ἡ ΕΞ πρὸς ΞΑ, οὕτως ἡ ΓΕ πρὸς ΕΑ. Ἔστιν ἄρα καὶ ὡς ἡ ΓΕ πρὸς ΕΑ, οὕτως πᾶσαι αἱ ΕΚ, ΖΛ, ΒΔ, ΗΝ, ΘΜ πρὸς τὴν ΑΓ διάμετρον.

ductæque item duæ ΕΚ, ΛΟ; ideo ut ΕΞ ad ΞΑ, ita ſe habet ΚΞ ad ΞΟ; et ut ΚΞ ad ΞΟ, ita ΖΠ ad ΠΟ; et ut ΖΠ ad ΠΟ, ita ΛΠ ad ΠΡ; et ut ΛΠ ad ΠΡ, ita ΒΣ ad ΣΡ; et amplius ut ΒΣ ad ΣΡ, ita ΔΣ ad ΣΤ; et ut ΔΣ ad ΣΤ, ita ΗΥ ad ΥΤ; et amplius ut ΗΥ ad ΥΤ, ita ΝΥ ad ΥΦ; et ut ΝΥ ad ΥΦ, ita ΘΧ ad ΧΦ; denique ut ΘΧ ad ΧΦ, ita ΜΧ ad ΧΓ. Igitur omnes ſe habent ad omnes, ut una ad unam. Ut igitur ΕΞ ad ΞΑ, ita ſe habent ΕΚ, ΖΛ, ΒΔ, ΗΝ, ΘΜ ad diametrum ΑΓ. Ut autem ΕΞ ad ΞΑ, ita ſe habet ΓΕ ad ΕΑ. Ut igitur ΓΕ ad ΕΑ, ita ſe habent omnes ΕΚ, ΖΛ, ΒΔ, ΗΝ, ΘΜ ad diametrum ΑΓ.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κγʹ.

Ἐὰν εἰς τμῆμα κύκλου πολύγωνον ἐγγραφῇ τὰς πλευρὰς ἔχον, χωρὶς τῆς βάσεως, ἴσας καὶ ἀρτίους, ἀχθῶσιν δὲ εὐθεῖαι παρὰ τὴν βάσιν τοῦ τμήματος, τὰς πλευρὰς ἐπιζευγνύουσαι τοῦ πολυγώνου, αἱ ἀχθεῖσαι πᾶσαι καὶ ἡμίσεια τῆς βάσεως, πρὸς τὸ ὕψος τοῦ τμήματος, τὸν αὐτὸν λόγον ἕξουσιν, ὃν ἡ ἀπὸ τῆς διαμέτρου τοῦ κύκλου ἐπὶ τὴν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου ἐπιζευγνυμένη, πρὸς τὴν τοῦ πολυγώνου πλευράν.

Εἰς γὰρ κύκλον τὸν ΑΒΓ, διήχθω τις εὐθεῖα ἡ ΑΓ, καὶ ἐπὶ τῆς ΑΓ πολύγωνον ἐγγεγράφθω εἰς τὸ ΑΒΓ τμῆμα ἀρτιόπλευρόν τε, καὶ ἴσας ἔχον τὰς πλευράς, χωρὶς τῆς βάσεως τῆς ΑΓ· καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΖΗ, ΕΘ, αἵ εἰσι παράλληλοι τῇ βάσει τοῦ τμήματος. Λέγω ὅτι ἐστὶν ὡς αἱ ΖΗ, ΕΘ, ΑΞ πρὸς ΒΞ, οὕτως ἡ ΔΖ πρὸς ΖΒ.

Πάλιν γὰρ ὁμοίως ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΗΕ, ΑΘ· παράλληλοι ἄρα εἰσὶ τῇ ΒΖ. Διὰ δὴ ταῦτα ἐστὶν ὡς ἡ ΚΖ πρὸς ΚΒ, ἥτε ΗΚ πρὸς ΚΛ, καὶ ἡ ΕΜ πρὸς ΜΛ, καὶ ἡ ΜΘ πρὸς ΜΝ, καὶ ἡ ΞΑ πρὸς ΞΝ. Καὶ ὡς ἄρα πάντα πρὸς πάντα, εἷς τῶν λόγων πρὸς ἕνα. Ὡς ἄρα αἱ ΖΗ, ΕΘ, ΑΞ [z] πρὸς ΒΞ, οὕτως ἡ ΖΚ πρὸς ΚΒ. Ὡς δὲ ἡ ΖΚ πρὸς ΚΒ, [a] οὕτως ἡ ΔΖ πρὸς ΖΒ. Ὡς ἄρα ἡ ΔΖ πρὸς ΖΒ, [b] οὕτως αἱ ΖΗ, ΕΘ, ΑΞ πρὸς ΒΞ.

PROP. XXIII. Theor.

Si circuli ſegmento polygonum inſcribatur latera habens, excepta baſe, æqualia numeroque paria, rectæque ducantur ſegmenti baſi parallelæ, polygoni latera jungentes; quæ ductæ ſunt omnes, et adhuc ipſius baſis dimidia ad ſegmenti altitudinem eamdem habent rationem, quam quæ a circuli diametro ad polygoni latus ducitur, ad latus polygoni.



Ducatur enim in circulo ΑΒΓ recta quædam ΑΓ; ſegmentoque ΑΒΓ ſuper ΑΓ polygonum inſcribatur latera habens, excepta baſe ΑΓ, æqualia numeroque paria; ducanturque ΖΗ, ΕΘ, quæ ſegmenti ipſius baſi parallelæ ſint. Dico, ut ΖΗ, ΕΘ, ΑΞ ad ΒΞ, ita ſe habere ΔΖ ad ΖΒ.

Rurſus enim pariter jungantur ΗΕ, ΑΘ; quæ quidem ipſi ΖΒ parallelæ ſunt. Eadem vero ratione, ut ΚΖ ad ΚΒ, ita ſe habet tum ΗΚ ad ΚΛ, tum ΕΜ ad ΜΛ, tum ΜΘ ad ΜΝ, tum ΞΑ ad ΞΝ. Ut igitur omnes ad omnes, ita ſe habet una ad unam. Igitur ut ΖΗ, ΕΘ, ΑΞ ad ΒΞ, ita ſe habet ΖΚ ad ΚΒ. Ut autem ΖΚ ad ΚΒ, ita ſe habet ΔΖ ad ΖΒ. Ut igitur ΔΖ ad ΖΒ, ita ſe habent ΖΗ, ΕΘ, ΑΞ ad ΒΞ.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κδʹ.

Ἔστω ἐν σφαίρᾳ μέγιστος κύκλος ὁ ΑΒΓΔ, καὶ ἐγγεγράφθω εἰς αὐτὸν πολύγωνον ἰσόπλευρον, τὸ


PROP. XXIV. Theor.

Sit in ſphæra maximus circulus ΑΒΓΔ; eique inſcribatur polygonum æquilaterum, et ip-

[y] ὡς τὸν λόγον [z] πρὸς ὃ [a] ὃ [b] ὃ

79854

ſius laterum multitudinem quaternarius metiatur. Sint autem AΓ, BΔ diametri. Quod ſi, manente diametro AΓ, circulus, in quo eſt polygonum, circumagatur, conſtat fore, ut ejus quidem circumferentia ſecundum ſphæræ ſuperficiem feratur; polygoni autem anguli, exceptis qui ad puncta A, Γ ſunt, ferantur ſecundum circulorum orbes, qui recti ad circulum ABΓΔ in ſphæræ ſuperficie deſcripti ſunt. Atque horum diametri erunt rectæ, quæ ipſi BΔ parallelæ polygoni angulos jungunt. Porro polygoni latera ſecundum conos quoſdam ferentur; nimirum latera quidem AZ, AN ſecundum coni ſuperficiem, cujus baſis circulus, qui circa diametrum ZN deſcribitur, et vertex punctum A. Latera vero ZH, MN ſecundum coni ſuperficiem, cujus baſis circulus, qui circa diametrum MH deſcribitur, et vertex punctum illud, in quo eadem ZH, MN producta ſecum invicem, et cum AΓ concurrunt; denique latera BH, MΔ ſecundum coni ſuperficiem, cujus baſis circulus, qui circa diametrum BΔ deſcribitur, et vertex illud punctum, in quo eadem BH, ΔM producta concurrunt ſecum invicem, et cum AΓ. Pariter et in altero ſemicirculo ferentur latera ſecundum coni ſuperficies hiſce itidem ſimiles. Atque ita quidem inſcripta erit ſphæræ quædam figura iis, quas diximus, ſuperficiebus comprehenſa, cujus ſuperficies minor erit ſphæræ ſuperficie. Diviſa enim ſphæra acto per BΔ plano, rectoque ad circulum ABΓΔ, ſuperficies cum alterius hemiſphærii, tum figuræ eidem inſcriptæ eoſdem in uno plano terminos habent; ſiquidem utriuſque ſuperficiei terminus eſt circumferentia circuli, qui rectus ad circulum ABΓΔ circa diametrum BΔ deſcribitur; et utraque ad eaſdem partes cava eſt, alteraque ab altera, et a plano, quod eoſdem ac ipſa terminos habet, comprehenditur. Pariter etiam figuræ, quæ in altero hemiſphærio eſt, ſuperficies minor eſt hemiſphærii ſuperficie. Tota igitur ſuperficies figuræ, quæ in ſphæra eſt, ſphæræ ſuperficie eſt minor.



ᾗ πλῆθος τῶν πλευρῶν αὐτοῦ μετρεῖσθαι ὑπὸ τετράδος. Αἱ δὲ AΓ, BΔ διάμετροι ἔστωσαν. Ἐὰν δὴ μενούσης τῆς AΓ διαμέτρου, περιενεχθῇ ὁ ABΓΔ κύκλος ἔχων τὸ πολύγωνον, δῆλον ὅτι ἡ μὲν περιφέρεια αὐτοῦ κατὰ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας ἐνεχθήσεται· αἱ δὲ τοῦ πολυγώνου γωνίαι, χωρὶς τῶν * πρὸς A, Γ σημείοις, κατὰ κύκλων περιφερειῶν ἐνεχθήσονται ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς σφαίρας γεγραμμένων ὀρθῶν πρὸς τὸν ABΓΔ κύκλον. Διάμετροι δὲ αὐτῶν ἔσονται, αἱ ἐπιζευγνύουσαι τὰς γωνίας τοῦ πολυγώνου παρὰ τὴν BΔ οὖσαι. Αἱ δὲ τοῦ πολυγώνου πλευραὶ κατά τινων κώνων ἐνεχθήσονται· αἱ μὲν AZ, AN κατ' ἐπιφανείας κώνου, οὗ βάσις μὲν ὁ κύκλος ὁ περὶ διάμετρον τὴν ZN, κορυφὴ δὲ τὸ A σημεῖον. Αἱ δὲ ZH, MN κατά τινος κωνικῆς ἐπιφανείας οἰσθήσονται, ἧς βάσις μὲν ὁ κύκλος ὁ περὶ διάμετρον τὴν MH, κορυφὴ δὲ τὸ σημεῖον καθ' ὃ συμβάλλουσιν ἐκβαλλόμεναι αἱ ZH, MN ἀλλήλαις τε καὶ τῇ AΓ· αἱ δὲ BH, MΔ πλευραὶ κατὰ κωνικῆς ἐπιφανείας οἰσθήσονται, ἧς βάσις μέν ἐστιν ὁ κύκλος, ὁ περὶ διάμετρον τὴν BΔ, ὀρθὸς πρὸς τὸν ABΓΔ κύκλον, κορυφὴ δὲ τὸ σημεῖον, καθ' ὃ συμβάλλουσιν ἐκβαλλόμεναι αἱ BH, ΔM, ἀλλήλαις τε καὶ τῇ ΓA. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμικυκλίῳ πλευραὶ κατὰ κωνικῶν ἐπιφανειῶν οἰσθήσονται, πάλιν ὁμοίων ταύταις. Ἔσται δή τι σχῆμα ἐγγραφόμενον ἐν τῇ σφαίρᾳ ὑπὸ κωνικῶν ἐπιφανειῶν περιεχόμενον, τῶν προειρημένων, οὗ ἐπιφάνεια ἐλάσσων ἔσται τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας. Διαιρεθείσης γὰρ τῆς σφαίρας ὑπὸ τοῦ ἐπιπέδου τοῦ κατὰ τὴν BΔ ὀρθοῦ, πρὸς τὸν ABΓΔ κύκλον, ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ἑτέρου ἡμισφαιρίου, καὶ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ σχήματος τοῦ ἐν αὐτῷ ἐγγεγραμμένου, τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσιν ἐν ἑνὶ ἐπιπέδῳ· ἀμφοτέρων γὰρ τῶν ἐπιφανειῶν πέρας ἐστὶ τοῦ κύκλου ἡ περιφέρεια, τοῦ περὶ διάμετρον τὴν BΔ ὀρθοῦ πρὸς τὸν ABΓΔ κύκλον· καί εἰσιν ἀμφότεραι ἐπὶ τὰ αὐτὰ κοῖλαι, καὶ περιλαμβάνεται αὐτῶν ἡ ἑτέρα ὑπὸ τῆς ἑτέρας ἐπιφανείας, καὶ τοῦ ἐπιπέδου τοῦ τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχοντος αὐτῇ. Ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ σχήματος ἡ ἐπιφάνεια, ἐλάσσων ἐστὶ τῆς τοῦ ἡμισφαιρίου ἐπιφανείας. Καὶ ὅλη οὖν ἡ ἐπιφάνεια τοῦ σχήματος τοῦ ἐν τῇ σφαίρᾳ, ἐλάσσων ἐστὶ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας.

EUTOCIUS.

Et multitudinem laterum polygoni quaternarius metiatur. Id demum in cauſa eſt cur quaternarium po-

Τὸ δὲ πλῆθος τῶν πλευρῶν τοῦ πολυγώνου μετρείσθω ὑπὸ τετράδος. Ὑπὸ τετράδος βούλεται μετρεῖσθαι τὰς πλευρὰς τοῦ

* πρὸς τοῖς AΓ

πολυγώνῳ, διὰ τὸ τῷ κύκλῳ κινουμένῳ περὶ τὴν ΑΓ διάμετρον, πάσας τὰς πλευρὰς κατὰ κωνικῆς φέρεσθαι ἐπιφανείας, χρήσιμον ἐσόμενον αὐτῷ ἐν τοῖς ἑξῆς τὸ τοιοῦτον. Μὴ γὰρ ὑπὸ τετράδος μετρουμένων τῶν πλευρῶν τοῦ πολυγώνου, κἂν ἀρτιόπλευρον ᾖ, οὐ πάσας δυνατὸν κατὰ κωνικῆς φέρεσθαι ἐπιφανείας· ὡς κατανοῆσαι ἔνεστιν ἐπὶ τῶν τοῦ ἑξαγώνου πλευρῶν, δύο γὰρ τὰς ἀπεναντίον αὐτοῦ παραλλήλους πλευρὰς κατὰ κυλινδρικῆς φέρεσθαι ἐπιφανείας συμβαίνει. Ὅπερ, ὡς εἴρηται, οὐ χρήσιμον αὐτῷ πρὸς τὰ ἑξῆς.

lygoni latera metiri velit, quod circumacto circulo diametrum AΓ, latera omnia ſecundum conicas ſuperficies ferantur; quod ipſi in iis, quæ ſequuntur, uſui futurum eſt. Niſi enim polygoni latera quaternarius metiatur, quamvis parilaterum ſit, fieri tamen non poteſt, ut omnia ſecundum conicas ſuperficies ferantur: quod in hexagoni lateribus videre licet, cujus duo oppoſita latera, quæ parallela ſibi invicem ſunt ſecundum cylindricam ſuperficiem feruntur. Hoc autem, ut diximus, ipſi in iis, quæ ſequuntur, uſui non eſt.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κέ.


Ἡ τοῦ ἐγγραφομένου σχήματος εἰς τὴν σφαῖραν ἐπιφάνεια ἴση ἐστὶ κύκλῳ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου δύναται τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς πλευρᾶς τοῦ σχήματος, καὶ τῆς ἴσης πάσαις ταῖς ἐπιζευγνυούσαις τὰς πλευρὰς [a] τοῦ πολυγώνου, ὡς τετραπλεύρους γίνεσθαι, καὶ παραλλήλους οὔσας τῇ ὑπὸ δύο πλευρὰς τοῦ πολυγώνου ὑποτεινούσῃ εὐθείᾳ.

Ἔστω ἐν σφαίρᾳ μέγιστος κύκλος ὁ ΑΓΒΔ, καὶ ἐν αὐτῷ πολύγωνον ἐγγεγράφθω ἰσόπλευρον, οὗ αἱ πλευραὶ ὑπὸ τετράδος μετροῦνται· καὶ ἀπὸ τοῦ πολυγώνου τοῦ ἐγγεγραμμένου νοείσθω τι εἰς τὴν σφαῖραν ἐγγεγραφὲν σχῆμα· καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΕΖ, ΗΘ, ΓΔ, ΚΛ, ΜΝ, παράλληλοι οὖσαι τῇ ὑπὸ δύο πλευρὰς ὑποτεινούσῃ εὐθείᾳ. Κύκλος δή τις ἐκκείσθω ὁ Ξ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου δυνάσθω τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ΑΕ, καὶ τῆς ἴσης ταῖς ΕΖ, ΗΘ, ΓΔ, ΚΛ, ΜΝ. Λέγω ὅτι ὁ κύκλος οὗτος ἴσος ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ εἰς τὴν σφαῖραν ἐγγραφομένου σχήματος.

PROP. XXV. Theor.

Superficies figuræ ſphæræ inſcriptæ æqualis eſt circulo, cujus ea, quæ ex centro, poteſt ſpatium, quod ſub figuræ latere continetur, rectaque iis omnibus æquali, quæ polygoni latera jungunt, ita ut quadrilatera fiant, et parallelæ ſunt rectæ, quæ duobus polygoni lateribus ſubjicitur.

Sit in ſphæra maximus circulus ΑΓΒΔ, eique inſcribatur polygonum æquilaterum, cujus latera quaternarius metiatur; et intelligatur ab inſcripto polygono figura quædam in ſphæra deſcripta eſſe; junganturque ΕΖ, ΗΘ, ΓΔ, ΚΛ, ΜΝ, quæ quidem rectæ, quæ duobus polygoni lateribus ſubjicitur, parallelæ ſint. Ponatur autem circulus quidam Ξ, cujus ea, quæ ex centro, poſſit ſpatium, quod ſub ΑΕ, rectaque ipſis ΕΖ, ΗΘ, ΓΔ, ΚΛ, ΜΝ æqualis continetur. Dico, hunc circulum figuræ ſphæræ inſcriptæ ſuperficiei æqualem eſſe.



Ἐκκείσθωσαν γὰρ κύκλοι οἱ Ο, Π, Ρ, Σ, Τ, Υ. Καὶ τοῦ μὲν Ο, ἡ ἐκ τοῦ κέντρου δυνάσθω τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ΕΑ, καὶ τῆς ἡμισείας τῆς ΕΖ· ἡ δὲ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Π, δυνάσθω τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ΕΑ καὶ τῆς ἡμισείας τῶν ΕΖ, ΗΘ· ἡ δὲ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Ρ, δυνάσθω τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τῆς ΕΑ καὶ τῆς ἡμισείας τῶν ΗΘ, ΓΔ· ἡ δὲ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Σ, δυνάσθω τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ΕΑ καὶ τῆς ἡμισείας τῶν ΓΔ, ΚΛ· ἡ δὲ ἐκ κέντρου τοῦ Τ, δυνάσθω τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ΑΕ, καὶ τῆς ἡμισείας τῶν ΚΛ, ΜΝ· ἡ δὲ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Υ, δυνάσθω τὸ περιε-

Ponantur enim circuli Ο, Π, Ρ, Σ, Τ, Υ. Atque ea, quæ ex centro circuli Ο, poſſit ſpatium, quod ſub ΕΑ, et dimidia ipſius ΕΖ; quæ ex centro circuli Π, poſſit ſpatium, quod continetur ſub ΕΑ, et dimidia ipſarum ΕΖ, ΗΘ; quæ ex centro circuli Ρ, poſſit ſpatium, quod continetur ſub ΕΑ, et dimidia ipſarum ΗΘ, ΓΔ; quæ ex centro circuli Σ, poſſit ſpatium, quod continetur ſub ΑΕ, et dimidia ipſarum ΓΔ, ΚΛ; quæ ex centro circuli Τ, poſſit ſpatium, quod continetur ſub ΑΕ, et dimidia ipſarum ΚΛ, ΜΝ; quæ denique ex centro circuli Υ, ſpatium poſſit, quod continetur ſub ΑΕ, et dimidia ip-

[a] τοῦ πολυγώνου τετραγώνου οὔσας

ſius MN. Hinc autem æqualis eſt circulus O ſuperficiei coni AEZ; circulus Π coni ſuperficiei, quæ interjicitur inter EZ, HΘ; circulus P ei, quæ interjicitur inter HΘ, ΓΔ; circulus Σ ei, quæ interjicitur inter ΔΓ, KΛ; et amplius circulus quidem T æqualis eſt ſuperficiei coni, quæ interjicitur inter KΛ, MN; circulus vero Υ coni MBN ſuperficiei eſt æqualis. Omnes igitur circuli inſcriptæ figuræ ſuperficiei æquales ſunt. Ac manifeſtum eſt eas, quæ ex circulorum O, Π, P, Σ, T, Υ centris, poſſe ſpatium, quod ſub AE, ipſarumque EZ, HΘ, ΓΔ, KΛ, MN dimidiis ſemel atque iterum ſumptis continentur; quæ quidem totæ ſunt EZ, HΘ, ΓΔ, KΛ, MN. Quæ igitur ex circulorum O, Π, P, Σ, T, Υ centris, hæ poſſunt ſpatium, quod continetur ſub AE, omnibuſque ſimul EZ, HΘ, ΓΔ, KΛ, MN. Poteſt autem, et quæ ex centro circuli Ξ, ſpatium, quod ſub AE, continetur, eaque, quæ ex omnibus ſimul componitur EZ, HΘ, ΓΔ, KΛ, MN. Poteſt igitur, quæ ex circuli Ξ centro, eas omnes quæ ex centris circulorum O, Π, P, Σ, T, Υ. Æquales eſt igitur circulus Ξ circulis O, Π, P, Σ, T, Υ. Demonſtratum autem eſt, circulos O, Π, P, Σ, T, Υ figuræ, quam diximus, ſuperficiei æquales eſſe. Igitur etiam circulus Ξ figuræ ſuperficiei eſt æqualis.

χόμενον ὑπό τε τῆς ΑΕ, καὶ τῆς ἡμισείας τῆς ΜΝ. Διὰ δὴ ταῦτα ὁ μὲν Ο κύκλος ἴσος ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΑΕΖ κώνου· ὁ δὲ Π τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τῇ μεταξὺ τῶν ΕΖ, ΗΘ· ὁ δὲ Ρ τῇ μεταξὺ τῶν ΗΘ, ΓΔ· ὁ δὲ Σ τῇ μεταξὺ τῶν ΔΓ, ΚΛ· καὶ ἔτι ὁ μὲν Τ ἴσος ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τῇ μεταξὺ τῶν ΚΛ, ΜΝ· ὁ δὲ Υ τῇ τοῦ ΜΒΝ κώνου ἐπιφανείᾳ ἴσος ἐστί. Οἱ πάντες ἄρα κύκλοι ἴσοι εἰσὶ τῇ τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος ἐπιφανείᾳ. Καὶ φανερὸν ὅτι αἱ ἐκ τῶν κέντρων τῶν Ο, Π, Ρ, Σ, Τ, Υ κύκλων, [e] δύνανται τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ΑΕ καὶ δὶς τῶν ἡμισειῶν τῆς ΕΖ, ΗΘ, ΓΔ, ΚΛ, ΜΝ· αἱ ὅλαι εἰσὶν αἱ ΕΖ, ΗΘ, ΓΔ, ΚΛ, ΜΝ. Αἱ ἄρα ἐκ τῶν κέντρων τῶν Ο, Π, Ρ, Σ, Τ, Υ κύκλων [f] δύνανται τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ΑΕ καὶ πασῶν τῶν ΕΖ, ΗΘ, ΓΔ, ΚΛ, ΜΝ. Ἀλλὰ καὶ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Ξ κύκλου [g] δύναται τὸ ὑπὸ τῆς ΑΕ, καὶ τῆς συγκειμένης ἐκ πασῶν τῶν ΕΖ, ΕΘ, ΓΔ, ΚΛ, ΜΝ. Ἡ ἄρα ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Ξ κύκλου δύναται τὰς ἐκ τῶν κέντρων τῶν Ο, Π, Ρ, Σ, Τ, Υ κύκλων. Καὶ ὁ κύκλος ἄρα ὁ Ξ, ἴσος ἐστὶ τοῖς Ο, Π, Ρ, Σ, Τ, Υ κύκλοις. Οἱ δὲ Ο, Π, Ρ, Σ, Τ, Υ κύκλοι ἀπεδείχθησαν ἴσοι τῇ εἰρημένῃ τοῦ σχήματος ἐπιφανείᾳ. Καὶ ὁ Ξ ἄρα κύκλος ἴσος ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχήματος.

PROP. XXVI. Theor.

Figuræ ſphæræ inſcriptæ ſuperficies, quæ conicis ſuperficiebus comprehenditur, minor eſt quadrupla circuli maximi omnium qui ſunt in ſphæra.


Sit in ſphæra maximus circulus ABΓΔ, eique polygonum inſcribatur pariangulum et æquilaterum, cujus latera quaternarius metiatur; et intelligatur ſuper id conſtituta eſſe ſuperficies, quæ conicis ſuperficiebus comprehenditur. Dico, inſcriptæ figuræ ſuperficiem minorem eſſe quadrupla circuli maximi omnium, qui ſunt in ſphæra.

Jungantur enim, quæ duobus polygoni lateribus ſubjiciuntur, rectæ EI, ΘM, eiſdemque parallelæ ZK, ΔB, HΛ. Ponatur autem circulus quidam P, cujus ea, quæ ex centro, poſſit ſpatium, quod ſub EA, rectaque omnibus ſimul EI, ZK, BΔ, HΛ, ΘM æquali continetur. Æqualis eſt igitur hic circulus per id, quod ſupra demonſtratum eſt, figuræ, quam diximus, ſuperficiei. Et quoniam demonſtratum eſt, ut recta omnibus ſimul EI, ZK, BΔ, HΛ,

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κϛʹ.

Τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος εἰς τὴν σφαῖραν ἡ ἐπιφάνεια, ἡ περιεχομένη ὑπὸ τῶν κωνικῶν ἐπιφανειῶν, ἐλάσσων ἐστὶν ἢ τετραπλασία τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ.

Ἔστω ἐν σφαίρᾳ μέγιστος κύκλος ὁ ΑΒΓΔ, καὶ ἐν αὐτῷ ἐγγεγράφθω πολύγωνον ἀρτιόγωνον ἰσόπλευρον, οὗ αἱ πλευραὶ ὑπὸ τετράδος μετροῦνται· καὶ ἐπ' αὐτοῦ νοείσθω ἐπιφάνεια ἡ ἀπὸ τῶν κωνικῶν ἐπιφανειῶν περιεχομένη. Λέγω ὅτι ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ἐγγραφέντος, ἐλάσσων ἐστὶ ἢ τετραπλασία τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ.



Ἐπεζεύχθωσαν γὰρ αἱ ὑπὸ δύο πλευρὰς ὑποτείνουσαι τοῦ πολυγώνου, αἱ [h] ΕΙ, ΘΜ, καὶ ταύταις παράλληλοι αἱ ΖΚ, ΔΒ, ΗΛ. Ἐκκείσθω δέ τις κύκλος ὁ Ρ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου δύναται τὸ ὑπὸ τῆς ΕΛ, καὶ τῆς ἴσης πάσαις ταῖς ΕΙ, ΖΚ, ΒΔ, ΗΛ, ΘΜ. Διὰ δὴ τὸ προδειχθὲν ἴσος ἐστὶν ὁ κύκλος τῇ τοῦ εἰρημένου σχήματος ἐπιφανείᾳ. Καὶ ἐπεὶ ἐδείχθη ὅτι ἐστὶν ὡς ἡ ἴση πάσαις ταῖς ΕΙ, ΖΚ, ΒΔ, ΗΛ, ΘΜ, πρὸς τὴν διάμετρον τοῦ κύκλου τὴν ΑΓ,

[e] δύνανται [f] δύνανται [g] δύναται [h] ΕΙΘΜ

[i] οὕτως ἡ ΓΕ πρὸς ΕΑ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῆς ἴσης πάσαις ταῖς εἰρημέναις, καὶ τῆς ΕΑ, τουτέστι τὸ ἀπὸ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Ρ κύκλου, [k] ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΓΕ. Ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὸ ΑΓ, ΓΕ ἔλασσόν ἐστι τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΓ. Ἔλασσον ἄρα ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Ρ, τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΓ. Ἐλάσσων ἄρα ἐστὶν ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Ρ τῆς ΑΓ· ὥστε ἡ διάμετρος τοῦ Ρ κύκλου, ἐλάσσων ἐστὶν ἡ διπλασία τῆς διαμέτρου τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου. Καὶ δύο ἄρα τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου διάμετροι, μείζους εἰσὶ τῆς διαμέτρου τοῦ Ρ κύκλου· καὶ τὸ τετράκις ἀπὸ τῆς διαμέτρου τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου, τουτέστι τῆς ΑΓ, μεῖζόν ἐστι τοῦ ἀπὸ τῆς τοῦ Ρ κύκλου διαμέτρου. Ὡς δὲ τὸ τετράκις ἀπὸ τῆς ΑΓ, πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς τοῦ Ρ κύκλου διαμέτρου, οὕτως τέσσαρες κύκλοι οἱ ΑΒΓΔ πρὸς τὸν Ρ κύκλον. Τέσσαρες ἄρα κύκλοι οἱ ΑΒΓΔ, μείζους εἰσὶ τοῦ Ρ κύκλου. Ὁ ἄρα κύκλος ὁ Ρ ἐλάσσων ἐστὶν ἢ τετραπλάσιος τοῦ μεγίστου κύκλου. Ὁ [l] δὲ Ρ κύκλος ἴσος ἐδείχθη τῇ εἰρημένῃ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχήματος. Ἡ ἄρα ἐπιφάνεια τοῦ σχήματος ἐλάσσων ἐστὶ ἢ τετραπλασία τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ.

ΘΜ æqualis ad circuli diametrum ΑΓ, ita ſe habere ΓΕ ad ΕΑ; ideo ſpatium, quod ſub recta iis omnibus, quas diximus, æquali, et ſub ΕΑ continetur; hoc eſt quadratum, quod ab ea deſcribitur, quæ ex centro circuli Ρ, ſpatio eſt æquale, quod continetur ſub ΑΓ, ΓΕ. Spatium autem, quod continetur ſub ΑΓ, ΓΕ, minus eſt quadrato, quod deſcribitur ab ΑΓ. Igitur quadratum, quod ab ea, quæ ex centro circuli Ρ deſcribitur, minus eſt quadrato, quod deſcribitur ab ΑΓ. Minor eſt igitur ea quæ ex centro circuli Ρ, quam ΑΓ; ideoque circuli Ρ diameter minor dupla diametri circuli ΑΒΓΔ. Igitur etiam duæ circuli ΑΒΓΔ diametri majores ſunt diametro circuli Ρ; quadratumque quod a diametro circuli ΑΒΓΔ, hoc eſt ΑΓ, quater deſcribitur, majus eſt quadrato, quod deſcribitur a diametro circuli Ρ. Ut autem quadratum, quod ab ΑΓ quater deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a diametro circuli Ρ ita ſe habent quatuor circuli ΑΒΓΔ ad circulum Ρ. Igitur quatuor circuli ΑΒΓΔ majores ſunt circulo Ρ. Circulus igitur Ρ minor eſt quadruplo maximi circuli. Demonſtratum autem eſt, circulum Ρ figuræ, quam diximus, ſuperficiei æqualem eſſe. Igitur figuræ, quam diximus, ſuperficies minor eſt quadrupla circuli maximi omnium, qui ſunt in ſphæra.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κζ'.


Τῷ ἐγγραφομένῳ ἐν τῇ σφαίρᾳ σχήματι, τῷ περιεχομένῳ ὑπὸ τῶν ἐπιφανειῶν τῶν κωνικῶν [m] ἴσος ἐστὶ κῶνος ὁ βάσιν μὲν ἔχων τὸν κύκλον, τὸν ἴσον τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχήματος τοῦ ἐγγραφέντος ἐν τῇ σφαίρᾳ, ὕψος [n] δὲ ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου καθέτῳ ἠγμένῃ.

PROP. XXVII. Theor.

Figuræ ſphæræ inſcriptæ, quæ conicis ſuperficiebus comprehenditur, æqualis eſt conus, qui baſim quidem habeat inſcriptæ ſphæræ figuræ ſuperficiei æqualem, altitudinem vero æqualem rectæ, quæ a ſphæræ centro ad unum polygoni latus normalis ducitur.

Ἔστω ἡ σφαῖρα καὶ ὁ ἐν αὐτῇ μέγιστος κύκλος ὁ ΑΒΓΔ, καὶ τὰ ἄλλα τὰ αὐτὰ τοῖς πρότερον. Ἔστω δὲ κῶνος ὀρθὸς ὁ Ρ, βάσιν μὲν ἔχων [o] ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχήματος τοῦ ἐγγεγραμμένου ἐν τῇ σφαίρᾳ, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου καθέτῳ ἠγμένῃ. Δεικτέον ὅτι ὁ κῶνος ὁ Ρ, ἴσος ἐστὶ τῷ ἐγγεγραμμένῳ ἐν τῇ σφαίρᾳ σχήματι.

Ἀπὸ γὰρ τῶν κύκλων ὧν εἰσι διάμετροι αἱ ΖΝ, ΗΜ, ΘΛ, ΙΚ, κῶνοι ἀναγεγράφθωσαν, κορυφὴν ἔχοντες τὸ τῆς σφαίρας κέν-



Sit ſphæra, et maximus in ea circulus ΑΒΓΔ, eademque alia, quæ in ſuperiore theoremate. Sit autem Ρ conus rectus, baſim quidem habens inſcriptæ ſphæræ figuræ ſuperficiei æqualem, altitudinem vero æqualem rectæ, quæ a ſphæræ centro ad unum polygoni latus normalis ducitur. Oportet demonſtrare conum Ρ figuræ ſphæræ inſcriptæ æqualem eſſe.

Deſcribantur a circulis, qui circa diametros ΖΝ, ΗΜ, ΘΛ, ΙΚ ſunt, coni verticem habentes ſphæræ centrum. Atque

[i] ὡς [k] καὶ ἐστὶ τῷ ὑπὸ [l] δὲ ex MS. [m] καὶ ἐστὶ [n] ὕψος δὲ καὶ τῇ [o] ἔχων τὴν ἐπιφάνειαν

erit ſolidus rhombus compoſitus tum ex cono, cujus quidem baſis eſt circulus, qui circa diametrum ZN deſcribitur, vertex vero punctum A; tum ex cono, cujus quidem baſis idem eſt circulus, vertex vero punctum X. Qui quidem rhombus cono eſt æqualis, qui baſim quidem habeat coni NAZ ſuperficiei æqualem, altitudinem vero æqualem rectæ, quæ a puncto X ad AZ normalis ducitur. Rurſus etiam reſiduum rhombi, quod coni ſuperficie, quæ inter parallela plana per ZN, HM acta interjicitur, conorumque ZNX, HMX ſuperficiebus comprehenditur, æquale eſt cono, qui baſim quidem habeat coni ſuperficiei æqualem, quæ interjicitur inter parallela plana per ZN, HM acta, altitudinem vero æqualem rectæ, quæ a puncto X ad ZH normalis ducitur. Hæc enim demonſtrata ſunt. Amplius vero etiam coni reſiduum, quod comprehenditur coni ſuperficie, quæ inter parallela plana per HM, BΔ acta interjicitur, et ſuperficie coni MHX, et adhuc circuli, qui circa diametrum BΔ deſcribitur, æquale eſt cono, qui baſim quidem habeat coni ſuperficiei, quæ inter parallela plana per HM, BΔ acta interjicitur æqualem, altitudinem vero æqualem rectæ, quæ a puncto X ad BH normalis ducitur. Pariter et in altero hemiſphærio rhombus XKΓI, conorumque reſidua tot tantiſque conis æqualia erunt, quot quantique ii ſunt quos ſupra diximus. Itaque conſtat totam figuram ſphæræ inſcriptam omnibus, quos diximus, conis æqualem eſſe. Hi autem coni æquales ſunt cono P; quoniam conus P altitudinem quidem habet unicuique conorum, quos diximus, altitudini æqualem, baſim vero æqualem omnibus eorumdem baſibus. Conſtat igitur inſcriptam ſphæræ figuram expoſito cono eſſe æqualem.

τρον. Ἔσαι δὴ ῥόμβος στερεὸς ἐκ τε κώνου, οὗ βάσις μὲν ἐςὶ ὁ κύκλος ὁ περὶ τὴν ZN, κορυφὴ δὲ τὸ A σημεῖον· καὶ τοῦ κώνου οὗ βάσις ὁ αὐτὸς κύκλος, κορυφὴ δὲ τὸ X σημεῖον. Καὶ ἴσος ἐςὶ τῷ κώνῳ τῷ βάσιν μὲν ἔχοντι τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ NAZ, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ X ἐπὶ τὴν AZ καθέτῳ ἠγμένῃ. Πάλιν δὲ καὶ τὸ περιλελειμμένον τοῦ ῥόμβου τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου τῆς μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν κατὰ τὰς ZN, HM, καὶ τῶν ἐπιφανειῶν τῶν κώνων τῶν τε ZNX, καὶ τοῦ HMX, ἴσον ἐςὶ τῷ κώνῳ τῷ βάσιν μὲν ἔχοντι ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου, τῇ μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν κατὰ τὰς ZN, HM, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ X ἐπὶ τὴν ZH καθέτῳ ἠγμένῃ. Δέδεικται γὰρ ταῦτα. Ἔτι δὲ καὶ τὸ περιλειπόμενον τοῦ κώνου περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου τῆς μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν κατὰ τὰς HM, BΔ, καὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ MHX κώνου, καὶ τοῦ κύκλου τοῦ περὶ διάμετρον τὴν BΔ, ἴσον ἔσαι κώνῳ τῷ βάσιν μὲν ἔχοντι τὴν ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τῇ μεταξὺ τῶν ἐπιπέδων τῶν κατὰ τὰς HM, BΔ, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ X ἐπὶ τὴν BH καθέτῳ ἠγμένῃ. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ ὅ τε ῥόμβος ὁ XKΓI, καὶ τὰ περιλείμματα τῶν κώνων ἴσα ἔσαι τοσούτοις καὶ τηλικούτοις κώνοις, ὅσα καὶ πρότερον ἐρρήθησαν. Δῆλον οὖν ὅτι καὶ ὅλον τὸ σχῆμα τὸ ἐγγεγραμμένον ἐν τῇ σφαίρᾳ, ἴσον ἐςὶ πᾶσι τοῖς εἰρημένοις κώνοις. Οἱ δὲ κῶνοι ἴσοι εἰσὶ τῷ P κώνῳ· ἐπειδὴ ὁ P κῶνος ὕψος μὲν ἔχει ἑκάςῳ ἴσον τῶν εἰρημένων κώνων· βάσιν δὲ ἴσην πάσαις ταῖς βάσεσιν αὐτῶν. Δῆλον οὖν, ὅτι τὸ ἐν τῇ σφαίρᾳ ἐγγεγραμμένον ἴσον ἐςὶ τῷ ἐκκειμένῳ κώνῳ.

PROP. XXVIII. Theor.

Figura ſphæræ inſcripta, quæ conicis ſuperficiebus comprehenditur, minor eſt quadrupla coni, qui baſim quidem habeat circulo maximo omnium, qui ſunt in ſphæra, æqualem, altitudinem vero æqualem ei, quæ ex centro ſphæræ.

Qui enim conus inſcriptæ ſphæræ figuræ eſt æqualis, baſim quidem habens figuræ inſcriptæ ſuperficiei æqualem, altitudinem vero æqualem rectæ, quæ a centro circuli ad unum inſcripti polygoni latus normalis ducitur, hic ſit P. Sit autem conus Ξ baſim quidem habens circulo ABΓΔ æqualem, altitudinem vero æqualem ei, quæ ex centro circuli ABΓΔ.

Quoniam igitur conus P baſim quidem habet inſcriptæ ſphæræ figuræ ſuperficiei æqualem, altitudinem vero æqualem rectæ, quæ a puncto X ad AZ normalis ducitur; demonſtratumque eſt inſcriptæ figuræ ſuperficiem minorem eſſe

ΠΡΟΤ. κη'.


Τὸ ἐγγεγραμμένον σχῆμα ἐν τῇ σφαίρᾳ, τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τῶν ἐπιφανειῶν τῶν κωνικῶν, ἔλαττόν ἐςιν ἢ τετραπλάσιον τοῦ κώνου, βάσιν μὲν ἔχοντος ἴσην τῷ μεγίςῳ κύκλῳ τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας.

Ἔςω γὰρ ὁ γινόμενος κῶνος ἴσος τῷ σχήματι τῷ ἐγγεγραμμένῳ ἐν τῇ σφαίρᾳ, τὴν βάσιν μὲν ἔχων ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος, τὸ δὲ ὕψος ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου καθέτῳ ἀγομένῃ ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ ἐγγραφέντος πολυγώνου ὁ P. Ὁ δὲ κῶνος ὁ Ξ ἔςω, βάσιν ἔχων ἴσην τῷ ABΓΔ κύκλῳ, ὕψος δὲ τὴν ἐκ τοῦ κέντρου ABΓΔ κύκλου.

Ἐπεὶ οὖν ὁ P κῶνος βάσιν ἔχει ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος ἐν τῇ σφαίρᾳ, ὕψος δὲ * ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ X καθέτῳ ἀγομένῃ ἐπὶ τὴν AZ, ἐδείχθη δὲ ἐπιφάνεια τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος ἐλάσσων ἢ τετραπλασία τοῦ ἐν τῇ σφαίρᾳ μεγίςου

* In MS. ἴσον deeſt.

κύκλῳ, ἐστὶν ἄρα ἡ τοῦ Ρ κώνου βάσις ἐλάσσων ἢ τετραπλασία τῆς βάσεως τοῦ Ξ κώνου. Ἔστι δὲ καὶ τὸ ὕψος τοῦ Ρ ἔλασσον τοῦ ὕψους τοῦ Ξ κώνου. Ἐπεὶ οὖν ὁ Ρ κῶνος τὴν μὲν βάσιν ἔχει ἐλάσσονα ἢ τετραπλασίαν τῆς τοῦ Ξ βάσεως, τὸ δὲ ὕψος ἔλασσον τοῦ ὕψους, δῆλον ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Ρ κῶνος ἐλάσσων ἐστὶ ἢ τετραπλάσιος τοῦ Ξ κώνου. Ἀλλὰ καὶ ὁ Ρ κῶνος ἴσος ἐστὶ τῷ ἐγγεγραμμένῳ σχήματι. Τὸ ἄρα ἐγγεγραμμένον σχῆμα, ἔλασσόν ἐστιν ἢ τετραπλάσιον τοῦ Ξ κώνου.



quadrupla circuli maximi omnium, qui ſunt in ſphæra; ideo baſis coni P minor eſt quadrupla baſis coni Ξ. Minor eſt autem et coni P altitudo coni Ξ altitudine. Quoniam igitur conus P baſim quidem habet minorem quadrupla baſis coni Ξ, altitudinem vero minorem altitudine; conſtat eumdem conum P quadruplo coni Ξ minorem eſſe. Eſt autem conus P inſcriptæ figuræ æqualis. Igitur inſcripta figura minor eſt quadrupla coni Ξ.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κθʹ.

Ἔστω ἐν σφαίρᾳ μέγιστος κύκλος ὁ ΑΒΓΔ, περὶ δὲ τὸν ΑΒΓΔ κύκλον περιγεγράφθω πολύγωνον ἰσόπλευρόν τε καὶ ἰσογώνιον, τὸ δὲ πλῆθος τῶν πλευρῶν αὐτοῦ μετρείσθω ὑπὸ τετράδος. Τὸ δὲ περὶ τὸν κύκλον περιγεγραμμένον πολύγωνον, κύκλος περιγεγραμμένος περιλαμβανέτω, περὶ τὸ αὐτὸ κέντρον γινόμενος τῷ ΑΒΓΔ. μενούσης δὴ τῆς ΕΗ περιενεχθήτω τὸ ΕΖΗΘ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ τό τε πολύγωνον καὶ ὁ κύκλος. Δῆλον οὖν ὅτι ἡ μὲν περιφέρεια τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου κατὰ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας οἰσθήσεται· ἡ δὲ περιφέρεια τοῦ ΕΖΗΘ, κατ' ἄλλης ἐπιφανείας σφαίρας τὸ αὐτὸ κέντρον ἐχούσης τῇ ἐλάσσονι οἰσθήσεται. Αἱ δὲ ἁφαὶ καθ' ἃς ἐπιψαύουσιν αἱ πλευραὶ, γράφουσι κύκλους ὀρθοὺς πρὸς τὸν ΑΒΓΔ κύκλον ἐν τῇ ἐλάσσονι σφαίρᾳ. Αἱ δὲ γωνίαι τοῦ πολυγώνου χωρὶς τῶν πρὸς τοῖς Ε, Η σημείοις, κατὰ κύκλων περιφερειῶν οἰσθήσονται, ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς μείζονος σφαίρας γεγραμμένων ὀρθῶν πρὸς τὸν ΕΖΗΘ κύκλον, αἱ δὲ πλευραὶ τοῦ πολυγώνου κατὰ κωνικῶν ἐπιφανειῶν οἰσθήσονται, καθάπερ † ἐπὶ * τοῦ πρώτου. Ἔσται οὖν τὸ σχῆμα τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τῶν ἐπιφανειῶν τῶν κωνικῶν, περὶ μὲν

PROP. XXIX. Theor.

Sit in ſphæra maximus circulus ΑΒΓΔ; circuloque ΑΒΓΔ circumſcribatur polygonum æquiangulum et æquilaterum; et ipſius laterum multitudinem quaternarius metiatur. Circumſcriptum autem circulo polygonum circumſcriptus circulus comprehendat, cujus idem ſit centrum ac circuli ΑΒΓΔ; et manente ΕΗ, planum in quo polygonum ΕΖΗΘ, et circulus eſt, circumagatur. Conſtat igitur fore, ut circuli quidem ΑΒΓΔ circumferentia ſecundum ſphæræ ſuperficiem feratur; circumferentia vero circuli ΕΖΗΘ feratur ſecundum ſuperficiem alterius ſphæræ, cujus idem ſit ac minoris centrum. Porro contactus laterum polygoni circulos in minore ſphæra deſcribent ad circulum ΑΒΓΔ rectos. At polygoniam anguli, exceptis, qui ad puncta Ε, Η ſunt, ſecundum circumferentias circulorum ferentur, qui recti ad circulum ΕΖΗΘ in ſuperficie majoris ſphæræ deſcripti ſunt; latera vero ferentur ſecundum conicas ſuperficies, ut in priore theoremate. Quæ igitur figura ſub conicis ſuperficiebus comprehenditur, minori quidem ſphæræ circumſcripta erit, ma-



† ἐπὶ τοῦ πρώτου ex MS.

* Sive, τῷ πρὸ τούτου.

jori vero inſcripta. At vero circumſcriptæ figuræ ſuperficiem ſphæræ ſuperficie majorem eſſe, hoc pacto demonſtrabitur. Sit enim K Δ circuli alicujus eorum, qui in minore ſphæra ſunt, diameter; et K, Δ puncta, in quibus duo circumſcripti polygoni latera circulum A B Γ Δ contingunt. Diviſa autem ſphæra acto per K Δ plano, rectoque ad circulum A B Γ Δ, dividetur utique ab eodem plano et circumſcriptæ ſphæræ figuræ ſuperficies. Ac manifeſtum eſt ejuſmodi ſuperficies eoſdem in plano terminos habere; utriuſque enim terminus eſt circumferentia circuli, qui rectus ad circulum A B Γ Δ circa diametrum K Δ deſcribitur; et utramque ad eaſdem partes cavam eſſe, alteramque ab altera, et a plano, quod eoſdem ac ipſa terminos habet, comprehendi. Minor eſt igitur, quæ comprehenditur ſegmenti ſphærici ſuperficies, circumſcriptæ eidem ſegmento figuræ ſuperficie. Pariter etiam reliqui ſegmenti ſphærici ſuperficies minor eſt ſuperficie figuræ eidem ſegmento circumſcriptæ. Conſtat igitur totam ſuperficiem ſphæræ circumſcriptæ eidem figuræ ſuperficie minorem eſſe.

τὴν ἐλάσσονα σφαῖραν περιγεγραμμένον, ἐν δὲ τῇ μείζονι ἐγγεγραμμένον. Ὅτι δὲ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος μείζων ἐστὶ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας, οὕτως δειχθήσεται. Ἔστω γὰρ ἡ K Δ διάμετρος κύκλου τινὸς τῶν ἐν τῇ ἐλάσσονι σφαίρᾳ, τῶν K, Δ σημείων ὄντων, καθ᾽ ἃ ἅπτονται τοῦ A B Γ Δ κύκλου [1] αἱ δύο πλευραὶ τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου. [2] Διῃρημένης δὴ τῆς σφαίρας ὑπὸ τοῦ ἐπιπέδου τοῦ κατὰ τὴν K Δ ὀρθοῦ πρὸς τὸν A B Γ Δ κύκλον, καὶ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος περὶ τὴν σφαῖραν, διαιρεθήσεται ὑπὸ τοῦ ἐπιπέδου. Καὶ φανερὸν ὅτι τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσιν ἐν ἐπιπέδῳ. Ἀμφοτέρων γὰρ τῶν ἐπιφανειῶν πέρας ἐστὶν ἡ τοῦ κύκλου περιφέρεια τοῦ περὶ διάμετρον τὴν K Δ, ὀρθοῦ πρὸς τὸν A B Γ Δ κύκλον, καὶ εἰσιν ἀμφότεραι ἐπὶ τὰ αὐτὰ κοῖλαι. Καὶ περιλαμβάνεται ἡ ἑτέρα αὐτῶν ὑπὸ τῆς ἑτέρας ἐπιφανείας, καὶ τῆς ἐπιπέδου τῆς τὰ αὐτὰ πέρατα ἐχούσης. Ἐλάσσων οὖν ἐστιν ἡ περιλαμβανομένη τοῦ τμήματος τῆς σφαίρας ἐπιφάνεια, τῆς ἐπιφανείας τοῦ σχήματος τοῦ περιγεγραμμένου περὶ αὐτήν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ τοῦ λοιποῦ τμήματος τῆς σφαίρας ἐπιφάνεια, ἐλάσσων ἐστὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ σχήματος τοῦ περιγεγραμμένου περὶ αὐτήν. Δῆλον οὖν, ὅτι καὶ ὅλη ἡ ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας ἐλάσσων ἐστὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ σχήματος τοῦ περιγεγραμμένου περὶ αὐτήν.

PROP. XXX. Theor.

Figuræ ſphæræ inſcriptæ ſuperficiei æqualis eſt circulus, cujus ea, quæ ex centro, poteſt ſpatium ei æquale, quod ſub uno polygoni latere continetur, rectaque iis omnibus æquali, quæ polygoni angulos jungunt, et parallelæ ſunt alicui earum, quæ duobus polygoni lateribus ſubjiciuntur.

Quæ enim circumſcribitur figura minori ſphæræ, eadem majori inſcribitur. Demonſtratum autem eſt inſcriptæ ſphæræ figuræ ſuperficiem, quæ conicis ſuperficiebus comprehenditur, æqualem eſſe circulum, cujus ea, quæ ex centro, poteſt ſpatium, quod ſub uno polygoni latere continetur, rectaque iis omnibus æquali, quæ polygoni angulos jungunt, et parallelæ ſunt alicui earum, quæ duobus polygoni lateribus ſubjiciuntur. Conſtat igitur id, quod ſupra poſitum eſt.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λ'.

[1] Τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος περὶ τὴν σφαῖραν, ἴσος ἐστὶ κύκλος, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴσον δύναται τῷ περιεχομένῳ ὑπό τε μιᾶς πλευρᾶς τοῦ πολυγώνου καὶ τῆς ἴσης πάσαις ταῖς ἐπιζευγνυούσαις τὰς γωνίας τοῦ πολυγώνου, οὔσαις παρά τινα τῶν ὑπὸ δύο πλευρὰς τοῦ πολυγώνου ὑποτεινουσῶν.

Τὸ γὰρ περιγεγραμμένον περὶ τὴν ἐλάσσονα σφαῖραν, ἐγγέγραπται εἰς τὴν μείζονα σφαῖραν. Τοῦ δὲ ἐγγεγραμμένου ἐν τῇ σφαίρᾳ περιεχομένου ὑπὸ τῶν ἐπιφανειῶν τῶν κωνικῶν, δέδεικται ὅτι [2] τῇ ἐπιφανείᾳ ἴσος ἐστὶν ὁ κύκλος, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου δύναται τὸ περιεχόμενον ὑπό τε μιᾶς πλευρᾶς τοῦ πολυγώνου, καὶ τῆς ἴσης πάσαις ταῖς ἐπιζευγνυούσαις τὰς γωνίας τοῦ πολυγώνου, οὔσαις παρά τινα τῶν ὑπὸ δύο πλευρὰς ὑποτεινουσῶν. Δῆλον οὖν ἐστι τὸ προειρημένον.

PROP. XXXI. Theor.

Circumſcriptæ ſphæræ figuræ ſuperficies major eſt quadrupla circuli maximi omnium, qui ſunt in ſphæra.

Sit enim ſphæra, et circulus, eademque alia, quæ antea dicta ſunt. Circulus autem Λ æqualis ſit ſuperficiei propoſitæ figuræ minori ſphæræ circumſcriptæ.

Quoniam igitur circulo E Z H Θ inſcriptum eſt polygonum æquilaterum et pariangulum;

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λα'.

Τοῦ σχήματος τοῦ περιγεγραμμένου περὶ τὴν σφαῖραν, ἡ ἐπιφάνεια μείζων ἐστὶν ἢ τετραπλασία τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ.


Ἔστω γὰρ ἥ τε σφαῖρα καὶ ὁ κύκλος, καὶ τὰ ἄλλα τὰ αὐτὰ τοῖς πρότερον προκειμένοις. Καὶ ὁ Λ κύκλος ἴσος τῇ ἐπιφανείᾳ ἔστω τοῦ προκειμένου περιγεγραμμένου περὶ τὴν ἐλάσσονα σφαῖραν.

Ἐπεὶ οὖν ἐν τῷ E Z H Θ κύκλῳ πολύγωνον ἰσόπλευρον ἐγγέγραπται, καὶ ἀρτιογώνιον, αἱ ἐπιζευγνύουσαι

[1] αἱ δύο πλευραὶ in MS. deſunt. [2] διῃρημένης ſic MS.

[1] Τῆς ἐπιφανείας [2] τῇ ἐπιφανείᾳ ἴσος ὁ κύκλος ἐστί.

τὰς τοῦ πολυγώνου γωνίας παράλληλοι οὖσαι τῇ ΘΖ, πρὸς τὴν ΖΘ τὸν αὐτὸν λόγον ἔχουσιν, ὃν ἡ ΚΘ πρὸς ΚΖ. Ἴσον ἄρα ἐστὶν τὸ περιεχόμενον σχῆμα ὑπό τε μιᾶς πλευρᾶς τοῦ πολυγώνου * καὶ τῆς ἴσης πάσαις ταῖς ἐπιζευγνυούσαις τὰς γωνίας τοῦ πολυγώνου, τῷ περιεχομένῳ ὑπὸ τῶν ΖΘ, ΘΚ. Ὥστε ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Λ κύκλου ἴσον δύναται τῷ ὑπὸ ΖΘ, ΘΚ. Μείζων ἄρα ἐστὶν ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Λ κύκλου τῆς ΘΚ. Ἡ δὲ ΘΚ ἴση ἐστὶ τῇ διαμέτρῳ τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου· διπλασία γάρ ἐστι τῆς ΧΣ, οὔσης ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου. Δῆλον οὖν ὅτι μείζων ἐστὶν ἢ τετραπλάσιος ὁ Λ κύκλος, τουτέστιν ἡ ἐπιφάνεια τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος περὶ τὴν ἐλάσσονα σφαῖραν, τοῦ μεγίστου κύκλου τοῦ ἐν τῇ σφαίρᾳ.



quæ rectæ diametro ΘΖ parallelæ polygoni angulos jungunt, eamdem ad ΘΖ rationem habent, quam ΚΘ ad ΚΖ. Æquale eſt igitur ſpatium quod ſub uno polygoni latere continetur, rectaque iis omnibus æquali, quæ polygoni angulos jungunt, ſpatio, quod continetur ſub ΖΘ, ΘΚ. Quare ea, quæ ex centro circuli Λ poteſt ſpatium ei æquale, quod continetur ſub ΖΘ, ΘΚ. Igitur ea, quæ ex centro circuli Λ major eſt quam ΘΚ. ΘΚ autem æqualis eſt diametro circuli ΑΒΓΔ; quippe quæ dupla eſt rectæ ΧΣ, quæ ex centro circuli ΑΒΓΔ ducitur. Conſtat igitur circulum Λ, hoc eſt figuræ minori ſphæræ circumſcriptæ ſuperficiem, majorem eſſe quadrupla circuli maximi omnium qui ſunt in ſphæra.

EUTOCIUS.

Ἡ δὲ ΚΘ ἴση ἐστὶ τῇ διαμέτρῳ τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου. Ἐὰν γὰρ ἀπὸ τοῦ Χ ἐπιζεύξωμεν ἐπὶ τὸ σημεῖον, καθ' ὃ ἐφάπτεται ἡ ΚΖ τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου, νοούμενον τὸ Σ, ἐπιζεύξωμεν δὲ καὶ τὴν ΧΚ· ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΧΚ τῇ ΧΖ, εἰσὶ δὲ καὶ ὀρθαὶ αἱ πρὸς τῷ Σ· ἴση ἄρα ἡ ΚΣ τῇ ΣΖ. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ ΖΧ τῇ ΧΘ ἴση. Παράλληλος ἄρα ἡ ΧΣ τῇ ΚΘ. Καὶ διὰ τοῦτο ἐστὶν ὡς ἡ ΘΖ πρὸς ΖΧ, οὕτως ἡ ΚΘ πρὸς ΧΣ. Διπλῆ δὲ ἡ ΘΖ τῆς ΧΖ. Διπλῆ ἄρα καὶ ἡ ΚΘ τῆς ΧΣ ἐκ τοῦ κέντρου οὔσης τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου.

ΘΚ autem æqualis eſt diametro ciculi ΑΒΓΔ. Si enim recta jungatur a puncto Χ ad id punctum, in quo ΚΖ circulum ΑΒΓΔ contingit, quod Σ eſſe intelligatur; jungaturque pariter recta ΧΚ: quoniam æqualis eſt ΧΚ ipſi ΧΖ, quique anguli ad punctum Σ ſunt, recti; ideo etiam ΚΣ ipſi ΣΖ eſt æqualis. At vero æqualis etiam eſt ΖΧ ipſi ΧΘ. Parallela igitur eſt ΧΣ ipſi ΚΘ. Propterea, ut ΘΖ ad ΖΧ, ita ſe habet ΚΘ ad ΧΣ. Dupla eſt autem ΘΖ ipſius ΧΖ. Dupla eſt igitur etiam ΚΘ ipſius ΧΣ; quæ quidem ex centro eſt circuli ΑΒΓΔ.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λβ΄.

Τῷ περιγεγραμμένῳ σχήματι περὶ τὴν ἐλάσσονα σφαῖραν ἴσος ἐστὶ κῶνος, ὁ βάσιν μὲν ἔχων τὸν κύκλον τὸν ἴσον τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχήματος, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας.

Τὸ γὰρ περιγεγραμμένον σχῆμα περὶ τὴν ἐλάσσονα σφαῖραν, ἐγγέγραπται [a] ἐν τῇ μείζονι σφαίρᾳ. Τῷ δὲ ἐγγεγραμμένῳ σχήματι περιεχομένῳ ὑπὸ τῶν κωνικῶν ἐπιφανειῶν, δέδεικται ἴσος κῶνος ὁ βάσιν μὲν ἔχων τὸν κύκλον τὸν ἴσον τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχήματος, [b] ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου καθέτῳ ἀγομένῃ. Αὕτη δέ ἐστιν ἴση τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς ἐλάσσονος σφαίρας. Δῆλον οὖν ἐστι τὸ προτεθέν.

PROP. XXXII. Theor.

Figuræ minori ſphæræ circumſcriptæ æqualis eſt conus, qui baſim quidem habeat circulum figuræ ſuperficiei æqualem, altitudinem vero æqualem ei, quæ ex centro ſphæræ.

Quæ enim circumſcribitur figura minori ſphæræ, eadem majori inſcribitur. Demonſtratum autem eſt inſcriptæ figuræ, quæ conicis ſuperficiebus comprehenditur, æqualem eſſe conum, qui baſim quidem habeat circulum figuræ ſuperficiei æqualem, altitudinem vero æqualem rectæ, quæ a ſphæræ centro ad unum polygoni latus normalis ducitur. Atque hæc quidem æqualis eſt ei, quæ ex centro minoris ſphæræ. Conſtat igitur id, quod ſupra poſitum eſt.

* καὶ ταῖς πάσαις [a] αὐτῇ [b] ὕψος δὲ τῇ

PROP. XXXIII. Theor.

Ex hoc autem manifeſtum eſt, figuram minori ſphæræ circumſcriptam majorem eſſe quadrupla coni, qui baſim quidem habeat circulo maximo omnium, qui ſunt in ſphæra, æqualem, altitudinem vero æqualem ei, quæ ex centro ſphæræ.

Quoniam enim figuræ æqualis eſt conus, qui baſim quidem habeat ejuſdem ſuperficiei æqualem, altitudinem vero æqualem ei, quæ a centro ſphæræ ad unum polygoni latus normalis ducitur, hoc eſt ei, quæ e minoris ſphæræ centro; ſuperficies autem figuræ ſphæræ circumſcriptæ major eſt quadrupla circuli maximi omnium, qui ſunt in ſphæra. Ideo figura ſphæræ circumſcripta major erit quadrupla coni, qui baſim quidem habeat maximum circulum, altitudinem vero eam, quæ ex centro ſphæræ. Nam et qui ipſi æqualis eſt conus, major eſt quadruplo ejus, quem diximus, coni; cum et baſim habeat majorem quadrupla, et æqualem altitudinem.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λγ'.

Ἐκ τούτου δὲ φανερὸν, ὅτι τὸ σχῆμα τὸ περιγραφόμενον περὶ τὴν ἐλάσσονα σφαῖραν μεῖζόν ἐστιν ἢ τετραπλάσιον κώνου, τοῦ βάσιν μὲν ἔχοντος μέγιστον κύκλον τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ, ὕψος δὲ τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας.

Ἐπειδὴ γὰρ ἴσος ἐστὶ τῷ σχήματι κῶνος ὁ βάσιν μὲν ἔχων ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ αὐτοῦ, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου καθέτῳ ἠγμένῃ, τουτέστι τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς ἐλάσσονος σφαίρας· ἔστι δὲ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος περὶ τὴν σφαῖραν μείζων ἢ τετραπλασία τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ. Μεῖζον ἄρα ἢ τετραπλάσιον ἔσται τὸ σχῆμα τὸ περιγεγραμμένον περὶ τὴν σφαῖραν τοῦ κώνου, βάσιν μὲν ἔχοντος τὸν μέγιστον κύκλον, ὕψος δὲ τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας. Ἐπειδὴ καὶ [*] ὁ κῶνος ἴσος αὐτῷ, μείζων ἢ τετραπλάσιος γίνεται τοῦ εἰρημένου· βάσιν τε γὰρ μείζονα ἢ τετραπλασίαν ἔχει, καὶ ὕψος ἴσον.

PROP. XXXIV. Theor.

Si ſphæræ figura inſcripta ſit, itemque alia circumſcripta, circumactis polygonis iis, quæ ſupra conſtructa ſunt, ſimilibus; circumſcriptæ figuræ ſuperficies ad ſuperficiem inſcriptæ rationem habet ejus duplam, quam habet latus circumſcripti maximo circulo polygoni ad latus polygoni eidem circulo inſcripti: ipſa autem figura circumſcripta ad inſcriptam rationem habet ejuſdem rationis triplam.

Sit in ſphæra maximus circulus ΑΒΓΔ; eique inſcribatur polygonum æquilaterum, et ipſius laterum multitudinem quaternarius metiatur; circumſcribatur item circulo polygonum aliud inſcripto ſimile, circumſcriptique polygoni latera circulum contingant in punctis circumferentiarum mediis, quæ ab inſcripti polygoni lateribus ſecantur. Sint autem ΕΗ, ΘΖ ejus circuli, qui circumſcriptum polygonum comprehendit, diametri ad angulos inter ſe invicem rectos ſimilique modo poſitæ ac diametri ΑΓ, ΒΔ: atque intelligantur junctæ eſſe ad oppoſitos polygoni angulos rectæ lineæ, quæ quidem ſibi invicem rectiſque ΒΖ, ΘΔ parallelæ erunt. Itaque, manente diametro ΕΗ, actiſque in orbem polygonorum ambitibus, circumſcribetur ſphæræ figura, aliaque item inſcribetur. Oportet igitur demonſtrare, circumſcriptæ figuræ ſuperficiem ad ſuperficiem inſcriptæ rationem habere ejus duplam, quam habet ΕΛ ad ΑΚ: ipſam autem figuram circumſcriptam ad inſcriptam habere rationem ejuſdem rationis triplam.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λδ'.

Ἐὰν ᾖ ἐν σφαίρᾳ σχῆμα ἐγγεγραμμένον, καὶ ἄλλο περιγεγραμμένον ὑπὸ ὁμοίων πολυγώνων, τῶν αὐτῶν τρόπον τοῖς πρότερον κατεσκευασμένοις, ἡ ἐπιφάνεια τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος πρὸς τὴν τοῦ ἐγγεγραμμένου ἐπιφάνειαν, διπλασίονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ πλευρὰ τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου περὶ τὸν μέγιστον κύκλον, πρὸς τὴν πλευρὰν τοῦ ἐγγεγραμμένου πολυγώνου ἐν τῷ αὐτῷ κύκλῳ· αὐτὸ δὲ τὸ σχῆμα τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ σχῆμα [*] τὸ ἐγγεγραμμένον, τριπλασίονα λόγον ἔχει τοῦ αὐτοῦ λόγου.


Ἔστω ἐν σφαίρᾳ κύκλος ὁ ΑΒΓΔ, καὶ ἐγγεγράφθω εἰς αὐτὸν πολύγωνον ἰσόπλευρον, τὸ δὲ πλῆθος τῶν πλευρῶν αὐτοῦ μετρείσθω ὑπὸ τετράδος· καὶ ἄλλο περιγεγράφθω περὶ τὸν κύκλον, ὅμοιον τῷ ἐγγεγραμμένῳ, αἱ δὲ τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου πλευραὶ ἐπιψαυέτωσαν τοῦ κύκλου κατὰ μέσα τῶν περιφερειῶν τῶν ἀποτεμνομένων ὑπὸ τῶν τοῦ ἐγγεγραμμένου πολυγώνου πλευρῶν. Αἱ δὲ ΕΗ, ΖΘ διάμετροι πρὸς ὀρθὰς ἔστωσαν ἀλλήλαις τοῦ κύκλου τοῦ περιλαμβάνοντος τὸ περιγεγραμμένον πολύγωνον, καὶ ὁμοίως κείμεναι ταῖς ΑΓ, ΒΔ διαμέτροις· καὶ νοείσθωσαν ἐπιζευγνύμεναι ἐπὶ τὰς ἀπεναντίον γωνίας τοῦ πολυγώνου, αἳ γίγνονται ἀλλήλαις τε καὶ τῇ ΒΖ, ΘΔ παράλληλοι. Μενούσης δὴ τῆς ΕΗ διαμέτρου, καὶ περιενεχθεισῶν τῶν περιμέτρων τῶν πολυγώνων περὶ τὴν τοῦ κύκλου περιφέρειαν, τὸ μὲν περιγεγραμμένον σχῆμα ἔσται ἐν τῇ σφαίρᾳ, τὸ δὲ ἐγγεγραμμένον. Δεικτέον οὖν ὅτι ἡ μὲν ἐπιφάνεια τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ ἐγγεγραμμένου, διπλασίονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ ΕΛ πρὸς ΑΚ· τὸ δὲ σχῆμα τὸ περιγεγραμμένον τριπλασίονα λόγον ἔχει τοῦ αὐτοῦ λόγου.

[*] ὁ κῶνος ὁ ἴσος

[*] τὸ ἐγγεγραμμένον, in MS. deſunt.

Ἔστω γὰρ ὁ μὲν Μ κύκλος ἴσος τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ περιγεγραμμένου περὶ τὴν σφαῖραν· ὁ δὲ Ν ἴσος τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ἐγγεγραμμένου. Δυνάται ἄρα τοῦ μὲν Μ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου, τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τῆς ΕΛ καὶ τῆς ἴσης πάσαις ταῖς ἐπιζευγνυούσαις τὰς γωνίας τοῦ πολυγώνου τοῦ περιγεγραμμένου· ἡ δὲ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Ν, τὸ ὑπὸ τῆς ΑΚ καὶ τῆς ἴσης πάσαις ταῖς ἐπιζευγνυούσαις [b] τὰς γωνίας τοῦ πολυγώνου τοῦ ἐγγεγραμμένου. Καὶ ἐπεὶ ὅμοιά ἐστι τὰ πολύγωνα, ὅμοια ἂν εἴη καὶ τὰ περιεχόμενα χωρία ὑπὸ τῶν εἰρημένων γραμμῶν, τουτέστι τῶν ἐπὶ τὰς γωνίας, καὶ τῶν πλευρῶν τῶν πολυγώνων. Ὥστε τὸν αὐτὸν λόγον ἔχειν [c] πρὸς ἄλληλα ὃν ἔχουσιν αἱ τῶν πολυγώνων πλευραὶ δυνάμει. Ἀλλὰ καὶ ὃν ἔχει λόγον τὰ περιεχόμενα ὑπὸ τῶν εἰρημένων γραμμῶν, τοῦτον ἔχουσιν αἱ ἐκ τῶν κέντρων τῶν Μ, Ν κύκλων πρὸς ἀλλήλας δυνάμει. Ὥστε καὶ αἱ τῶν Μ, Ν διάμετροι τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον ταῖς τῶν πολυγώνων πλευραῖς. Οἱ δὲ κύκλοι πρὸς ἀλλήλους διπλασίονα λόγον ἔχουσι τῶν διαμέτρων· οἵτινες ἴσοι εἰσὶ ταῖς ἐπιφανείαις τοῦ περιγεγραμμένου, καὶ ἐγγεγραμμένου. Δῆλον οὖν, ὅτι ἡ ἐπιφάνεια τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος περὶ τὴν σφαῖραν, πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος εἰς τὴν σφαῖραν, διπλασίονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΕΛ πρὸς ΑΚ.

Εἰλήφθωσαν δὴ δύο κῶνοι οἱ Ο, Ξ. Καὶ ἔστω ὁ μὲν Ξ κῶνος βάσιν ἔχων τὸν κύκλον ἴσον τῷ Μ, ὁ δὲ Ο βάσιν ἔχων τὸν κύκλον ἴσον τῷ Ν· ὕψος δὲ ὁ μὲν Ξ κῶνος τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας, ὁ δὲ Ο τὴν ἀπὸ τοῦ κέντρου ἐπὶ τὴν ΑΚ κάθετον ἠγμένην. Ἴσος ἄρα ὁ μὲν Ξ κῶνος τῷ σχήματι τῷ περιγεγραμμένῳ περὶ τὴν σφαῖραν, ὁ δὲ Ο τῷ ἐγγεγραμμένῳ. Δέδεικται γὰρ ταῦτα. Καὶ ἐπεὶ ὅμοιά ἐστι τὰ πολύγωνα, τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον ἡ ΕΛ πρὸς ΑΚ, ὃν ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας πρὸς τὴν ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας ἐπὶ τὴν ΑΚ κάθετον ἠγμένην.



Sit enim circulus quidem M figuræ ſphæræ circumſcriptæ ſuperficiei æqualis; circulus autem N æqualis ſuperficiei figuræ inſcriptæ. Itaque ea, quæ ex centro circuli M, poteſt ſpatium, quod ſub E A continetur, rectaque iis omnibus æquali, quæ circumſcripti polygoni angulos jungunt: et ea, quæ ex centro circuli N, illud poteſt, quod continetur ſub A K, æqualique recta iis omnibus, quæ angulos jungunt polygoni inſcripti. Et quoniam polygona ſimilia ſunt, ſimilia utique erunt et ſpatia, quæ ſub rectis, quas diximus, hoc eſt iis, quæ polygonorum angulos jungunt, et ſub eorumdem lateribus continentur. Quare eamdem inter ſe invicem rationem habent, quam polygonorum latera poteſtate. Quam autem habent rationem ſpatia, quæ ſub iis, quas diximus, rectis continentur, hanc habent poteſtate inter ſe invicem eæ, quæ ex circulorum M, N centris. Habent igitur etiam circulorum M, N diametri inter ſe invicem eamdem rationem, quam polygonorum latera. Circuli autem inter ſe invicem rationem habent ejus duplam, quam habent diametri; æqualeſque ſunt ſuperficiebus figurarum tum circumſcriptæ tum inſcriptæ. Conſtat igitur, figuræ ſphæræ circumſcriptæ ſuperficiem ad ſuperficiem inſcriptæ rationem habere ejus duplam, quam habet E A ad A K.

Sumantur modo duo coni O, Ξ. Et conus quidem Ξ baſim habeat circulum circulo M æqualem; conus vero O baſim habeat circulum æqualem circulo N: at vero altitudinem habeat conus Ξ eam, quæ ex ſphæræ centro; et conus O rectam, quæ a centro ejuſdem ad A K normalis ducitur. Æqualis eſt igitur conus quidem Ξ figuræ ſphæræ circumſcriptæ; conus vero O inſcriptæ. Hæc enim demonſtrata ſunt. Et quoniam polygona ſimilia ſunt, eamdem habet rationem E A ad A K, quam ea, quæ ex centro ſphæræ ad eam, quæ a centro ſphæræ ad

[b] τὸ πολυγώνου τοῦ ἐγγεγραμμένου in MS. deſunt. [c] πρὸς ἄλληλα

Λ K normalis ducitur. Eamdem igitur rationem habet altitudo coni Ξ ad coni O altitudinem, quam E Λ ad Λ K. Habet autem etiam diameter circuli M ad circuli N diametrum eamdem rationem quam E Λ ad Λ K. Conorum igitur Ξ, O diametri, quæ in baſibus ſunt diametri eamdem habent rationem, quam altitudines. Igitur coni ſunt ſimiles: ac propterea conus Ξ ad conum O rationem habet ejus triplam, quam diameter circuli M habet ad diametrum circuli N. Conſtat igitur, etiam figuram circumſcriptam ad inſcriptam rationem habere ejus triplam, quam habet E Λ ad Λ K.

Τὸν αὐτὸν ἄρα λόγον ἔχει τὸ ὕψος τοῦ Ξ κώνου, πρὸς τὸ ὕψος τοῦ Ο κώνου, ὃν ἡ ΕΛ πρὸς ΛΚ. Ἔχει δὲ καὶ ἡ διάμετρος τοῦ Μ κύκλου, πρὸς τὴν διάμετρον τοῦ Ν κύκλου λόγον, ὃν ἔχει ἡ ΕΛ πρὸς ΛΚ. Τῶν ἄρα Ξ, Ο κώνων αἱ διάμετροι τῶν βάσεων τοῖς ὕψεσι τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον. Ὅμοιοι ἄρα εἰσί· καὶ διὰ τοῦτο τριπλασίονα λόγον ἔχει ὁ Ξ κῶνος πρὸς τὸν Ο κῶνον, ἤπερ ἡ διάμετρος τοῦ Μ κύκλου πρὸς τὴν διάμετρον τοῦ Ν κύκλου. Δῆλον οὖν, ὅτι καὶ τὸ σχῆμα τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον τριπλασίονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ ΕΛ πρὸς ΛΚ.

EUTOCIUS.

Habet autem etiam diameter circuli M ad diametrum circuli N eamdem rationem, quam E Λ ad Λ K. Si enim jungantur H Λ, et Γ K; cum anguli, qui ad puncta ſunt K et Λ, ſint recti, et Λ K ipſi Λ E parallela; æquiangulum utique eſt triangulum H Λ E triangulo Γ K Λ. Propterea, ut H Λ ad Λ E, ita ſe habet Γ K ad K Λ. Sed ut H Λ quidem ad Λ E, ita ſe habent rectæ omnes, quæ circumſcripti polygoni angulos jungunt, ad diametrum circuli, qui circumſcripto polygono circumſcriptus eſt; ut vero Γ K ad K Λ, ita rectæ omnes, quæ inſcripti polygoni angulos jungunt, ad diametrum circuli ΑΒΓΔ. Ut igitur rectæ omnes, quæ circumſcripti polygoni angulos jungunt ad diametrum circuli, qui eidem polygono circumſcriptus eſt, ita ſe habent rectæ omnes, quæ inſcripti polygoni angulos jungant, ad diametrum circuli ΑΒΓΔ. Ut autem diameter ad latus, ita ſe habet diameter ad latus; quoniam et ut H E ad E Λ, ita Γ Λ ad Λ K. Igitur etiam ex æquo, ut rectæ, quæ jungunt, omnes ad E Λ, ita ſe habent rectæ, quæ jungunt, omnes ad Λ K. Sed ut illæ quidem omnes ad latus E Λ, ita ſe habet ſpatium, quod ſub omnibus, et ſub E Λ continetur; hoc eſt quadratum, quod ab ea deſcribitur, quæ ex centro circuli M, ad quadratum, quod ab E Λ deſcribitur, ſumpta E Λ pro communi altitudine: ut vero hæ omnes ad Λ K, ita ſe habet ſpatium, quod ſub omnibus, et ſub Λ K continetur; hoc eſt quadratum, quod ab ea deſcribitur, quæ ex centro circuli N, ad quadratum, quod ab Λ K deſcribitur, Λ K pariter pro communi altitudine ſumpta. Ut igitur quadratum, quod ab ea, quæ ex centro circuli M deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab E Λ, ita ſe habet quadratum quod ab ea quæ ex centro circuli N deſcribitur ad quadratum quod deſcribitur ab Λ K. Igitur etiam ut ea, quæ ex centro circuli M ad E Λ, ita ſe habet ea quæ ex centro circuli N, ad Λ K. Et permutando, ut ea, quæ ex centro circuli M, ad eam, quæ ex centro circuli N, ita E Λ ad Λ K. Denique, ſumptis præcedentium duplis, ut diameter circuli M ad circuli N diametrum, ita E Λ ad Λ K.

Ἔχει δὲ καὶ ἡ διάμετρος τοῦ Μ κύκλου πρὸς τὴν διάμετρον τοῦ Ν λόγον, ὃν ἔχει ἡ ΕΛ πρὸς ΛΚ. Ἐὰν γὰρ ἐπιζευχθῶσιν αἱ ΗΛ, ΓΚ, [a] ὀρθῶν γωνιῶν τῶν πρὸς τοῖς Κ, Λ, καὶ παραλλήλου τῆς ΛΚ τῇ ΛΕ· ἰσογώνιον ἄρα τὸ ΗΛΕ τρίγωνον [e] τῷ ΓΚΛ τριγώνῳ. Καὶ διὰ τοῦτο ἐστὶν ὡς ἡ ΗΛ πρὸς ΛΕ, οὕτως ἡ ΓΚ πρὸς ΚΛ. Ἀλλ' ὡς μὲν ἡ ΗΛ πρὸς ΛΕ, οὕτως πᾶσαι αἱ ἐπιζευγνύουσαι τὰς τοῦ περιγεγραμμένου γωνίας, πρὸς τὴν τοῦ περὶ τὸ περιγεγραμμένον κύκλου διάμετρον· ὡς δὲ ἡ ΓΚ πρὸς ΚΛ, οὕτως πᾶσαι αἱ ἐπιζευγνύουσαι τὰς τοῦ ἐγγεγραμμένου γωνίας πρὸς τὴν τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου διάμετρον. Ὡς ἄρα πᾶσαι αἱ ἐπιζευγνύουσαι τὰς τοῦ περιγεγραμμένου γωνίας, πρὸς τὴν τοῦ περὶ αὐτὸ κύκλου διάμετρον, οὕτως πᾶσαι αἱ ἐπιζευγνύουσαι τὰς τοῦ ἐγγεγραμμένου γωνίας, πρὸς τὴν τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου διάμετρον. Ὡς δὲ ἡ διάμετρος πρὸς τὴν πλευράν, οὕτως ἡ διάμετρος πρὸς τὴν πλευράν· ἐπεὶ καὶ ὡς ἡ ΗΕ πρὸς ΕΛ, οὕτως ἡ ΓΛ πρὸς ΛΚ. Καὶ δι' ἴσου ἄρα, ὡς πᾶσαι αἱ ἐπιζευγνύουσαι πρὸς τὴν ΕΛ, οὕτως πᾶσαι αἱ ἐπιζευγνύουσαι πρὸς τὴν ΛΚ. Ἀλλ' ὡς πᾶσαι πρὸς τὴν πλευρὰν τὴν ΕΛ, οὕτως τὸ ὑπὸ πασῶν καὶ τῆς ΕΛ, τουτέστι τὸ ἀπὸ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Μ πρὸς τὸ ἀπὸ ΕΛ, τῆς ΕΛ κοινοῦ ὕψους λαμβανομένης· ὡς δὲ πᾶσαι πρὸς τὴν ΛΚ, οὕτως τὸ ὑπὸ πασῶν καὶ τῆς ΛΚ, τουτέστι τὸ ἀπὸ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Ν, πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΛΚ· κοινοῦ ὕψους πάλιν λαμβανομένης τῆς ΛΚ. Ἔστιν ἄρα ὡς τὸ ἀπὸ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Μ πρὸς τὸ ἀπὸ ΕΛ, οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Ν, πρὸς τὸ [f] ἀπὸ ΛΚ. Καὶ ὡς ἄρα αὐτὴ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Μ πρὸς τὴν ΕΛ, οὕτως ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Ν πρὸς τὴν ΛΚ. Ἐναλλὰξ [g] ἄρα ὡς ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Μ, πρὸς τὴν ἐκ κέντρου τοῦ Ν, οὕτως ἡ ΕΛ πρὸς ΛΚ. Καὶ τῶν ἡγουμένων τὰ διπλάσια, ὡς ἡ διάμετρος τοῦ Μ πρὸς τὴν διάμετρον τοῦ Ν, ἡ ΕΛ πρὸς ΛΚ.

PROP. XXXV. Theor.

Cujuſlibet ſphæræ ſuperficies quadrupla eſt circuli maximi omnium, qui ſunt in ipſa.

Sit enim ſphæra aliqua, et circulus A maximi circuli quadruplus. Dico, circulum A ſphæræ ſuperficiei æqualem eſſe.

Si enim non eſt æqualis, aut major eſt, aut minor. Sit primo ſphæræ ſuperficies major circulo. Duæ autem ſunt magnitudines inæquales, ſuper-

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λε΄.


Πάσης σφαίρας ἡ ἐπιφάνεια τετραπλασία ἐστὶ τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν αὐτῇ.

[h] Ἔστω γὰρ σφαῖρά τις, καὶ ἔστω τετραπλάσιος τοῦ μεγίστου κύκλου ὁ Α. Λέγω ὅτι ὁ Α ἴσος ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς σφαίρας.

Εἰ γὰρ μή, ἤτοι μείζων ἐστὶν, ἢ ἐλάσσων. Ἔστω πρότερον μείζων ἡ ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας τοῦ κύκλου. [i] Ἔστι δὴ δύο μεγέθη ἄνισα, ἥ τε ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας, καὶ ὁ

[a] ὀρθῶν - - - - γωνιῶν [e] τῷ ΓΚΛ τριγώνῳ in MS. deſunt. [f] In MS. ἀπὸ deeſt. [g] In MS. ἄρα deeſt.
[h] Ὡς γάρ [i] Ἔστι δὲ δύο μεγέθη ἄνισα, ἥ τε ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας in MS. deſunt.

Α κύκλος. Δυνατὸν ἄρα ἐστὶ λαβεῖν δύο εὐθείας ἀνίσους, ὥστε τὴν μείζονα πρὸς τὴν ἐλάσσονα, λόγον ἔχειν ἐλάσσονα τοῦ ὃν ἔχει ἡ ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας πρὸς τὸν κύκλον. Εἰλήφθωσαν αἱ Β, Γ, καὶ τῶν Β, Γ μέση ἀνάλογον ἔστω ἡ Δ. Νοείσθω δὲ καὶ ἡ σφαῖρα ἐπιπέδῳ τετμημένη διὰ τοῦ κέντρου κατὰ τὸν ΕΖΗΘ κύκλον· νοείσθω δὲ καὶ ὡς τὸν κύκλον ἐγγεγραμμένον καὶ περιγεγραμμένον πολύγωνον, ὥστε ὅμοιον εἶναι τὸ περιγεγραμμένον τῷ ἐγγεγραμμένῳ πολυγώνῳ, καὶ τὴν τοῦ περιγεγραμμένου πλευρὰν ἐλάσσονα λόγον ἔχειν τοῦ ὃν ἔχει ἡ Β πρὸς τὴν Δ. Καὶ ὁ διπλάσιος ἄρα λόγος τοῦ διπλασίου λόγου ἐστὶν ἐλάσσων. Καὶ τοῦ μὲν τῆς Β πρὸς Δ, διπλάσιός ἐστι ὁ τῆς Β πρὸς τὴν Γ· τῆς δὲ πλευρᾶς τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου πρὸς τὴν πλευρὰν τοῦ ἐγγεγραμμένου, διπλάσιος ὁ τῆς ἐπιφανείας [h] περιγεγραμμένου στερεοῦ πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ ἐγγεγραμμένου. Ἡ ἐπιφάνεια ἄρα τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος περὶ τὴν σφαῖραν, πρὸς τὴν [i] ἐπιφάνειαν τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος, ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας πρὸς τὸν Α κύκλον. Ὅπερ ἄτοπον. Ἡ μὲν γὰρ ἐπιφάνεια τοῦ περιγεγραμμένου τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας μείζων ἐστίν, ἡ δὲ ἐπιφάνεια τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος τοῦ Α κύκλου ἐλάσσων ἐστί. Δέδεικται γὰρ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ἐγγεγραμμένου ἐλάσσων τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ, ἢ τετραπλασία· τοῦ δὲ μεγίστου κύκλου τετραπλάσιός ἐστιν ὁ Α κύκλος. Οὐκ ἄρα ἡ ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας μείζων ἐστὶ τοῦ Α κύκλου. Λέγω δὴ ὅτι οὐδὲ ἐλάσσων. Εἰ γὰρ δυνατὸν ἔστω· καὶ ὁμοίως εὑρήσθωσαν αἱ Β, Γ εὐθεῖαι, ὥστε τὴν Β πρὸς Γ ἐλάσσονα λόγον ἔχειν τοῦ ὃν ἔχει ὁ Α κύκλος πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς σφαίρας, καὶ τῶν Β, Γ μέση ἀνάλογον ἡ Δ. Καὶ ἐγγεγράφθω καὶ περιγεγράφθω πάλιν πολύγωνον, ὥστε τὴν πλευρὰν τοῦ περιγεγραμμένου ἐλάσσονα λόγον ἔχειν τοῦ τῆς Β πρὸς Δ. Καὶ τὰ διπλάσια ἄρα. Ἡ ἐπιφάνεια ἄρα τοῦ περιγεγραμμένου πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ ἐγγεγραμμένου ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἤπερ ὁ Α κύκλος πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς σφαίρας. Ὅπερ ἄτοπον. Ἡ μὲν γὰρ τοῦ περιγεγραμμένου ἐπιφάνεια μείζων ἐστὶ τοῦ Α κύκλου· ἡ δὲ τοῦ ἐγγεγραμμένου ἐλάσσων τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας. [m] Οὐκ



ficies ſphæræ, et circulus A. Fieri igitur poteſt, ut inæquales duæ rectæ ſumantur, ita ut major ad minorem rationem habeat minorem, quam ſphæræ ſuperficies ad circulum. Sumantur B, Γ; mediaque inter B, Γ proportionalis ſit Δ. Intelligatur autem ſphæra ſecta eſſe plano per centrum acto ſecundum circulum ΕΖΗΘ; circuloque polygonum inſcriptum, circumſcriptumque eſſe, ita ut circumſcriptum inſcripto ſimile ſit, et circumſcripti latus ad latus inſcripti minorem rationem habeat, quam B ad Δ. Igitur dupla etiam ratio dupla ratione eſt minor. Ac rationis quidem ipſius B ad Δ dupla eſt ratio ipſius B ad Γ; rationis vero lateris circumſcripti polygoni ad latus inſcripti dupla ratio ſuperficiei circumſcripti ſolidi ad ſuperficiem inſcripti. Igitur figuræ ſphæræ circumſcriptæ ſuperficies, ad ſuperficiem inſcriptæ minorem rationem habet, quam ſphæræ ſuperficies ad circulum A. Quod eſt abſurdum. Superficies enim figuræ ſphæræ circumſcriptæ major eſt ſphæræ ſuperficie; ſuperficies vero inſcriptæ minor eſt circulo A. Demonſtratum enim eſt, inſcriptæ figuræ ſuperficiem minorem eſſe quadrupla circuli maximi omnium, qui ſunt in ſphæra: circulus autem A maximi circuli eſt quadruplus. Non eſt igitur major ſphæræ ſuperficies circulo A. Dico autem, neque minorem eſſe. Sit enim, ſi fieri poteſt, minor: pariterque rectæ inveniantur B, Γ ita ut B ad Γ rationem habeat minorem, quam circulus A ad ſphæræ ſuperficiem; mediaque inter B, Γ proportionalis ſit Δ. Rurſus autem inſcribatur, et circumſcribatur polygonum, ita ut circumſcripti latus ad latus inſcripti minorem rationem habeat, quam B ad Δ. Igitur dupla etiam harum rationum alterum alterius minora ſunt. Circumſcriptæ igitur polygonæ ſuperficies ad ſuperficiem inſcriptæ minorem rationem habet, quam circulus A ad ſphæræ ſuperficiem. Quod eſt abſurdum. Superficies enim figuræ circumſcriptæ major eſt circulo A; ſuperficies vero inſcriptæ minor ſphæræ ſuperficie. Neque igi-

[h] τοῦ περιγεγραμμένου

[i] In MS ἐπιφάνειαν deeſt.


[m] Οὐκ ἄρα οὐδὲ ἐλάσσων ἡ ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας in MS. deſunt.

tur minor eſt ſphæræ ſuperficies circulo A. Demonſtratum autem eſt neque majorem eſſe. Æqualis eſt igitur ſphæræ ſuperficies circulo A, hoc eſt quadruplo maximi circuli.

PROP. XXXVI. Theor.

Quælibet ſphæra coni eſt quadrupla, baſim quidem habentis circulo maximo omnium, qui ſunt in ſphæra, æqualem, altitudinem vero æqualem ei, quæ ex centro ſphæræ.

Sit enim ſphæra aliqua, et maximus in ea circulus ABΓΔ. Si igitur ſphæra quadrupla non eſt ejus, quem diximus, coni, ſit ea, ſi fieri poteſt, major quadrupla. Sit autem conus Ξ baſim quidem habeas quadruplam circuli ABΓΔ, altitudinem vero ei æqualem, quæ ex centro ſphæræ. Major eſt igitur ſphæra cono Ξ. Duæ autem erunt magnitudines inæquales ſphæra, et conus. Fieri igitur poteſt, ut inæquales duæ rectæ ſumantur, ita ut major ad minorem rationem habeat, quam ſphæra ad conum Ξ. Hæ ſint, K, H. Sumptæque aliæ item duæ, ita ut K æque excedat I, atque I excedit Θ, et Θ excedit H. Intelligatur autem inſcriptum eſſe circulo ABΓΔ polygonum, cujus laterum multitudinem quaternarius metiatur, itemque aliud circumſcriptum ſimile inſcripto, ut in ſuperioribus theorematibus; et circumſcripti polygoni latus ad latus inſcripti minorem rationem habeat, quam K ad I. Ac ſint AΓ, BΔ diametri inter ſe invicem ad angulos rectos. Si igitur, manente diametro AΓ, planum, in quo polygona ſunt, circumagatur, inſcribetur ſphæræ figura, aliaque item circumſcribetur: et circumſcripta ad inſcriptam rationem habebit ejus triplam, quam habet latus polygoni circulo ABΓΔ circumſcripti ad latus inſcripti. Habet autem latus ad latus minorem rationem, quam K ad I. Habet igitur circumſcripta figura ad inſcriptam rationem minorem ejus tripla, quam habet K ad I. At vero etiam K ad H rationem habet tripla ejus majorem quam habet K ad I. Hoc enim ex lemmatibus manifeſtum eſt. Multo igitur magis circumſcripta figura



ἄρα ἐστὶ ἐλάσσων ἡ ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας τοῦ Α κύκλου. Ἐδείχθη δὲ, ὅτι οὐδὲ μείζων. Ἡ ἄρα ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας ἴση ἐστὶ τῷ Α κύκλῳ, τουτέστι τῷ τετραπλασίῳ τοῦ μεγίστου κύκλου.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λϛʹ.

Πᾶσα σφαῖρα τετραπλασία ἐστὶ κώνου, βάσιν μὲν ἔχοντος ἴσην τῷ μεγίστῳ κύκλῳ τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ, ὕψος δὲ τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας.

Ἔστω γὰρ σφαῖρά τις, καὶ ἐν αὐτῇ μέγιστος κύκλος ὁ ΑΒΓΔ. Εἰ οὖν μή ἐστιν ἡ σφαῖρα τετραπλασία τοῦ εἰρημένου κώνου, ἔστω, εἰ δυνατὸν, μείζων ἢ τετραπλασία. Ἔστω δὴ ὁ Ξ κῶνος βάσιν μὲν ἔχων τετραπλασίαν τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας. Μείζων οὖν ἐστιν ἡ σφαῖρα τοῦ Ξ κώνου. Ἔσται δὴ δύο μεγέθη ἄνισα, ἥτε σφαῖρα καὶ ὁ κῶνος. Δυνατὸν οὖν δύο εὐθείας λαβεῖν ἀνίσους, ὥστ' ἔχειν τὴν μείζονα πρὸς τὴν ἐλάσσονα λόγον * ἐλάσσονα, ἢ ὃν ἔχει ἡ σφαῖρα πρὸς τὸν Ξ κῶνον. Ἔστωσαν οὖν αἱ Κ, Η. Αἱ δὲ Ι, Θ εἰλήφθωσαν, ὥστε τῷ ἴσῳ ἀλλήλων ὑπερέχειν, τὴν Κ τῆς Ι, καὶ τὴν Ι τῆς Θ, καὶ τὴν Θ τῆς Η. Νοείσθω δὲ καὶ εἰς τὸν ΑΒΓΔ κύκλον ἐγγεγραμμένον πολύγωνον, οὗ τὸ πλῆθος τῶν πλευρῶν μετρείσθω ὑπὸ τετράδος, καὶ ἄλλο περιγεγραμμένον ὅμοιον τῷ ἐγγεγραμμένῳ, καθάπερ ἐπὶ τῶν πρότερον· ἡ δὲ τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου πλευρὰ πρὸς τὴν τοῦ ἐγγεγραμμένου, ἐλάσσονα λόγον ἐχέτω τοῦ ὃν ἔχει ἡ Κ πρὸς Ι. Καὶ ἔστωσαν αἱ ΑΓ, ΒΔ διάμετροι πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλαις. Εἰ οὖν μενούσης τῆς ΑΓ διαμέτρου, περιενεχθείη τὸ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ τὰ πολύγωνα, ἔσται τὸ σχῆμα τὸ μὲν ἐγγεγραμμένον ἐν τῇ σφαίρᾳ, τὸ δὲ περιγεγραμμένον· καὶ ἕξει τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον τριπλασίονα λόγον, ἤπερ ἡ πλευρὰ τοῦ περιγεγραμμένου πρὸς τὴν τοῦ ἐγγεγραμμένου εἰς τὸν ΑΒΓΔ κύκλον. Ἡ δὲ πλευρὰ πρὸς τὴν πλευρὰν ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ Κ πρὸς τὴν Ι. Ὥστε τὸ σχῆμα τὸ περιγεγραμμένον τὸν ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἢ τριπλασίονα τοῦ Κ πρὸς Ι. Ἔχει δὲ καὶ ἡ Κ πρὸς Η μείζονα λόγον, ἢ τριπλάσιον οὗ ἔχει ἡ Κ πρὸς Ι. Τοῦτο γὰρ φανερὸν διὰ λημμάτων. Πολ-

* In MS. ἐλάσσονα deeſt.

λῷ ἄρα τὸ περιγραφὲν πρὸς τὸ ἐγγραφὲν ἐλάσσονα λόγον ἔχει, τοῦ ὃν ἔχει ἡ Κ πρὸς Η. Ἡ δὲ Κ πρὸς Η ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ σφαῖρα πρὸς τὸν Ξ κῶνον καὶ ἐναλλάξ. Ὅπερ ἀδύνατον. Τὸ γὰρ σχῆμα τὸ περιγεγραμμένον μεῖζόν ἐστι τῆς σφαίρας, τὸ δὲ ἐγγεγραμμένον ἔλασσον τοῦ Ξ κώνου· διότι ὁ μὲν Ξ κῶνος τετραπλάσιός ἐστι τοῦ κώνου τοῦ βάσιν μὲν ἔχοντος ἴσην τῷ ΑΒΓΔ κύκλῳ, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας· τὸ δὲ ἐγγεγραμμένον σχῆμα ἔλασσον τοῦ εἰρημένου κώνου, ἢ τετραπλάσιον. Οὐκ ἄρα μείζων ἢ τετραπλασία ἡ σφαῖρα τοῦ εἰρημένου. Ἔστω, εἰ δυνατὸν, ἐλάσσων ἢ τετραπλασία· ὥστε ἐλάσσων ἐστὶν ἡ σφαῖρα τοῦ Ξ κώνου. Εἰλήφθωσαν δὴ αἱ Κ, Η εὐθεῖαι, ὥστε τὴν Κ μείζονα εἶναι τῆς Η, καὶ ἐλάσσονα λόγον ἔχειν πρὸς αὐτὴν, τοῦ ὃν ἔχει ὁ Ξ κῶνος πρὸς τὴν σφαῖραν. Καὶ αἱ Θ, Ι ἐκκείσθωσαν καθὼς πρότερον, καὶ εἰς τὸν ΑΒΓΔ κύκλον νοείσθω πολύγωνον ἐγγεγραμμένον, καὶ ἄλλο περιγεγραμμένον, ὥστε τὴν πλευρὰν τοῦ περιγεγραμμένου πρὸς τὴν πλευρὰν τοῦ ἐγγεγραμμένου ἐλάσσονα λόγον ἔχειν, ἤπερ ἡ Κ πρὸς Ι· καὶ τὰ ἄλλα κατεσκευάσμενα τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς πρότερον. Ἕξει ἄρα καὶ τὸ περιγεγραμμένον στερεὸν σχῆμα πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον τριπλασίονα λόγον, ἤπερ ἡ πλευρὰ τοῦ περιγεγραμμένου περὶ τὸν ΑΒΓΔ κύκλον, πρὸς τὴν τοῦ ἐγγεγραμμένου. Ἡ δὲ πλευρὰ πρὸς τὴν πλευρὰν ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ Κ πρὸς Ι. Ἕξει οὖν τὸ σχῆμα τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον, ἐλάσσονα λόγον ἢ τριπλάσιον τοῦ ὃν ἔχει ἡ Κ [a]πρὸς τὸν Ι. Ἡ δὲ Κ πρὸς τὴν Η μείζονα λόγον ἔχει, ἢ τριπλάσιον τοῦ ὃν ἔχει ἡ Κ πρὸς τὴν Ι. Ὥστε ἐλάσσονα λόγον ἔχει τὸ σχῆμα τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον, ἢ ἡ Κ πρὸς τὴν Η. Ἡ δὲ Κ πρὸς τὴν Η, ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἢ ὁ Ξ κῶνος πρὸς τὴν σφαῖραν. Ὅπερ ἀδύνατον. Τὸ μὲν γὰρ ἐγγεγραμμένον ἔλασσόν ἐστι τῆς σφαίρας, τὸ δὲ περιγεγραμμένον μεῖζον τοῦ Ξ κώνου. Οὐκ ἄρα οὐδὲ ἐλάσσων ἐστὶν ἢ τετραπλασία ἡ σφαῖρα τοῦ κώνου, οὗ βάσιν μὲν ἔχοντος ἴσην τῷ ΑΒΓΔ κύκλῳ, ὕψος δὲ τὴν ἴσην τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας. Ἐδείχθη δὲ ὅτι οὐδὲ μείζων. Τετραπλασία ἄρα.

ad inſcriptam minorem rationem habet, quam K ad H. K autem ad H minorem habet rationem, quam ſphæra ad conum Ξ: et permutando. Quod fieri non poteſt. Circumſcripta enim figura major eſt ſphæra; inſcripta autem minor cono Ξ; eo quod conus quidem Ξ quadruplus eſt coni, qui baſim habeat circulo ΑΒΓΔ æqualem, et altitudinem æqualem ei, quæ ex centro ſphæræ; figura vero inſcripta minor eſt quadrupla ejus, quem diximus, coni. Non eſt igitur ſphæra minor quadrupla coni ejus, quem diximus. Sit minor, ſi fieri poteſt, quadrupla: et ſphæra quidem minor eſt cono Ξ. Sumantur autem rectæ K, H, ita ut K major ſit quam H, et minorem ad ipſam rationem habeat, quam conus Ξ ad ſphæram. Exponantur item, ut ſupra, Θ, I; circuloque ΑΒΓΔ intelligatur polygonum inſcriptum, itemque aliud circumſcriptum eſſe, ita ut circumſcripti latus ad latus inſcripti minorem rationem habeat quam K ad I: aliaque demum eodem, quo ſupra modo conſtructa ſint. Igitur circumſcripta figura ſolida ad inſcriptam rationem habebit ejus triplam, quam habet latus polygoni circulo ΑΒΓΔ circumſcripti ad latus inſcripti. Habet autem latus ad latus minorem rationem, quam K ad I. Habebit igitur circumſcripta figura ad inſcriptam rationem minorem ejus tripla, quam habet K ad I. At vero etiam K ad H majorem rationem habet tripla ejus quam habet K ad I. Igitur circumſcripta figura ad inſcriptam minorem rationem habet, quam K ad H. K autem ad H minorem habet rationem, quam conus Ξ ad ſphæram. Quod fieri non poteſt. Inſcripta enim figura minor eſt ſphæra; circumſcripta vero major cono Ξ. Neque igitur minor eſt ſphæra quadrupla coni, qui baſim quidem habeat circulo ΑΒΓΔ æqualem, altitudinem vero æqualem ei, quæ ex centro ſphæræ. Demonſtratum autem eſt, neque majorem eſſe. Eſt igitur quadrupla.

EUTOCIUS.

Αἱ δὲ Ι, Θ εἰλήφθωσαν, ὥστε τῷ ἴσῳ ἀλλήλων ὑπερέχειν, τὴν Κ τῆς Ι, καὶ τὴν Ι τῆς Θ, καὶ τὴν Θ τῆς Η. Τὸ προκείμενόν ἐστι, δύο δοθεισῶν εὐθειῶν δύο μέσας ἀνάλογον εὑρεῖν ἐν ἀριθμητικῇ ἀναλογίᾳ, ὃ ταυτόν ἐστι τῷ ἴσῳ ἀλλήλων ὑπερέχειν. [b]Πάνυ δὴ τοῦτο οὕτως. Ἔστωσαν αἱ δοθεῖσαι δύο εὐθεῖαι αἱ ΑΒ, ΓΚ ἄνισοι· καὶ ἀφαιρεθείσης ἀπὸ τῆς ΑΒ ἴσης τῇ ΓΚ, τῆς ΒΔ, ἡ λοιπὴ ἡ ΑΔ τετμήσθω τριχῆ

Sumptæque aliæ item duæ I, Θ; ita ut K æque excedat I, atque I excedit Θ, et Θ excedit H. Nimirum hoc propoſitum eſt: Datis duabus rectis, duas proportionales medias ſecundum arithmeticam proportionem invenire; hoc eſt hujuſmodi, quod eodem recidit, ut æqualiter ſe invicem excedant. Id autem hoc plane modo conficitur. Sint datæ duæ rectæ, eademque inæquales ΑΒ, ΓΚ: ablataque ab ΑΒ ipſi ΓΚ æquali ΒΔ,

[a] πρὸς τὸν Ι. Ἡ δὲ Κ in MS. deſunt. [b] Πάντως

quæ reliqua eſt ΑΔ in tres æquas partes ſecetur in punctis Ε, Ζ: ponantur æquales alteri quidem ΕΒ, Η; alteri vero ΒΖ, Θ. Atque hæ duæ Η, Θ propoſitum conficient. Dico porro ΑΒ ad ΓΚ rationem habere majorem ejus tripla, quam habet eadem ΑΒ ad Η. Ut enim ΑΒ ad Η, ita fiat Η ad aliam quamdam Λ. Et quoniam qua ſui parte ΑΒ excedit Η, hac ſui parte etiam Η excedit Λ: et pars ipſius ΑΒ major eſt eadem ipſius Η parte; ideo majore ΑΒ excedit Η, quam Η excedat Λ. Qua vero parte ΑΒ excedit Η, eadem Η excedit Θ. Igitur majore Η excedit Θ, quam Η excedat Λ: ideoque Λ major eſt quam Θ. Quod ſi rurſus ut Η ad Λ, ita fiat Λ ad Μ; multo magis hæc major erit quam ΓΚ. Et quoniam quatuor rectæ ΑΒ, Η, Λ, Μ continuo proportionales ſunt; ΑΒ ad Μ rationem habet ejus triplam, quam habet ΑΒ ad Η. Quare ΑΒ ad ΓΚ rationem habet majorem ejus tripla, quam habet eadem ΑΒ ad Η.



κατὰ τὰ Ε, Ζ· καὶ τῇ μὲν ΕΒ ἴση κείσθω ἡ Η, τῇ δὲ ΒΖ ἴση ἡ Θ. Ἔσονται δὴ αἱ Η, Θ ποιοῦσαι τὸ προκείμενον. Λέγω δὲ ὅτι καὶ ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΓΚ μείζονα ἢ τριπλασίονα λόγον ἔχει, τοῦ ὃν ἔχει ἡ ΑΒ πρὸς τὴν Η. Γεγονέτω γὰρ ὡς ἡ ΑΒ πρὸς τὴν Η, οὕτως ἡ Η πρὸς ἄλλην τινὰ τὴν Λ. Καὶ ἐπεὶ ᾧ μέρει ἑαυτῆς ἡ ΑΒ ὑπερέχει τῆς Η, τούτῳ καὶ ἡ Η ἑαυτῆς ὑπερέχει τῆς Λ· τὸ δὲ αὐτὸ μέρος τῆς ΑΒ μεῖζόν ἐστι τοῦ μέρους τῆς Η· μείζονι ἄρα ὑπερέχει ἡ ΑΒ τῆς Η, [q] ἤπερ ἡ Η τῆς Λ. Τῷ δὲ αὐτῷ ὑπερέχει ἡ ΑΒ τῆς Η, καὶ ἡ Η τῆς Θ. Μείζονι ἄρα ὑπερέχει ἡ Η τῆς Θ, ἤπερ ἡ Η τῆς Λ· ὥστε μείζων ἡ Λ, τῆς Θ. Ἐὰν δὲ πάλιν ποιήσωμεν ὡς τὴν Η πρὸς τὴν Λ, οὕτως τὴν Λ πρὸς Μ, πολλῷ μείζων ἔσται τῆς ΓΚ. Καὶ ἐπεὶ τέσσαρες εὐθεῖαι αἱ ΑΒ, Η, Λ, Μ, ἑξῆς ἀνάλογόν εἰσι, ἡ ΑΒ πρὸς τὴν Μ, τριπλασίονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΑΒ πρὸς Η. Ὥστε ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΓΚ μείζονα ἢ τριπλασίονα λόγον ἔχει, ἤπερ πρὸς τὴν Η.

PROP. XXXVII. Theor.

Hiſce vero demonſtratis, manifeſtum eſt, quemlibet cylindrum, qui baſim quidem habeat circulo maximo omnium, qui ſunt in ſphæra, æqualem, altitudinem vero æqualem ſphæræ diametro, ſeſquialterum eſſe ſphæræ: ipſius autem ſuperficiem, una cum baſibus, ſphæræ ſuperficiei eſſe ſeſquialteram.

Nam cylindrus quidem, quem diximus, ſexcuplex eſt coni, qui eamdem ac ipſe baſim habeat, et altitudinem æqualem ei, quæ ex centro: ſphæra autem demonſtrata eſt ejuſdem coni eſſe quadrupla. Conſtat igitur cylindrum ſeſquialterum eſſe ſphæræ. Rurſus, quoniam demonſtratum eſt, cylindri ſuperficiem, exceptis baſibus, circulo æqualem eſſe, cujus ea, quæ ex centro, media proportionalis eſt inter latus cylindri, et baſis diametrum: cylindri autem, quem diximus, ſphæræ circumſcripti latus æquale eſt diametro baſis; conſtat utique mediam illam proportionalem baſis diametro æqualem eſſe. Circulus autem, qui habeat eam, quæ ex centro, baſis diametro æqualem, quadruplus eſt ipſius baſis, hoc eſt circuli maximi omnium, qui ſunt in ſphæra. Igitur cylindri ſuperficies, exceptis baſibus, erit circuli maximi quadrupla. Tota igitur cylindri ſuperficies, una cum baſibus, ſexcuplex erit maximi circuli. Eſt autem ſphæræ ſuperficies quadrupla maximi circuli. Igitur tota cylindri ſuperficies ſphæræ ſuperficiei eſt ſeſquialtera.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κζ.

Προδεδειγμένων δὲ τούτων, φανερὸν ὅτι πᾶς κύλινδρος, βάσιν μὲν ἔχων τὸν μέγιστον κύκλον τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ, ὕψος δὲ ἴσον τῇ διαμέτρῳ τῆς σφαίρας, ἡμιόλιός [r] ἐστι τῆς σφαίρας· [s] καὶ ἡ ἐπιφάνεια αὐτοῦ μετὰ τῶν βάσεων ἡμιόλια τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας.

Ὁ μὲν γὰρ κύλινδρος ὁ προειρημένος ἑξαπλάσιός ἐστι τοῦ κώνου, τοῦ βάσιν μὲν ἔχοντος τὴν αὐτήν, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἐκ τοῦ κέντρου· ἡ δὲ σφαῖρα δέδεικται τοῦ αὐτοῦ κώνου τετραπλασία οὖσα. Δῆλον οὖν, ὅτι ὁ κύλινδρος ἡμιόλιός ἐστι τῆς σφαίρας. Πάλιν, ἐπεὶ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυλίνδρου, χωρὶς τῶν βάσεων, ἴση δέδεικται κύκλῳ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου μέση ἀνάλογόν ἐστι τῆς τοῦ κυλίνδρου πλευρᾶς, καὶ τῆς διαμέτρου τῆς βάσεως· τοῦ δὲ εἰρημένου κυλίνδρου περὶ τὴν σφαῖραν, ἡ πλευρὰ ἴση ἐστὶ τῇ διαμέτρῳ τῆς βάσεως, δῆλον ὅτι ἡ μέση αὐτῶν ἀνάλογον, ἴση γίνεται τῇ διαμέτρῳ τῆς βάσεως. Ὁ δὲ κύκλος ὁ τὴν ἐκ τοῦ κέντρου ἔχων ἴσην τῇ διαμέτρῳ τῆς βάσεως, τετραπλάσιός ἐστι τῆς βάσεως, τουτέστι τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ. Ἔσται ἄρα καὶ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυλίνδρου, χωρὶς τῶν βάσεων, τετραπλασία τοῦ μεγίστου κύκλου. Ὅλη ἄρα μετὰ τῶν βάσεων ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυλίνδρου ἑξαπλασία ἔσται τοῦ μεγίστου κύκλου. Ἔστι δὲ καὶ ἡ τῆς σφαίρας ἐπιφάνεια τετραπλασία τοῦ μεγίστου κύκλου. Ὅλη ἄρα ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυλίνδρου ἡμιόλιά ἐστι τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας.

PROP. XXXVIII. Theor.

Figuræ ſphæræ ſegmento inſcriptæ ſuperficies æqualis eſt circulo, cujus ea, quæ ex centro,

ΠΡΟΤ. κη.

Ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος εἰς τὸ τμῆμα τῆς σφαίρας, ἴση ἐστὶ κύκλῳ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ


q ἤπερ ἡ Η τῆς Λ. Τῷ δὲ αὐτῷ ὑπερέχει ἡ ΑΒ τῆς Η in MS. deſunt. r ἐπὶ s καὶ ἡ ἐπιφάνεια αὐτοῦ μετὰ τῶν βάσεων ἡμιόλια τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας ex MS.

κέντρου ἴσον δύναται τῷ περιεχομένῳ ὑπό τε μιᾶς πλευρᾶς τοῦ ἐγγεγραμμένου πολυγώνου ἐν τῷ τμήματι τοῦ μεγίστου κύκλου, καὶ τῆς ἴσης πάσαις ταῖς [1] παραλλήλοις τῇ βάσει τοῦ τμήματος, σὺν τῇ ἡμισείᾳ τῆς τοῦ τμήματος βάσεως.

Ἔστω σφαῖρα, καὶ ἐν αὐτῇ τμῆμα, οὗ βάσις ὁ περὶ τὴν ΑΗ κύκλος. Ἐγγεγράφθω σχῆμα εἰς αὐτὸ, οἷον εἴρηται, περιεχόμενον ὑπὸ κωνικῶν ἐπιφανειῶν· καὶ μέγιστος κύκλος ὁ ΑΗΘ, καὶ ἀρτιόπλευρον πολύγωνον τὸ ΑΓΕΘΖΔΗ, χωρὶς τῆς ΑΗ πλευρᾶς. Καὶ εἰλήφθω κύκλος ὁ Λ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴσον δύναται τῷ περιεχομένῳ ὑπό τε τῆς ΑΓ πλευρᾶς, καὶ ὑπὸ πασῶν τῶν ΕΖ, ΓΔ, καὶ ἔτι τῆς ἡμισείας τῆς βάσεως, τουτέστι τῆς ΑΚ. Δεικτέον * οὖν, ὅτι ὁ Λ κύκλος ἴσος ἐστὶ τῇ τοῦ σχήματος ἐπιφανείᾳ.

poteſt ſpatium ei æquale, quod continetur ſub uno latere polygoni maximi circuli ſegmento inſcripti, rectaque iis omnibus æquali, quæ ſegmenti ipſius baſi parallelæ ſunt, una cum dimidia baſis ſegmenti.

Sit ſphæra, et in ipſa ſegmentum, cujus baſis circulus, qui circa AH deſcribitur. Inſcribatur eidem figura, qualis dicta eſt, conicis ſuperficiebus comprehenſa; et maximus circulus AHΘ, et polygonum parilaterum AΓEΘZΔH, latere AH excepto. Sumatur autem circulus Λ, cujus ea, quæ ex centro, poſſit ſpatium ei æquale, quod continetur ſub latere AΓ, et ſub omnibus EZ, ΓΔ, et amplius ſub dimidia baſis, hoc eſt AK. Oportet igitur demonſtrare, circulum Λ figuræ ſuperficiei æqualem eſſe.



Εἰλήφθω γὰρ κύκλος ὁ Μ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου δύναται τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ΕΘ πλευρᾶς, καὶ τῆς ἡμισείας τῆς ΕΖ. Γίνεται δὴ ὁ Μ κύκλος ἴσος τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου, οὗ βάσις μὲν ὁ περὶ τὴν ΕΖ κύκλος, κορυφὴ δὲ τὸ Θ σημεῖον. Εἰλήφθω δὲ καὶ ἄλλος ὁ Ν, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴσον δύναται τῷ περιεχομένῳ ὑπό τε τῆς ΕΓ, καὶ τῆς ἡμισείας συναμφοτέρου τῆς ΕΖ, ΓΔ. Ἔσται οὗτος ἴσος τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου, τῇ μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν κατὰ τὰς ΕΖ, ΓΔ. Καὶ ἄλλος ὁμοίως ὁ Ξ εἰλήφθω κύκλος, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου δύναται τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ΑΓ καὶ τῆς ἡμισείας συναμφοτέρου τῶν ΓΔ, ΑΗ. Καὶ αὐτὸς οὖν ἴσος ἐστὶ τῇ κωνικῇ ἐπιφανείᾳ τῇ μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν κατὰ τὰς ΑΗ, ΓΔ. Πάντες οὖν οἱ κύκλοι ἴσοι ἔσονται τῇ ὅλῃ τοῦ σχήματος ἐπιφανείᾳ· καὶ αἱ ἐκ τῶν κέντρων αὐτῶν ἴσον δυνήσονται τῷ περιεχομένῳ ὑπὸ μιᾶς πλευρᾶς τῆς ΑΓ, καὶ τῆς ἴσης ταῖς ΕΖ, ΓΔ, καὶ τῇ ἡμισείᾳ τῆς βάσεως τῇ ΑΚ. Ἠδύνατο δὲ καὶ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Λ κύκλου, ἴσον τῷ

Sumatur circulus M, cujus ea, quæ ex centro, poſſit ſpatium, quod continetur ſub latere EΘ, et dimidia ipſius EZ. Æqualis eſt igitur circulus M coni ſuperficiei, cujus quidem baſis circulus, qui circa EZ deſcribitur, vertex vero punctum Θ. Sumatur item alius circulus N, cujus ea, quæ ex centro, poſſit ſpatium, quod continetur ſub EΓ, et dimidia utriuſque EZ, ΓΔ. Æqualis hic erit coni ſuperficiei, quæ inter parallela plana interjicitur per EZ, ΓΔ acta. Pariter alius ſumatur circulus Ξ, cujus ea, quæ ex centro, poſſit ſpatium, quod continetur ſub AΓ, et dimidia utriuſque ΓΔ, AH. Æqualis eſt igitur hic quoque coni ſuperficiei, quæ interjicitur inter parallela plana acta per AH, ΓΔ. Omnes igitur circuli æquales erunt toti figuræ ſuperficiei; quæque ex eorum centris poterunt ſpatium ei æquale, quod continetur ſub uno latere AΓ, rectaque ipſis EZ, ΓΔ, et dimidiæ baſis AK æquali. Poterat autem ea quoque, quæ ex cen-

[1] παραλλήλαις

* In MS. οὖν deeſt.

tro circuli A huic ipſi æquale ſpatium. Igitur circulus A æqualis eſt circulis M, N, Ξ. Quare etiam inſcriptæ figuræ ſuperficiei.

αὐτῷ χωρίῳ. Ὁ ἄρα Α κύκλος ἴσος ἔσαι τοῖς Μ, Ν, Ξ κύκλοις. Ὥστε καὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος.

PROP. XXXIX. Theor.

Secetur ſphæra plano non per centrum acto, et maximus in ea circulus A E Z id ipſum, a quo ſecatur, planum ad rectos angulos ſecans: inſcribaturque ſegmento A B Γ polygonum æquilaterum et parilaterum, baſe A B excepta. Si igitur, pariter ac in ſuperioribus theorematibus, figura, manente Γ Z, circumagatur, anguli quidem Δ, E, A, B ſecundum circulos, quorum diametri Δ E, A B; latera vero figuræ ſecundum conicas ſuperficies ferentur. Atque orietur ſolida figura conicis ſuperficiebus comprehenſa, baſim quidem habens circulum, cujus diameter A B, verticem vero punctum Γ. Pariter autem ac in ſuperioribus theorematibus, ſuperficiem habebit minorem ſegmenti, a quo comprehenditur, ſuperficie. Idem eſt enim tam ſegmenti quam figuræ terminus circumferentia circuli, cujus diameter A B: et utraque harum ſuperficierum ad eaſdem partes cava eſt, alteraque ab altera comprehenditur.



ΠΡΟΤΑΣΙΣ λθ΄.

Τετμήσθω σφαῖρα μὴ διὰ τοῦ κέντρου ἐπιπέδῳ, καὶ ἐν αὐτῇ μέγιστος κύκλος ὁ Α Ε Ζ, τέμνων πρὸς ὀρθὰς τὸ ἐπίπεδον τὸ τέμνον· καὶ ἐγγεγράφθω [v] εἰς τὸ Α Β Γ τμῆμα πολύγωνον ἰσόπλευρόν τε καὶ ἀρτιόπλευρον, χωρὶς τῆς βάσεως τῆς Α Β. Ὁμοίως δὴ τοῖς πρότερον, μενούσης τῆς Γ Ζ, περιενεχθῇ τὸ σχῆμα, αἱ μὲν Δ, Ε, Α, Β γωνίαι κατὰ κύκλων οἰσθήσονται, ὧν διάμετροι αἱ Δ Ε, Α Β· αἱ δὲ πλευραὶ τοῦ σχήματος, κατὰ κωνικῆς ἐπιφανείας. Καὶ ἔσαι τὸ γενηθὲν σχῆμα στερεὸν ὑπὸ κωνικῶν ἐπιφανειῶν περιεχόμενον, βάσιν μὲν ἔχον κύκλον οὗ διάμετρος ἡ Α Β, κορυφὴν δὲ τὸ Γ. Ὁμοίως δὴ τοῖς πρότερον, τὴν ἐπιφάνειαν ἐλάσσονα ἕξει, τῆς τοῦ τμήματος ἐπιφανείας τῆς περιλαμβανούσης. Τὸ γὰρ αὐτὸ πέρας αὐτῶν ἐστιν ἐν ἐπιπέδῳ τοῦ τε τμήματος, καὶ τοῦ σχήματος [z] ἡ περιφέρεια τοῦ κύκλου, οὗ διάμετρος ἡ Α Β· καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ κοῖλαι ἀμφότεραι εἰσὶν αἱ ἐπιφάνειαι, καὶ περιλαμβάνεται ἡ ἑτέρα ὑπὸ τῆς ἑτέρας.

PROP. XL. Theor.

Superficies figuræ ſphæræ ſegmento inſcriptæ minor eſt circulo, cujus ea quæ ex centro, æqualis eſt rectæ, quæ a vertice ſegmenti ducitur ad circumferentiam circuli, qui eſt baſis ſegmenti.

Sit ſphæra, et maximus in ea circulus A B Z E. Sit item in ſphæra ſegmentum, cujus baſis circulus, qui circa diametrum A B deſcribitur; eique inſcribatur figura, quam diximus. Circuli autem ſegmento inſcribatur polygonum; et reliqua eadem fiant, quæ ſupra; ducto ſphæræ diametro Θ Λ, junctiſque Λ E, Θ Λ. Denique ſit circulus M, cujus ea, quæ ex centro, ſit ipſi Λ Θ æqualis. Oportet demonſtrare, circulum M majorem eſſe figuræ ſuperficie.



Demonſtratum eſt enim figuræ ſuperficiem æqualem eſſe circulo, cujus ea, quæ ex centro, poteſt ſpatium ei æquale, quod ſub E Θ, omnibuſque E Z, Γ Δ, K Λ continetur. At vero illud quoque demonſtratum eſt, ſpatium, quod ſub E Θ, omnibuſque E Z, Γ Δ, K Λ continetur, æquale eſſe ſpatio, quod continetur ſub E Λ, et K Θ: et ſpatium, quod continetur ſub E Λ, et K Θ, minus eſt quadrato, quod ab Λ Θ deſcribitur; eo

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μ΄.

Ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος ἐν τῷ τμήματι τῆς σφαίρας, ἐλάσσων ἐστὶ τοῦ κύκλου, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἐστὶ τῇ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ τμήματος ἐπὶ τὴν περιφέρειαν ἠγμένῃ τοῦ κύκλου, ὅς ἐστι βάσις τοῦ τμήματος.

Ἔσω σφαῖρα, καὶ ἐν αὐτῇ μέγιστος κύκλος ὁ Α Β Ζ Ε. Καὶ ἔσω τμῆμα ἐν τῇ σφαίρᾳ, [y] οὗ βάσις ὁ περὶ διάμετρον τὴν Α Β· καὶ ἐγγεγράφθω εἰς αὐτὸ τὸ εἰρημένον σχῆμα. Καὶ ἐν τῷ τμήματι τοῦ κύκλου πολύγωνον, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ αὐτὰ, διαμέτρου μὲν τῆς σφαίρας οὔσης τῆς Θ Λ, ἐπιζευγμένων δὲ τῶν Λ Ε, Θ Α. Καὶ ἔσω κύκλος ὁ Μ [a] οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου [b] ἴση ἔσω τῇ Λ Θ. Δεικτέον ὅτι ὁ Μ κύκλος μείζων ἐστὶ τῆς τοῦ σχήματος ἐπιφανείας.

Ἡ γὰρ ἐπιφάνεια τοῦ σχήματος δέδεικται ἴση οὖσα κύκλῳ, [c] οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴσον δύναται τῷ περιεχομένῳ ὑπό τε τῆς Ε Θ, καὶ τῶν Ε Ζ, Γ Δ, Κ Α. Τὸ δὲ ὑπὸ τῆς Ε Θ, καὶ τῶν Ε Ζ, Γ Δ, Κ Α δέδεικται ἴσον τῷ ὑπὸ τῶν Ε Λ, Κ Θ περιεχομένῳ· τὸ δὲ ὑπὸ τῶν Ε Λ, Κ Θ, ἔλασσόν ἐστι τοῦ ἀπὸ τῆς Λ Θ· καὶ γὰρ τοῦ

[v] εἰς τὸ τμῆμα πολύγωνον [z] ἡ περιφάνεια [y] ὅτω [a] ὅτων [b] ἴσα ὄντα τῇ [c] ὅτως in MS. ut ſemper pro οὗ.

ὑπὸ ΛΘ, ΘΚ, * ἴσου ὄντος τῷ ἀπὸ ΘΑ. Φανερὸν οὖν ὅτι ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου, ὅς ἐστιν ἴσος τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχήματος, ἐλάσσων ἐστὶ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Μ. Δῆλον ἄρα, ὅτι ὁ Μ κύκλος μείζων ἐστὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ σχήματος.

quod quadrato, quod ab ΑΘ deſcribitur, æquale eſt ſpatium, quod continetur ſub ΛΘ, et ΘΚ. Manifeſtum eſt igitur eam, quæ ex centro circuli, qui figuræ ſuperficiei æqualis eſt, minorem ea eſſe, quæ ex centro circuli Μ. Itaque conſtat, circulum Μ majorem eſſe figuræ ſuperficie.

E U T O C I U S.

Ἀλλὰ τὸ ὑπὸ ΕΘ, καὶ τῶν ΕΖ, ΓΔ, ΚΛ δέδεικται ἴσον τῷ ὑπὸ τῶν ΕΛ, ΚΘ. Ἐν γὰρ τῷ τρίτῳ καὶ εἰκοστῷ θεωρήματι δέδεικται, ὅτι αἱ ΕΖ, ΓΔ, ΚΛ, πρὸς τὴν ΘΚ τὸν αὐτὸν λόγον ἔχουσιν, ὃν ἡ ΛΕ πρὸς ΕΘ. Ὥστε τὸ ὑπὸ τῶν ἄκρων ἴσον ἐστὶν τῷ ὑπὸ τῶν μέσων. Τὸ δὲ ὑπὸ ΕΛ, ΚΘ ἔλασσόν ἐστι τοῦ ἀπὸ ΘΑ· καὶ γὰρ τοῦ ὑπὸ ΛΘ, ΘΚ, ἴσου ὄντος τῷ ἀπὸ ΘΑ, ὡς ἔστι δῆλον, ἐπιζευγνυμένης τῆς ΑΛ, καὶ διὰ τοῦτο ὁμοίου γινομένου τοῦ ΘΑΚ τριγώνου τῷ ΘΑΛ. Ἔστι γὰρ ὡς ἡ ΛΘ πρὸς ΘΑ, ἡ ΑΘ πρὸς ΘΚ· καὶ τὸ ὑπὸ τῶν ἄκρων ἴσον τῷ ἀπὸ τῆς μέσης.

Sed demonſtratum eſt ſpatium, quod continetur ſub ΕΘ, omnibuſque ΕΖ, ΓΔ, ΚΛ, æquale eſſe ſpatio, quod continetur ſub ΕΛ, et ΚΘ. Demonſtratum eſt enim in theoremate vigeſimo tertio omnes ΕΖ, ΓΔ, ΚΛ ad ΘΚ eamdem rationem habere, quam ΛΕ ad ΕΘ. Quare ſpatium, quod ſub extremis continetur, id ſpatio æquale eſt, quod continetur ſub mediis. At vero ſpatium, quod ſub ΕΛ, ΚΘ continetur, minus eſt quadrato, quod a ΘΑ deſcribitur; quippe eo quoque eſt minus, quod continetur ſub ΛΘ, ΘΚ; quadratoque, quod a ΘΑ deſcribitur, eſt æquale: hoc autem manifeſtum eſt, ſi ΑΛ jungatur, et propterea triangulum ΘΑΚ triangulo ΘΑΛ ſimile fiat. Ut enim ΛΘ ad ΘΑ, ita ſe habet ΑΘ ad ΘΚ: ſpatiumque, quod ſub extremis continetur, quadrato æquale eſt, quod a media deſcribitur.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μα'.

Τὸ ἐγγεγραμμένον σχῆμα ἐν τῷ τμήματι, ὑπὸ κωνικῶν ἐπιφανειῶν περιεχόμενον, σὺν τῷ κώνῳ τῷ βάσιν μὲν τὴν αὐτὴν ἔχοντι τῷ σχήματι, κορυφὴν δὲ τὸ κέντρον τῆς σφαίρας, ἴσον ἐστὶ τῷ κώνῳ τῷ βάσιν ἔχοντι ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχήματος, ὕψος δὲ τὴν ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας ἐπὶ μίαν ᵃ πλευρὰν τῶν τοῦ πολυγώνου καθέτῳ ἠγμένην.

Ἔστω γὰρ σφαῖρα, καὶ ἐν αὐτῇ μέγιστος κύκλος, καὶ τμῆμα ἔλασσον ἡμικυκλίου τὸ ΑΒΓ· καὶ κέντρον τὸ Ε. Καὶ ἐγγεγράφθω εἰς τὸ ΑΒΓ τμῆμα πολύγωνον ἀρτιόπλευρον, χωρὶς τῆς ΑΓ, ὁμοίως τοῖς πρότερον καὶ, μενούσης τῆς ΒΕ, περιενεχθεῖσα ἡ σφαῖρα ποιείτω σχῆμά τι ὑπὸ κωνικῶν ἐπιφανειῶν περιεχόμενον. καὶ ἀπὸ τοῦ κύκλου τοῦ περὶ διάμετρον τὴν ΑΓ, κῶνος ἀναγεγράφθω κορυφὴν ἔχων τὸ κέντρον. Καὶ εἰλήφθω κῶνος ὁ Κ, βάσιν μὲν ἔχων ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχήματος, ὕψος δὲ τὴν ἀπὸ τοῦ Ε κέντρου ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου καθέτῳ ἠγμένην. Δεικτέον ὅτι ὁ Κ κῶνος ἴσος ἐστὶ τῷ περιεχομένῳ ᵇ σχήματι, σὺν τῷ κώνῳ τῷ ΑΕΓ.


Ἀναγεγράφθωσαν δὲ καὶ κῶνοι ἀπὸ τῶν κύ-

PROP. XLI. Theor.

Figura ſegmento inſcripta, quæ conicis ſuperficiebus comprehenditur, una cum cono qui baſim quidem habeat eamdem ac figura, verticem vero ſphæræ centrum, æqualis eſt cono, qui baſim quidem habeat figuræ ſuperficiei æqualem, altitudinem vero æqualem rectæ, quæ a centro ſphæræ ad unum polygoni latus normalis ducitur.

Sit enim ſphæra, et maximus in ea circulus; ſegmentumque minus ſemicirculo, ΑΒΓ; centrumque Ε. Inſcribatur autem ſegmento ΑΒΓ, pariter ac in ſuperioribus theorematibus, polygonum æquilaterum, latere ΑΓ excepto: et ſphæra, manente ΒΕ, circumacta figuram quamdam efficiat conicis ſuperficiebus comprehenſam; et a circulo, qui circa diametrum ΑΓ eſt, conus deſcribatur verticem habens ſphæræ centrum. Sumatur porro conus Κ, baſim quidem habens figuræ ſuperficiei æqualem, altitudinem vero æqualem rectæ, quæ a centro Ε ad unum polygoni latus normalis ducitur. Oportet demonſtrare, conum Κ figuræ, quam diximus, una cum cono ΑΕΓ, æqualem eſſe.

Deſcribantur coni etiam a circulis, qui



* ἴσου ὄντος τῷ ἀπὸ ΘΑ in MS. deſunt. ᵃ πλευρὰν τῷ ᵇ τμήματι

circa diametros ΗΘ, ΖΛ ſunt, verticem habentes punctum Ε. Itaque rhombus quidem ſolidus ΗΒΘΕ æqualis eſt cono, cujus baſis æqualis eſt coni ΗΒΘ ſuperficiei, et altitudo rectæ, quæ a puncto Ε ad ΗΒ normalis ducitur. Reſiduum vero, quod comprehenditur ſuperficie, quæ inter parallela plana per ΗΘ, ΖΛ acta interjicitur, et conicis ſuperficiebus ΖΕΛ, ΗΕΘ, æquale eſt cono, cujus baſis æqualis eſt ſuperficiei, quæ interjicitur inter parallela plana acta per ΗΘ, ΖΛ, et altitudo rectæ, quæ a puncto Ε ad ΖΗ normalis ducitur. Rurſus reſiduum, quod comprehenditur ſuperficie, quæ inter parallela plana per ΖΓ, ΑΛ acta interjicitur, et conicis ſuperficiebus ΑΕΓ, ΖΕΛ, æquale eſt cono, cujus baſis æqualis eſt ſuperficiei, quæ interjicitur inter parallela plana acta per ΖΛ, ΑΓ, et altitudo rectæ, quæ a puncto Ε ad ΖΛ normalis ducitur. Igitur coni, quos diximus, æquales ſunt figuræ, una cum cono ΑΕΓ: et altitudinem quidem habent rectæ æqualem, quæ a puncto Ε ad unum polygoni latus normalis ducitur, baſes vero æquales figuræ ΑΖΗΒΘΛΓ ſuperficiei. Habet autem etiam conus Κ eamdem altitudinem, et baſim figuræ ſuperficiei æqualem. Igitur conus Κ æqualis eſt iis, quos diximus, conis. Demonſtratum autem eſt, conos, quos diximus, æquales eſſe cum figuræ, tum cono ΑΕΓ. Igitur etiam conus Κ cum figuræ tum cono ΕΑΓ eſt æqualis.

Hinc autem manifeſtum eſt, conum, qui baſim quidem habeat circulum, cujus ea, quæ ex centro, æqualis eſt rectæ, quæ a vertice ſegmenti ducitur ad circuferentiam circuli, qui eſt baſis ſegmenti; altitudinem vero æqualem ei, quæ ex ſphæræ centro; inſcripta figura, una cum cono, majorem eſſe. Conus enim, quem diximus, major eſt cono figuræ ipſi æquali, una cum cono baſim quidem habente ipſius ſegmenti baſim, verticem vero ſphæræ centrum; nimirum cono baſim quidem habente figuræ ſuperficiei æqualem, altitudinem vero æqualem rectæ, quæ a centro ad unum polygoni latus normalis ducitur. Major eſt enim, ut demonſtratum eſt, baſis baſe, et altitudo altitudine.

PROP. XLII. Theor.

Sit ſphæra, et maximus in ea circulus ΑΒΓ, a quo ſegmentum ſecetur minus ſemicirculo, id nempe, quod ΑΒ ſecat. Centrum autem ſit Δ; junganturque a centro Δ ad puncta Α, Β rectæ ΑΔ, ΔΒ; eique, qui inde oritur, ſectori polygonum circumſcribatur, et polygono circulus. Habebit ſane eumdem centrum atque circulus ΑΒΓ. Quod ſi polygonum, manente ΕΚ, circumactum eodem reſtituatur, unde moveri cœpit; circumſcriptus circulus ſecundum ſphæræ ſuperficiem

κλων τῶν περὶ διαμέτρους τὰς ΗΘ, ΖΛ, κορυφὴν ἔχοντες τὸ Ε σημεῖον. Οὐκοῦν ὁ μὲν ΗΒΘΕ ῥόμβος στερεὸς ἴσος ἐστὶ κώνῳ, οὗ ἡ μὲν βάσις ἴση ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΗΒΘ κώνου, τὸ ὕψος δὲ τῇ ἀπὸ τοῦ Ε ἐπὶ τὴν ΗΒ ἀγομένῃ καθέτῳ. Τὸ δὲ περίλειμμα τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τῆς ἐπιφανείας τῆς μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν κατὰ τὰς ΗΘ, ΖΛ, καὶ τῶν κωνικῶν τῶν ΖΕΛ, ΗΕΘ, ἴσον ἐστὶ κώνῳ, οὗ βάσις μέν ἐστιν ἴση τῇ ἐπιφανείᾳ τῇ μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν κατὰ τὰς ΗΘ, ΖΛ, ὕψος δὲ τῇ ἀπὸ τοῦ Ε ἐπὶ τὴν ΖΗ καθέτῳ ἠγμένῃ. Πάλιν τὸ περίλειμμα τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ἐπιφανείας τῆς μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν κατὰ τὰς ΖΛ, ΑΓ, καὶ τῶν κωνικῶν τῶν ΑΕΓ, ΖΕΛ, ἴσον ἐστὶ κώνῳ, οὗ ἡ μὲν βάσις ἴση ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τῇ μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν κατὰ τὰς ΖΛ, ΑΓ, ὕψος δὲ τῇ ἀπὸ τοῦ Ε ἐπὶ τὴν ΖΛ καθέτῳ ἠγμένῃ. Οἱ δὴ εἰρημένοι κῶνοι ἴσοι ἔσονται τῷ σχήματι, καὶ μετὰ τοῦ ΑΕΓ κώνου· καὶ ὕψος μὲν ἴσον ἔχουσι τῇ ἀπὸ τοῦ Ε ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου καθέτῳ ἠγμένῃ, τὰς δὲ βάσεις[f] ἴσους τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΑΖΗΒΘΛΓ σχήματος. Ἔχει δὲ καὶ ὁ Κ κῶνος τὸ αὐτὸ ὕψος, καὶ βάσιν ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχήματος. Ἴσος ἄρα ἐστὶν ὁ κῶνος τοῖς εἰρημένοις κώνοις. Οἱ δὲ εἰρημένοι κῶνοι ἐδείχθησαν ἴσοι τῷ σχήματι, καὶ τῷ ΑΕΓ κώνῳ. Καὶ ὁ Κ ἄρα κῶνος ἴσος ἐστὶ τῷ τε σχήματι, καὶ τῷ ΕΑΓ κώνῳ.

Ἐκ δὴ τούτου φανερὸν, ὅτι ὁ κῶνος ὁ βάσιν μὲν ἔχων τὸν κύκλον, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἐστὶ τῇ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ τμήματος ἐπὶ τὴν περιφέρειαν ἠγμένῃ τοῦ κύκλου, ὅς ἐστι βάσις τοῦ τμήματος, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας, μείζων ἐστὶ τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος σὺν τῷ κώνῳ. Ὁ γὰρ προειρημένος κῶνος μείζων ἐστὶ τοῦ κώνου τοῦ ἴσου σχήματι, σὺν τῷ κώνῳ[g] τῷ βάσιν μὲν ἔχοντι τὴν βάσιν τοῦ τμήματος, τὴν δὲ κορυφὴν πρὸς τῷ κέντρῳ, τουτέστι τὴν βάσιν μὲν ἔχοντος ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχήματος, ὕψος δὴ τῇ ἀπὸ τοῦ κέντρου ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου καθέτῳ ἠγμένῃ. Ἥ τε γὰρ βάσις τῆς βάσεως μείζων ἐστὶ, δέδεικται γὰρ τοῦτο, καὶ τὸ ὕψος τοῦ ὕψους.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μβ'.

Ἔστω σφαῖρα, καὶ ἐν αὐτῇ μέγιστος κύκλος ὁ ΑΒΓ, καὶ τετμήσθω ἔλασσον ἡμικυκλίου ὃ ἀποτέμνει ἡ ΑΒ. Καὶ κέντρον τὸ Δ, καὶ ἀπὸ τοῦ κέντρου τοῦ Δ ἐπὶ τὰ Α, Β ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΔ, ΔΒ· καὶ περὶ τὸν γενηθέντα τομέα περιγεγράφθω πολύγωνον, καὶ περὶ αὐτὸ κύκλος. Ἕξει δὴ, αὐτὸ κέντρον τῷ ΑΒΓ κύκλῳ. Ἐὰν δὴ, μενούσης τῆς ΕΚ, περιενεχθὲν τὸ πολύγωνον εἰς τὸ αὐτὸ πάλιν ἀποκατασταθῇ, ὁ περιγεγραμμένος κύκλος κατὰ ἐπιφανείας

[f] ἴσας [g] τῷ βάσιν μὲν ἔχοντι

εἰσθήσεται σφαίρας· καὶ αἱ γωνίαι τοῦ πολυγώνου κύκλους [h] γράψουσιν, ὧν αἱ διάμετροι ἐπιζευγνύουσι τὰς γωνίας τοῦ πολυγώνου, οὖσαι παράλληλοι τῇ ΑΒ. Τὰ δὲ σημεῖα καθ' ἃ ἅπτονται τοῦ ἐλάσσονος κύκλου αἱ τοῦ πολυγώνου πλευραὶ, κύκλους γράφουσιν ἐν τῇ ἐλάσσονι σφαίρᾳ, ὧν διάμετροι ἔσονται αἱ ἐπιζευγνύουσαι τὰς ἁφὰς, παράλληλοι οὖσαι τῇ ΑΒ· αἱ δὲ πλευραὶ κατὰ κωνικῶν ἐπιφανειῶν εἰσθήσονται. Καὶ ἔσται τὸ περιγραφὲν σχῆμα ὑπὸ κωνικῶν ἐπιφανειῶν περιεχόμενον, οὗ βάσις ὁ περὶ τὴν ΖΗ κύκλος. Ἡ δὲ τοῦ εἰρημένου σχήματος ἐπιφάνεια μείζων ἐστὶ τῆς τοῦ ἐλάσσονος τμήματος ἐπιφανείας, οὗ βάσις ὁ περὶ τὴν ΑΒ κύκλος.

feretur; et anguli polygoni circulos deſcribent, quorum diametri ipſi A B parallelæ polygoni angulos jungunt. At puncta, in quibus polygoni latera minorem circulum contingunt, deſcribent circulos in minore ſphæra, quorum diametri ſunt rectæ, quæ ipſi A B parallelæ jungunt contactus: ipſa autem latera ferentur ſecundum conicas ſuperficies. Atque ita figura circumſcribetur conicis ſuperficiebus comprehenſa, cujus baſis erit circulus, qui circa diametrum Z H deſcribitur. Figuræ autem, quam diximus, ſuperficies major eſt ſuperficie minoris ſegmenti, cujus baſis eſt circulus, qui deſcribitur circa diametrum A B.



Ἤχθωσαν γὰρ ἐφαπτόμεναι αἱ ΑΜ, ΒΝ. Κατὰ κωνικῆς ἄρα ἐπιφανείας οἰσθήσονται, καὶ τὸ σχῆμα τὸ γενηθὲν ὑπὸ τοῦ πολυγώνου τοῦ ΑΜΘΕΛΝΒ, ἕξει μείζονα τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ τμήματος τῆς σφαίρας, οὗ βάσις ὁ περὶ διάμετρον τὴν ΑΒ κύκλος [i] ἐστί. Πέρας γὰρ ἐν ἑνὶ ἐπιπέδῳ τῷ αὐτῷ ἔχουσιν τὸν περὶ διάμετρον [k] τὴν ΑΒ κύκλον, καὶ περιλαμβάνεται τὸ τμῆμα ὑπὸ τοῦ σχήματος. Ἀλλ' ἡ γεγενημένη ὑπὸ τῶν ΖΜ, ΗΝ ἐπιφάνεια κώνου, μείζων ἐστὶ τῆς γεγενημένης ὑπὸ τῶν ΜΑ, ΝΒ· ἡ μὲν γὰρ ΖΜ τῆς ΜΑ μείζων ἐστὶ, ὑπὸ γὰρ ὀρθὴν ὑποτείνει, ἡ δὲ ΝΗ τῆς ΝΒ. Ὅταν δὲ τοῦτο ᾖ, μείζων ἐστὶ ἡ ἐπιφάνεια τῆς ἐπιφανείας. Ταῦτα γὰρ δέδεικται ἐν τοῖς λήμμασι. Δῆλον οὖν, ὅτι καὶ τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος ἡ ἐπιφάνεια μείζων ἐστὶ τῆς τοῦ τμήματος ἐπιφανείας τῆς ἐλάσσονος σφαίρας.

Ducantur enim contingentes A M, B N. Ferentur utique ſecundum conicam ſuperficiem: quæ a polygono fit et figura, AMΘEΛNB, ſuperficiem habebit majorem ſphæræ ſegmento, cujus baſis eſt circulus, qui deſcribitur circa diametrum A B. Nam terminum in uno eodemque plano circulum habent, qui deſcribitur circa diametrum A B; ſegmentumque a figura comprehenditur. At vero coni ſuperficies, quæ fit a rectis Z M, H N major eſt ea, quæ fit a M A, N B; cum Z M major ſit quam M A, utpote quæ recto angulo ſubjicitur, et N H quam N B. Quod ſi aliquando contigerit, ſuperficies major eſt ſuperficie. Hæc enim in lemmatibus demonſtrata ſunt. Manifeſtum eſt igitur, circumſcriptæ figuræ ſuperficiem ſuperficie ſegmenti minoris ſphæræ majorem eſſe.

E U T O C I U S.

Ἕξει δὲ καὶ τὸ αὐτὸ κέντρον τῷ ΑΒΓ κύκλῳ. Ἐὰν γὰρ ἀπὸ τοῦ Δ ἐπιζευχθῶσιν εὐθεῖαι ἐπὶ τὰ Θ, Ε, Λ ἴσαι ἔσονται, διὰ τὸ καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ Δ ἐπὶ τὰς ἁφὰς ἐπιζευγνυμένας εὐθείας καθέτους εἶναι ἐπὶ τὰς ἐφαπτομένας, καὶ αὐτὰς δὲ τὰς ἐφαπτομένας δίχα τέμνεσθαι πρὸς τῇ ἁφῇ.

Ὅταν δὲ τοῦτο ᾖ, μείζων ἐστὶ ἡ ἐπιφάνεια τῆς ἐπιφανείας. Ἐπεὶ γὰρ ἡ ΜΖ κατὰ κωνικῆς ἐπιφανείας φέρεται, κατὰ κολούρου κώνου ἐπιφανείας οἰσθήσεται, ᾗ ἴσος ἐστὶ κύκλος οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου μέσον λόγον ἔχει τῆς τε ΖΜ, καὶ τῆς ἡμισείας

Habebit ſane eumdem centrum, atque circulus ABΓ. Si enim a puncto Δ ad Θ, E, Λ, rectæ jungantur, æquales erunt; eo quod quæ ab eodem Δ ad contactus junguntur, normales ad contingentes ſunt, ipſaſque contingentes in duas æquas partes ad contactum ſecant.

Quando vero hoc contigerit, ſuperficies major eſt ſuperficie. Quoniam enim M Z ſecundum conicam ſuperficiem fertur, feretur utique ſecundum ſuperficiem coni mutili, cui circulus æqualis eſt, cujus ea, quæ ex centro, media eſt proportionalis inter Z M, et dimidiam

[h] γράψουσι [i] In MS. ἐστὶ deeſt [k] τὸν [l] μείζων γάρ

utriuſque ſimul Z H, et M N. Pariter vero ſuperficiei coni mutili, quæ ex M A oritur, æqualis eſt circulus, cujus ea, quæ ex centro, media proportionalis eſt inter M A, et dimidiam utriuſque ſimul A B, et M N. Ac Z M quidem major eſt quam M A; Z H vero major quam A B. Igitur major eſt etiam media quam media, hoc eſt ſuperficies quam ſuperficies. Quæ igitur ſuperficies rectis Z M, N H concluditur, major eſt ſuperficie, quæ concluditur rectis M A, N B.

 συναμφοτέρῳ τῆς Z H καὶ τῆς M N. Ὁμοίως δὲ καὶ τῇ ὑπὸ τῆς M A γινομένῃ [m] κολούρου κώνου ἐπιφανείᾳ, ἴσος ἐστὶ κύκλος, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου μέσον [n] λόγον ἔχει τῆς M A καὶ τῆς ἡμισείας συναμφοτέρου τῆς A B καὶ M N. Καί ἐστιν ἡ μὲν Z M μείζων τῆς M A, ἡ δὲ Z H τῆς A B. Μείζων ἄρα καὶ ἡ μέση τῆς μέσης, ὥστε καὶ ἡ ἐπιφάνεια τῆς ἐπιφανείας. Ἡ ἄρα ὑπὸ Z M, N H μείζων ἐστὶ τῆς ὑπὸ M A, N B ἐπιφανείας.

PROP. XLIII. Theor.

Ac manifeſtum eſt, figuræ ſectori circumſcriptæ ſuperficiem æqualem eſſe circulo, cujus ea, quæ ex centro, poteſt ſpatium, quod continetur ſub uno polygoni latere, et rectis omnibus, quæ polygoni angulos jungunt, et amplius dimidia baſis ejus, quod diximus, polygoni.

Quæ enim circumſcribitur figura ſectori, eadem majoris ſphæræ ſegmento inſcribitur. Hoc autem ex iis conſtat, quæ ſupra ſcripta ſunt.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μγ΄.

Καὶ φανερὸν, ὅτι ἡ ἐπιφάνεια τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος τοῦ περὶ τὸν τομέα, ἴση ἐστὶ κύκλῳ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου δύναται τὸ περιεχόμενον ὑπό τε μιᾶς πλευρᾶς τοῦ πολυγώνου, καὶ τῶν ἐπιζευγνυουσῶν πασῶν τὰς γωνίας τοῦ πολυγώνου, [o] καὶ τῆς ἐπὶ ἡμισείας τῆς βάσεως τοῦ εἰρημένου πολυγώνου.

Τὸ γὰρ περιγεγραμμένον σχῆμα τῷ τομεῖ, ἐγγεγραμμένον σχῆμά ἐστιν εἰς τὸ τμῆμα τῆς μείζονος σφαίρας. Τοῦτο δὲ δῆλον, διὰ τὸ προγεγραμμένον.

PROP. XLIV. Theor.

Figuræ ſegmento circumſcriptæ ſuperficies major eſt circulo, cujus ea, quæ ex centro, æqualis eſt rectæ, quæ a vertice ſegmenti ducitur ad circumferentiam circuli, qui eſt baſis ſegmenti.

Sit enim ſphæra, et maximus in ea circulus Λ Δ B Γ, et centrum E. Circumſcribatur autem ſectori polygonum Λ Z K, et huic ipſi circulus; et oriatur figura, ut ſupra. Sit etiam circulus N, cujus ea, quæ ex centro, poſſit ſpatium ei æquale, quod continetur ſub uno polygoni latere, rectiſque omnibus, quæ angulos jungunt, una cum dimidia ipſius K Λ. Atque hoc, quod diximus, ſpatium æquale eſt ſpatio, quod continetur ſub M Θ, et ſub Z H, quæ quidem eſt ſegmenti majoris ſphæræ altitudo. Hoc enim ſupra demonſtratum eſt. Igitur ea, quæ ex centro circuli N, poteſt ſpatium ei æquale, quod ſub M Θ et H Z continetur. At vero H Z major eſt quam Δ Ξ, quæ altitudo eſt minoris ſegmenti. Si enim jungatur K Z, parallela erit rectæ Δ Λ. Eſt autem etiam

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μδ΄.

Τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος τῷ τομεῖ ἡ ἐπιφάνεια μείζων ἐστὶ κύκλου, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἐστὶ τῇ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ τμήματος ἠγμένῃ ἐπὶ τὴν περιφέρειαν τοῦ κύκλου, ὅς ἐστι βάσις τοῦ τμήματος.

Ἔστω γὰρ σφαῖρα, καὶ μέγιστος κύκλος ἐπ᾽ αὐτῆς ὁ Λ Δ B Γ, καὶ κέντρον τὸ E. Καὶ περὶ τὸν τομέα περιγεγράφθω τὸ Λ Z K πολύγωνον, καὶ περὶ αὐτὸ κύκλος περιγεγράφθω· καὶ γεγονέτω σχῆμα, καθάπερ πρότερον. Καὶ ἔστω κύκλος ὁ N, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴσον δύναται τῷ περιεχομένῳ ὑπό τε μιᾶς πλευρᾶς τοῦ πολυγώνου, καὶ πασῶν τῶν ἐπιζευγνυουσῶν τὰς γωνίας σὺν τῇ ἡμισείᾳ τῆς K Λ. Ἀλλὰ τὸ εἰρημένον χωρίον ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῆς M Θ καὶ Z H, ἥ δή ἐστιν ὕψος τοῦ τμήματος τῆς μείζονος σφαίρας. Τοῦτο γὰρ προδέδεικται. Τοῦ ἄρα N κύκλου ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴσον δύναται τῷ ὑπὸ M Θ, H Z περιεχομένῳ. [p] Ἀλλ᾽ ἡ μὲν H Z μείζων ἐστὶ τῆς Δ Ξ, ἥ ἐστιν ὕψος τοῦ ἐλάσσονος τμήματος. Ἐὰν γὰρ ἐπιζεύξωμεν τὴν K Z, ἔσται παράλληλος τῇ Δ Λ.



[m] Συλλόγῳ [n] λόγον ἐστὶ [o] καὶ ἐπὶ τῆς ἡμισείας [p] καὶ ἄλλο μὲν

Ἔστι δὲ καὶ ἡ ΑΒ τῇ ΚΛ παράλληλος, καὶ κοινὴ ἡ ΖΕ. Ὅμοιον ἄρα τὸ ΖΚΗ τρίγωνον τῷ ΔΛΞ τριγώνῳ. Καί ἐστι μείζων ἡ ΖΚ τῆς ΛΔ. Μείζων ἄρα καὶ ἡ ΖΗ τῆς ΔΞ. Ἴση δὲ ἡ ΜΘ τῇ διαμέτρῳ τῇ ΓΔ. Ἐὰν [1] γὰρ ἐπιζευχθῇ ἡ Ε, Ο, ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ΜΟ τῇ ΟΖ, ἡ δὲ ΘΕ τῇ ΕΖ, παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΕΟ τῇ ΜΘ. Διπλασίων ἄρα ἐστὶν ἡ ΜΘ τῆς ΕΟ. Ἀλλὰ καὶ ἡ ΓΔ διπλασίων ἐστὶ τῆς ΕΟ. Ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ΜΘ τῇ ΓΔ. Τὸ δὲ ὑπὸ τῶν ΓΔ, ΔΞ ἴσον τῷ ἀπὸ τῆς ΛΔ. Ἡ ἄρα τοῦ σχήματος τοῦ ΚΖΛ ἐπιφάνεια μείζων ἐστὶ τοῦ κύκλου, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἐστὶ τῇ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ τμήματος, ἐπὶ τὴν περιφέρειαν ἠγμένῃ τοῦ κύκλου, ὅς ἐστι βάσις τοῦ τμήματος τοῦ περὶ διάμετρον τὴν ΑΒ. Ὁ γὰρ Ν κύκλος ἴσος ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ περιγεγραμμένου περὶ τὸν τομέα σχήματος.

AB ipſi KΛ parallela, et ZE communis. Igitur ſimile eſt triangulum ZKH triangulo ΔΛΞ. Major eſt autem ZK quam ΛΔ. Major eſt igitur etiam ZH quam ΔΞ. Præterea MΘ diametro ΓΔ eſt æqualis. Si enim jungatur E, O, cum MO æqualis ſit rectæ OZ, et ΘE rectæ EZ, parallela utique eſt EO ipſi MΘ. Igitur MΘ ipſius EO eſt dupla. Dupla eſt autem etiam ΓΔ ipſius EO. Eſt igitur MΘ æqualis ipſi ΓΔ. Denique ſpatium quod ſub ΓΔ, ΔΞ continetur, æquale eſt quadrato, quod ab ΛΔ deſcribitur. Igitur figuræ KZΛ ſuperficies major eſt circulo, cujus ea, quæ ex centro, æqualis eſt rectæ, quæ a vertice ſegmenti ducitur ad circumferentiam circuli, qui eſt baſis ſegmenti; ejus ſcilicet, qui circa diametrum AB deſcribitur. Nam circulus N æqualis eſt ſuperficiei figuræ ſectori circumſcriptæ.

EUTOCIUS.

Ἡ ἄρα τοῦ σχήματος τοῦ ΚΖΛ ἐπιφάνεια μείζων ἐστὶ τοῦ κύκλου, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀμφιδόξως δοκεῖ συνῆχθαι τὸ προκείμενον· λέγοιτο δ᾽ ἂν σαφῶς οὕτως. Ἐπειδὴ ὁ Ν κύκλος ἴσος ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχήματος· ἡ δὲ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Ν δύναται τὸ ὑπὸ ΜΘ, ΖΗ, τὸ δὲ ὑπὸ ΜΘ, ΖΗ, μεῖζον τοῦ ὑπὸ ΓΔ, ΔΞ· ἡ μὲν γὰρ ΜΘ ἴση δέδεικται τῇ ΓΔ, ἡ δὲ ΖΗ μείζων τῆς ΔΞ· ὁ Ν ἄρα κύκλος μείζων ἐστὶ τοῦ κύκλου, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου δύναται τὸ ὑπὸ ΓΔ, ΔΞ. Τὸ δὲ ὑπὸ ΓΔ, ΔΞ, ἴσον τῷ ἀπὸ ΔΛ. Ὁ ἄρα Ν κύκλος, τουτέστιν ἡ ἐπιφάνεια τοῦ περιγεγραμμένου, μείζων ἐστὶ τοῦ κύκλου, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἐστὶ τῇ ΔΛ.

Figuræ igitur KZΛ ſuperficies major eſt circulo; et quæ ſequuntur. Subobſcure id collegiſſe videtur; quod clarius hoc pacto colligas. Quoniam circulus N æqualis eſt ſuperficiei figuræ; quæque ex centro circuli N, poteſt ſpatium, quod ſub MΘ, ZH continetur, idque majus eſt ſpatio, quod continetur ſub ΓΔ, ΔΞ; demonſtratum eſt enim MΘ æqualem eſſe ipſi ΓΔ, et ZH majorem quam ΔΞ; ideo circulus N major eſt circulo, cujus ea, quæ ex centro, poteſt ſpatium, quod continetur ſub ΓΔ, ΔΞ. Quod autem ſpatium ſub ΓΔ, ΔΞ continetur, id quadrato æquale eſt, quod a ΔΛ deſcribitur. Igitur circulus N, hoc eſt circumſcriptæ figuræ ſuperficies, major eſt circulo, cujus ea, quæ ex centro, ipſi ΔΛ eſt æqualis.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ με΄.

Γίνεται δὴ καὶ τὸ περιγεγραμμένον σχῆμα περὶ τὸν τομέα σὺν τῷ κώνῳ, οὗ βάσις ὁ περὶ διάμετρον τὴν ΚΛ κύκλος, κορυφὴ δὲ τὸ κέντρον, ἴσον κώνῳ οὗ ἡ μὲν βάσις ἴση ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχήματος, ὕψος δὲ τῇ ἀπὸ τοῦ κέντρου ἐπὶ τὴν πλευρὰν καθέτῳ ἠγμένῃ, ἣ δὴ ἴση ἐστὶ τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας.

Τὸ γὰρ περιγεγραμμένον σχῆμα τῷ τομεῖ, ἐγγεγραμμένον ἐστὶν εἰς τὸ τμῆμα τῆς μείζονος σφαίρας, ἧς κέντρον ἐστὶ τὸ αὐτό. Δῆλον οὖν τὸ λεγόμενόν ἐστιν ἐκ τοῦ προγεγραμμένου.

PROP. XLV. Theor.

Quinetiam figura ipſa ſectori circumſcripta, una cum cono, cujus baſis eſt circulus, qui circa diametrum KΛ deſcribitur, et vertex ipſius centrum, æqualis eſt uno, cujus baſis æqualis eſt ſuperficiei figuræ, et altitudo rectæ, quæ a centro ad latus normalis ducitur; quæ quidem æqualis eſt ei, quæ ex centro ſphæræ.

Quæ enim circumſcribitur figura ſectori, eadem ſegmento majoris ſphæræ, cujus idem eſt centrum, inſcribitur. Conſtat igitur quod dictum eſt ex iis, quæ ſupra ſcripta ſunt.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μϛ΄.

Ἐκ τούτου δὲ φανερὸν, ὅτι τὸ περιγεγραμμένον σχῆμα σὺν τῷ κώνῳ, μεῖζόν ἐστι κώνου τοῦ βάσιν μὲν ἔχοντος τὸν κύκλον, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἐστὶ τῇ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ τμήματος τῆς ἐλάσσονος σφαίρας, ἐπὶ τὴν περιφέρειαν ἠγμένῃ τοῦ κύκλου, ὅς ἐστι βάσις τοῦ τμήματος, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἐκ τοῦ κέντρου.

PROP. XLVI. Theor.

Hinc autem manifeſtum eſt, circumſcriptam figuram, una cum cono, majorem eſſe cono, qui baſim quidem habeat circulum, cujus ea, quæ ex centro, æqualis eſt rectæ, quæ a vertice ſegmenti minoris ſphæræ ducitur ad circumferentiam circuli, qui eſt baſis ſegmenti; altitudinem vero rectam ei æqualem, quæ ex centro ſphæræ.

[1] γὰρ ex MS.

[1] ἐπεὶ

Qui enim conus figuræ, una cum cono, æqualis fuerit, hic baſim quidem habebit majorem eo, quem diximus, circulo; altitudinem vero ei æqualem, quæ ex centro minoris ſphæræ.

PROP. XLVII. Theor.

Sit rurſus ſphæra, et maximus in ea circulus, et ſegmentum minus ſemicirculo ABΓ; et centrum punctum Δ: et ſectori ABΓ inſcribatur polygonum æquiangulum, et huic ſimile aliud circumſcribatur, lateraque lateribus parallela ſint. Circumſcribatur item circumſcripto polygono circulus: et pariter ac in ſuperioribus theorematibus circuli, manente HB, circumacti figuras efficiant conicis ſuperficiebus compreheníàs. Oportet demonſtrare, circumſcriptæ figuræ ſuperficiem ad ſuperficiem figuræ inſcriptæ rationem habere ejus duplam, quam latus circumſcripti polygoni habet ad latus polygoni inſcripti: figuram autem ipſam, una cum cono, rationem habere ejuſdem rationis triplam.

Sit enim circulus M, cujus ea, quæ ex centro, poſſit ſpatium ei æquale, quod continetur ſub uno polygoni latere circumſcripti, et rectis omnibus, quæ angulos jungunt, et amplius dimidia ipſius EZ. Atque erit circulus M circumſcriptæ figuræ ſuperficiei æqualis. Sumatur autem etiam circulus N, cujus ea, quæ ex centro, poſſit ſpatium ei æquale, quod continetur ſub uno inſcripti polygoni latere, rectiſque omnibus, quæ angulos jungunt, una cum dimidia ipſius AΓ. Atque erit hic circulus æqualis ſuperficiei figuræ inſcriptæ. Sed ea, quæ diximus, ſpatia ſeſe habent invicem ut quadratum, quod a latere EK deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a latere AΛ. Ut igitur polygonum ad polygonum, ita ſe habet circulus M ad circulum N. Manifeſtum eſt igitur, circumſcriptæ figuræ ſuperficiem ad ſuperficiem figuræ inſcriptæ rationem habere ejus duplam, quam habet EK ad AΛ; eamdem ſcilicet, quam polygonum habet ad polygonum.

Sit rurſus conus Ξ baſim quidem habens circulo M æqualem, altitudinem vero æqualem ei,



Ὁ γὰρ ἴσος κῶνος τῷ σχήματι σὺν τῷ κώνῳ, τὴν μὲν βάσιν μείζονα ἕξει τοῦ εἰρημένου κύκλου, τὸ δὲ ὕψος ἴσον τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς ἐλάσσονος σφαίρας.

ΠΡΟΤ. μζʹ.

Ἔστω πάλιν σφαῖρα, καὶ ἐν αὐτῇ μέγιστος κύκλος, καὶ τμῆμα ἔλασσον ἡμικυκλίου τὸ ABΓ· καὶ κέντρον τὸ Δ· καὶ εἰς τὸν ABΓ τομέα ἐγγεγράφθω πολύγωνον ἀρτιόγωνον, καὶ τούτῳ ὅμοιον περιγεγράφθω, καὶ παράλληλοι ἔστωσαν αἱ πλευραὶ ταῖς πλευραῖς. Καὶ κύκλος περιγεγράφθω περὶ τὸ περιγεγραμμένον πολύγωνον· καὶ ὁμοίως τοῖς πρότερον, μενούσης τῆς HB, περιενεχθέντες οἱ κύκλοι, ποιήσουσι σχήματα ὑπὸ κωνικῶν ἐπιφανειῶν περιεχόμενα. Δεικτέον ὅτι ἡ τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος ἐπιφάνεια πρὸς τὴν τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος ἐπιφάνειαν, διπλασίονα λόγον ἔχει, ἢ πλευρὰ ἡ τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου πρὸς τὴν πλευρὰν τοῦ ἐγγεγραμμένου πολυγώνου· τὸ δὲ σχῆμα, σὺν τῷ κώνῳ, τριπλασίονα λόγον ἔχει τοῦ αὐτοῦ.

Ἔστω γὰρ ὁ M κύκλος, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴσον δύναται τῷ ὑπό τε μιᾶς πλευρᾶς τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου, καὶ πασῶν τῶν ἐπιζευγνυουσῶν τὰς γωνίας, καὶ ἔτι τῆς ἡμισείας τῆς EZ. *Ἔσται δὴ ὁ M κύκλος ἴσος τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος. Εἰλήφθω δὴ καὶ ὁ N κύκλος, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴσον δύναται τῷ περιεχομένῳ ὑπό τε μιᾶς πλευρᾶς τοῦ ἐγγεγραμμένου πολυγώνου, †καὶ πασῶν τῶν ἐπιζευγνυουσῶν τὰς γωνίας σὺν τῇ ἡμισείᾳ τῆς AΓ. Ἔσται δὴ καὶ οὗτος ἴσος τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος. Ἀλλὰ τὰ εἰρημένα χωρία ἐστὶ πρὸς ἄλληλα, ὡς τὸ ἀπὸ τῆς EK πλευρᾶς πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς AΛ πλευρᾶς. Καὶ ὡς ἄρα τὸ πολύγωνον πρὸς τὸ πολύγωνον, ὁ M κύκλος πρὸς τὸν N κύκλον. Φανερὸν οὖν ὅτι καὶ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος διπλασίονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ EK πρὸς τὴν AΛ· τὸν δὲ αὐτὸν, ὃν καὶ τὸ πολύγωνον.

Ἔστω πάλιν κῶνος ὁ Ξ βάσιν μὲν ἔχων τῷ M ἴσην, ὕψος δὲ τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῆς ἐλάσσονος σφαί-

* ἴση

† ἢ πᾶσι τῶν

ρας. Ἴσος δὴ ἐδείχθη ὁ κῶνος τῷ περιγεγραμμένῳ σχήματι σὺν τῷ κώνῳ, οὗ βάσις ὁ περὶ τὴν ΕΖ κύκλος, κορυφὴ δὲ τὸ Δ. Καὶ ἔστω ἄλλος κῶνος ὁ Ο, βάσιν μὲν ἴσην ἔχων τῷ Ν, ὕψος δὲ τὴν ἀπὸ τοῦ Δ ἐπὶ τὴν ΑΛ κάθετον ἠγμένην. Ἔσται δὴ καὶ οὗτος ἴσος τῷ ἐγγεγραμμένῳ σχήματι σὺν τῷ κώνῳ, οὗ βάσις ὁ περὶ διάμετρον τὴν ΑΓ κύκλος, κορυφὴ δὲ τὸ Δ κέντρον. Ταῦτα γὰρ πάντα προγέγραπται. Καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ ΕΚ πρὸς τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῆς ἐλάσσονος σφαίρας, [*]οὕτως ἡ ΑΛ πρὸς τὴν ἀπὸ τοῦ κέντρου τοῦ Δ ἐπὶ τὴν ΑΛ κάθετον ἠγμένην· ἐδείχθη δὲ ὡς ἡ ΕΚ πρὸς τὴν ΑΛ, [*]οὕτως ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Μ κύκλου, πρὸς τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Ν κύκλου, καὶ ἡ διάμετρος πρὸς τὴν διάμετρον· ἔσται ἄρα ὡς ἡ διάμετρος τοῦ κύκλου, ὅς ἐστι βάσις τοῦ Ξ, πρὸς τὴν διάμετρον τοῦ κύκλου, ὅς ἐστι βάσις τοῦ Ο, οὕτως τὸ ὕψος τοῦ Ξ κώνου, πρὸς τὸ ὕψος τοῦ Ο κώνου. Ὅμοιοι [*]ἄρα εἰσὶν οἱ κῶνοι. Ὁ Ξ ἄρα κῶνος πρὸς τὸν Ο κῶνον τριπλασίονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ διάμετρος πρὸς τὴν διάμετρον. Φανερὸν οὖν ὅτι καὶ τὸ σχῆμα τὸ περιγεγραμμένον σὺν τῷ κώνῳ πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον σὺν τῷ κώνῳ τριπλασίονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ ΕΚ πρὸς ΑΛ.

quæ ex centro minoris ſphæræ. Æqualis eſt igitur hic conus figuræ circumſcriptæ, una cum cono, cujus baſis eſt circulus, qui circa EZ deſcribitur, et vertex punctum Δ. Sit alius conus O baſim quidem habens circulo N æqualem, altitudinem vero æqualem rectæ, quæ a puncto Δ ad AΛ normalis ducitur. Et hic quidem conus æqualis erit figuræ inſcriptæ, una cum cono, cujus baſis eſt circulus, qui circa diametrum AΓ deſcribitur, et vertex punctum Δ. Hæc enim omnia antea ſcripta ſunt. Et quoniam ut EK ad eam, quæ ex centro minoris ſphæræ, ita ſe habet AΛ ad rectam, quæ a centro Δ ad AΛ normalis ducitur; demonſtratum autem eſt, ut EK ad AΛ, ita ſe habere eam, quæ ex centro circuli M, ad eam, quæ ex centro circuli N, et diametrum ad diametrum; ideo ut diameter circuli, qui baſis eſt coni Ξ, ad diametrum circuli, qui coni O eſt baſis, ita ſe habebit coni Ξ altitudo ad altitudinem coni O. Coni igitur ſimiles ſunt. Igitur conus Ξ ad conum O rationem habet ejus triplam, quam diameter habet ad diametrum. Manifeſtum igitur eſt, circumſcriptam figuram, una cum cono, ad figuram inſcriptam, una cum cono, rationem habere ejus triplam, quam EK habet ad AΛ.

E U T O C I U S.

Ἀλλὰ τὰ εἰρημένα χωρία πρὸς ἄλληλά ἐστιν, ὡς τὸ ἀπὸ τῆς ΕΚ πλευρᾶς πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΑΛ πλευρᾶς. Ἐπεὶ γὰρ ἐπιζευχθείσης τῆς ΔΛΚ, παράλληλός ἐστιν ἡ ΕΚ τῇ ΑΛ, ἔστιν ὡς [*]ἡ ΕΔ πρὸς ΔΑ, ἡ ΕΚ πρὸς ΑΛ. Ὡς δὲ ἡ ΕΔ πρὸς ΔΑ, ἡ ΕΖ πρὸς ΑΓ. Καὶ ὡς ἄρα ἡ ΕΚ πρὸς ΑΛ, ἡ ΕΖ πρὸς ΑΓ· καὶ ἡμίσεια τῆς ΕΖ πρὸς τὴν ἡμίσειαν τῆς ΑΓ. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ πασῶν τῶν ἐπιζευγνυουσῶν τὰς γωνίας τῶν πολυγώνων δειχθήσεται, ὅτι τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον πρὸς ἀλλήλας, ὃν ἡ ΕΚ πρὸς ΑΛ. Καὶ ὡς ἄρα ἓν πρὸς ἕν, οὕτως ἅπαντα πρὸς ἅπαντα. Ὡς ἄρα ἡ ΕΚ πρὸς ΑΛ, οὕτως πᾶσαι αἱ ἐπιζευγνύουσαι τὰς τοῦ περιγεγραμμένου γωνίας μετὰ τῆς ἡμισείας τῆς βάσεως τοῦ μείζονος τμήματος, πρὸς πάσας τὰς ἐπιζευγνυούσας τὰς τοῦ ἐγγεγραμμένου γωνίας, μετὰ τῆς ἡμισείας τῆς βάσεως τοῦ ἐλάσσονος τμήματος. Ὥστε καὶ ὡς τὸ ἀπὸ τῆς ΕΚ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΑΛ, οὕτως τὸ ὑπὸ τῆς ΕΚ καὶ πασῶν, πρὸς τὸ ὑπὸ τῆς ΑΛ καὶ πασῶν. Τὰ γὰρ ὅμοια εὐθύγραμμα ἐν διπλασίονι λόγῳ ἐστὶ τῶν ὁμολόγων πλευρῶν. Καὶ τοῦ μὲν τῆς ΕΚ πρὸς ΑΛ λόγου διπλασίων ὁ τοῦ ἀπὸ τῆς ΕΚ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΑΛ. Τῶν δὲ ἐπιζευγνυουσῶν τὰς τοῦ μείζονος, πρὸς τὰς ἐπιζευγνυούσας τὰς τοῦ [*]ἐλάσσονος, διπλασίων ἐστὶν ὁ τοῦ ὑπὸ τῆς ΕΚ, καὶ πασῶν, πρὸς τὸ ὑπὸ τῆς ΑΛ καὶ πασῶν. Ὅμοια γὰρ καὶ ταῦτα, διὰ τὸ τὰς πλευρὰς ἀνάλογον ἔχειν.

Sed ea, quæ diximus, ſpatia ſeſe habent invicem, ut quadratum, quod a latere EK deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a latere AΛ. Si enim jungatur ΔΛK, cum EK parallela ſit ipſi AΛ, ut EΔ ad ΔA, ita ſe habet EK ad AΛ. Ut autem EΔ ad ΔA, ita ſe habet EZ ad AΓ. Igitur et ut EK ad AΛ, ita ſe habet EZ ad AΓ; dimidiaque ipſius EZ ad dimidiam ipſius AΓ. Pariter de cæteris omnibus, quæ polygonorum angulos jungunt, illud demonſtrabitur; eamdem inter ſe invicem rationem habere, quam EK ad AΛ. Igitur ut una ad unam, ita etiam omnes ad omnes. Ut igitur EK ad AΛ, ita ſe habent omnes, quæ circumſcripti polygoni angulos jungunt, una cum dimidia baſi majoris ſegmenti, ad omnes, quæ angulos jungunt inſcripti polygoni, una cum dimidia baſi ſegmenti minoris. Quare et ut quadratum, quod ab EK deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab AΛ, ita ſpatium, quod ſub EK, omnibuſque ſimul continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub AΛ, ſimulque item omnibus. Quæ enim rectilinea ſimilia ſunt, hæc duplam reſpondentium ſibi invicem laterum rationem habent. Ac rationis quidem ipſius EK ad AΛ dupla eſt ratio quadrati, quod ab EK deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab AΛ. Rationis vero rectarum omnium, quæ majoris polygoni angulos jungunt, ad rectas omnes, quæ angulos jungunt polygoni minoris, dupla eſt ratio ſpatii, quod ſub EK, omnibuſque ſimul continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub AΛ, ſimulque item omnibus. Nam hæc quoque ſpatia ſimilia ſunt, quippe quæ latera habent proportionalia.

[*] οὕτως ex MS. [*] οὕτως ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Μ κύκλου, πρὸς τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Ν κύκλου in MS. deſunt. [*] ἄρα ex MS. [*] ΕΔ πρὸς ΔΛ ex MS. [*] ἐλάττονος

Atque ut EK ad eam, quæ ex centro minoris ſphæræ, ita ſe habet AΛ ad rectam, quæ a centro ad AΛ normalis ducitur. Si enim recta a centro ad contactum juncta fuerit; erit utique, quæ juncta fuit recta, ad utramque EK, AΛ normalis. Atque ut EΔ ad ΔA, hoc eſt EK ad AΛ, ita ſe habebit quæ a centro ad contactum juncta eſt; nimirum ea, quæ ex centro minoris ſphæræ, ad eam, quæ ducta a centro ad AΛ normalis fuerit.


Demonſtratum autem eſt, ut EK ad AΛ, ita ſe habere eam, quæ ex centro circuli M, ad eam, quæ ex centro circuli N. Quoniam nimirum demonſtratum eſt, ut polygonum ad polygonum, ita ſe habere circulum M ad circulum N; hoc eſt quadratum, quod ab ea quæ ex centro circuli M deſcribitur, ad quadratum, quod ab ea deſcribitur, quæ ex centro circuli N.

PROP. XLVIII. Theor.

Cujuſlibet ſegmenti ſphæræ, hemiſphærio minoris, ſuperficies æqualis eſt circulo, cujus ea, quæ ex centro, æqualis eſt rectæ, quæ a vertice ſegmenti ducitur ad circumferentiam circuli, qui eſt baſis ſphæræ ſegmenti.

Sit ſphæra, et maximus in ea circulus ABΓ, ſegmentumque minus hemiſphærio, cujus baſis circulus, qui circa AΓ deſcribitur, ad circulum ABΓ rectus: et ſumatur circulus Z, cujus ea, quæ ex centro, ſit rectæ AB æqualis. Oportet demonſtrare, ſegmenti ABΓ ſuperficiem circulo Z æqualem eſſe.

Si enim non eſt æqualis, major ſit ſuperficies circulo Z: et ſumatur centrum Δ; et rectæ a centro Δ ad puncta A, Γ junctæ producantur. Duæ autem cum ſint magnitudines inæquales, ſuperficies ſegmenti, et circulus Z, ſectori ABΓ inſcribatur polygonum æquilaterum et æquiangulum, itemque aliud huic ſimile circumſcribatur; ita ut circumſcriptum ad inſcriptum minorem rationem habeat, quam ſegmenti ſphæræ ſuperficies ad circulum. Circumacto autem, ut antea, circulo, duæ erunt figuræ conicis ſuperficiebus comprehenſæ; altera quidem circumſcripta, altera vero inſcripta: et circumſcriptæ figuræ ſuperficies ſe habebit ad ſuperficiem inſcriptæ, ut circumſcriptum polygonum ad inſcriptum. Utraque enim ratio dupla eſt ejus, quam habet latus polygoni circumſcripti ad latus inſcripti.



Καί ἐστιν ὡς ἡ EK πρὸς τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῆς ἐλάσσονος σφαίρας, οὕτως ἡ AΛ πρὸς τὴν ἀπὸ τοῦ κέντρου ἐπὶ τὴν AΛ κάθετον ἠγμένην. Ἐὰν γὰρ ἀπὸ τοῦ κέντρου ἐπὶ τὴν ἁφὴν ἐπιζεύξωμεν εὐθεῖαν, [a] ἔσται ἡ ἐπιζευχθεῖσα κάθετος ἐπ᾽ ἀμφοτέρας τὰς EK, AΛ. [b] Καὶ ἔσται ὡς ἡ EΔ πρὸς ΔA, τουτέστιν ἡ EK πρὸς AΛ, [c] ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἐπὶ τὴν ἁφήν, τουτέστιν ἡ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς ἐλάσσονος σφαίρας, πρὸς τὴν ἀπὸ τοῦ κέντρου ἐπὶ τὴν AΛ κάθετον.

Ἐδείχθη δὲ ὡς ἡ EK πρὸς AΛ, οὕτως ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ M κύκλου, πρὸς τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ N κύκλου. Ἐπεὶ δέδεικται ὅτι ἐστίν, ὡς τὸ πολύγωνον πρὸς τὸ πολύγωνον, οὕτως ὁ M κύκλος πρὸς τὸν N, τουτέστι τὸ ἀπὸ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ M, πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ N.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μή.

Παντὸς τμήματος σφαίρας, ἐλάσσονος ἡμισφαιρίου, ἡ ἐπιφάνεια ἴση ἐστὶ κύκλῳ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἐστὶ τῇ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ τμήματος ἐπὶ τὴν περιφέρειαν ἠγμένῃ τοῦ κύκλου, ὅς ἐστι βάσις τοῦ τμήματος τῆς σφαίρας.

Ἔστω σφαῖρα, καὶ μέγιστος ἐν αὐτῇ κύκλος ὁ ABΓ, καὶ τμῆμα ἐν αὐτῇ ἔλασσον ἡμισφαιρίου, οὗ βάσις ὁ περὶ τὴν AΓ κύκλος, πρὸς ὀρθὰς ὢν τῷ ABΓ κύκλῳ· καὶ εἰλήφθω κύκλος ὁ Z, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἐστὶ τῇ AB. [d] Δεῖ δεῖξαι ὅτι ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ABΓ τμήματος, ἴση ἐστὶ τῷ Z κύκλῳ.

Εἰ γὰρ μή, ἔστω μείζων ἡ ἐπιφάνεια τοῦ Z κύκλου· καὶ εἰλήφθω τὸ Δ κέντρον· καὶ ἀπὸ τοῦ Δ ἐπὶ [e] τὰ A, Γ ἐπιζευχθεῖσαι ἐκβεβλήσθωσαν. Καὶ δύο μεγεθῶν ἀνίσων ὄντων, τῆς τε ἐπιφανείας τοῦ τμήματος, καὶ τοῦ Z κύκλου, ἐγγεγράφθω εἰς τὸν ABΓ τομέα πολύγωνον ἰσόπλευρον καὶ [f] ἀρτιογώνιον, καὶ ἄλλο τούτῳ ὅμοιον περιγεγράφθω· ὥστε τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐλάσσονα λόγον ἔχειν, ἤπερ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ τμήματος τῆς σφαίρας [g] πρὸς τὸν κύκλον. Περιενεχθέντος δὲ τοῦ κύκλου, ὡς καὶ πρότερον, ἔσται δύο σχήματα ὑπὸ κωνικῶν ἐπιφανειῶν περιεχόμενα, ὧν τὸ μὲν περιγεγραμμένον, τὸ δὲ ἐγγεγραμμένον· καὶ ἡ τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος ἐπιφάνεια πρὸς τὴν τοῦ ἐγγεγραμμένου ἔσται, ὡς τὸ περιγεγραμμένον πολύγωνον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον. Ἑκάτερος γὰρ τῶν λόγων διπλάσιός ἐστι τοῦ ὃν ἔχει ἡ τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου πλευρά, πρὸς

[a] ἔσαι [b] καὶ ἔσαι ὡς ἡ EΔ [c] ἡ ἀπὸ τοῦ κέντρου ἐπὶ τὴν ἁφὴν ἐπιζευχθεῖσαν, τουτέστιν [d] Δεῖ δεῖξαι ex MS. [e] τ [f] ἀρτιόγωνον [g] πρὸς τὸν Z κύκλον.

τὴν τοῦ ἐγγεγραμμένου πλευράν. Ἀλλὰ τὸ περιγεγραμμένον πολύγωνον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ τοῦ εἰρημένου τμήματος ἐπιφάνεια πρὸς τὸν Ζ κύκλον· μείζων δέ ἐστιν ἡ τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος ἐπιφάνεια τῆς ἐπιφανείας τοῦ τμήματος. Καὶ ἡ τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος ἐπιφάνεια ἄρα μείζων ἐστὶ τοῦ Ζ κύκλου. Ὅπερ ἀδύνατον. Δέδεικται γὰρ ἡ εἰρημένη τοῦ σχήματος ἐπιφάνεια ἐλάσσων οὖσα τοῦ τηλικούτου κύκλου. Ἔστω πάλιν ὁ κύκλος μείζων τῆς ἐπιφανείας· καὶ ὁμοίως περιγεγράφθω καὶ ἐγγεγράφθω ὅμοια πολύγωνα· καὶ τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐλάσσονα λόγον ἐχέτω, τοῦ ὃν ἔχει ὁ κύκλος πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σχήματος. Οὐκ ἄρα μείζων ἡ ἐπιφάνεια τοῦ Ζ κύκλου. Ἐδείχθη δὲ ὡς οὐδὲ ἐλάσσων. Ἴση ἄρα.

Circumſcriptum autem polygonum ad inſcriptum minorem rationem habet, quam ejus, quod diximus, ſegmenti ſuperficies ad circulum Z; majorque eſt circumſcriptæ figuræ ſuperficies ſuperficie ſegmenti. Igitur etiam inſcriptæ figuræ ſuperficies major eſt circulo Z. Quod fieri non poteſt. Demonſtratum enim eſt, figuræ, quam diximus, ſuperficiem minorem eſſe hujuſmodi circulo. Sit rurſus circulus major ſuperficie: pariterque circumſcribantur, inſcribanturque ſimilia polygona; et circumſcriptum ad inſcriptum minorem rationem habeat, quam circulus ad figuræ ſuperficiem. Non eſt igitur minor ſuperficies circulo Z. Demonſtratum autem eſt, neque majorem eſſe. Eſt igitur æqualis.

EUTOCIUS.

Ἑκάτερος γὰρ τῶν λόγων διπλάσιός ἐστι τοῦ ὃν ἔχει ἡ τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου πλευρὰ πρὸς τὴν τοῦ ἐγγεγραμμένου. Ἐδείχθη γὰρ ἐν τῷ πρὸ τούτου, ὅτι ἐστὶν ὡς ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου τοῦ ἴσου τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ περιγεγραμμένου, πρὸς τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου τοῦ ἴσου τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ἐγγεγραμμένου, οὕτως ἡ πλευρὰ τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου πρὸς τὴν πλευρὰν τοῦ ἐγγεγραμμένου. Οἱ δὲ κύκλοι πρὸς ἀλλήλους ἐν διπλασίονι λόγῳ εἰσὶ τῶν ἐκ τῶν κέντρων. Καὶ ἡ ἐπιφάνεια ἄρα πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν διπλασίονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ πλευρὰ πρὸς τὴν πλευράν.

Utraque enim ratio dupla eſt ejus, quam habet latus polygoni circumſcripti ad latus inſcripti. Illud enim in ſuperiore theoremate demonſtratum eſt: ut ea, quæ ex centro circuli circumſcripti polygoni ſuperficiei æqualis, ad eam, quæ ex centro circuli æqualis ſuperficiei polygoni inſcripti, ita ſe habere circumſcripti polygoni latus ad latus polygoni inſcripti. Circuli autem duplam earum, quæ ex centro, inter ſe invicem rationem habent. Igitur etiam ſuperficies ad ſuperficiem duplam habent rationem lateris ad latus.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μθʹ.


[a] Ἐὰν μεῖζον ἡμισφαιρίου ᾖ τμῆμα, ὁμοίως αὐτοῦ ἡ ἐπιφάνεια ἴση ἐστὶ κύκλῳ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἐστὶ τῇ ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν περιφέρειαν ἠγμένῃ τοῦ κύκλου, ὅς ἐστι βάσις τοῦ τμήματος.

Ἔστω γὰρ σφαῖρα, καὶ ἐν αὐτῇ μέγιστος κύκλος, καὶ νοείσθω τετμημένη ἐπιπέδῳ ὀρθῷ, τῷ κατὰ τὴν ΑΔ· καὶ τὸ ΑΒΔ ἔλασσον ἔστω [b] ἡμισφαιρίου. Καὶ διάμετρος ἡ ΒΓ πρὸς ὀρθὰς τῇ ΑΔ· καὶ ἀπὸ τῶν ΒΓ ἐπὶ τὸ Α ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΒΑ, ΑΓ. Καὶ ἔστω ὁ μὲν Ε κύκλος, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἐστὶ τῇ ΑΒ· ὁ δὲ Ζ κύκλος, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἐστὶ τῇ ΑΓ· ὁ δὲ Η κύκλος οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἐστὶ τῇ ΓΒ. Καὶ ὁ Η κύκλος ἄρα ἴσος ἐστὶ τοῖς δυσὶ κύκλοις τοῖς Ε, Ζ. Ὁ δὲ Η κύκλος ἴσος ἐστὶν ὅλῃ τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς σφαίρας· ἐπειδήπερ ἑκατέρα

PROP. XLIX. Theor.

Quod ſi majus hemiſphærio ſegmentum ſit, pariter ejus ſuperficies æqualis eſt circulo, cujus ea, quæ ex centro, æqualis eſt rectæ quæ a vertice ducitur ad circumferentiam circuli, qui eſt baſis ſegmenti.

Sit enim ſphæra, et maximus in ea circulus: et intelligatur recto plano ſecta eſſe per AΔ acto; ſegmentumque ABΔ minus ſit hemiſphærio. Diameter autem BΓ rectus ſit ad AΔ; et jungantur a punctis B, Γ ad A rectæ BA, AΓ. Porro ſit circulus quidem E, cujus ea, quæ ex centro, æqualis ſit ipſi AB; circulus vero Z, cujus ea, quæ ex centro, æqualis ſit ipſi AΓ: denique circulus H, cujus ea, quæ ex centro, æqualis ſit ipſi ΓB. Itaque circulus H duobus circulis E, Z eſt æqualis. Circulus autem H æqualis eſt toti ſphæræ ſuperficiei; quoniam utraque ſuperficies quadrupla



[a] Καὶ ἐὰν

[b] ἡμισφαιρίου

eſt circuli, qui circa diametrum B Γ deſcribitur; et circulus E æqualis ſuperficiei ſegmenti A B Δ; hoc enim de minore hemiſphærio demonſtratum eſt. Reliquus igitur circulus Z æqualis eſt ſuperficiei ſegmenti A Γ Δ; quod quidem ſegmentum majus eſt hemiſphærio.


τετραπλασία ἐςὶ τοῦ περὶ διάμετρον τὴν ΒΓ κύκλου· ὁ δὲ Ε κύκλος ἴσος ἐςὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΑΒΔ τμήματος, δέδεικται γὰρ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἐλάσσονος ἡμισφαιρίου. Λοιπὸς ἄρα ὁ Ζ κύκλος ἴσος ἐςὶ τῇ τοῦ ΑΓΔ τμήματος ἐπιφανείᾳ, ὃ δή ἐςι μεῖζον ἡμισφαιρίου.

PROP. L. Theor.

Cujuſlibet ſphæræ ſectori æqualis eſt conus, qui baſim quidem habeat ſuperficiei ſphæræ ſegmenti, quod in ſectore eſt, æqualem, altitudinem vero æqualem ei, quæ ex centro ſphæræ.

Sit ſphæra, et maximus in ea circulus A B Δ; et centrum, punctum Γ. Sit autem conus, qui baſim quidem habeat circulum æqualem ſuperficiei, quæ ſecundum A B Δ circumferentiam eſt, altitudinem vero rectam æqualem ipſi B Γ. Oportet demonſtrare, ſectorem A B Γ Δ ei, quem diximus, cono æqualem eſſe.

Si enim non eſt æqualis, major ſit ſector cono: ponaturque conus Θ, qualis dictus eſt. Duæ autem cum ſint magnitudines inæquales, ſector, et conus Θ, inveniantur duæ lineæ Δ, E, quarum major ſit Δ; habeatque Δ ad E minorem rationem, quam ſector ad conum. Sumantur item duæ lineæ Z, H, ita ut Δ æque excedat Z, atque Z excedit H, et H excedit E: planoque circuli ſectori circumſcribatur polygonum æquilaterum et pariangulum, itemque aliud huic ſimile inſcribatur; ita ut circumſcripti latus ad latus inſcripti minorem rationem habeat, quam Δ ad Z. Circumacto autem, pariter ac in ſuperioribus theorematibus, circulo, duæ oriantur figuræ conicis ſuperficiebus comprehenſæ. Igitur circumſcripta figura, una cum cono, qui verticem habet punctum Γ, ad figuram inſcriptam, una cum eodem cono, rationem habet ejus triplam, quam habet circumſcripti polygoni latus ad latus polygoni inſcripti. Circumſcripti autem latus ad latus inſcripti minorem rationem habet, quam Δ ad Z. Igitur circumſcripta ſolida figura, quam diximus, ad inſcriptam rationem habebit minorem ejus tripla, quam habet Δ ad Z. Habet autem Δ ad E rationem majorem ejus tripla, quam Δ habet ad Z. Habet igitur circumſcripta ſectori ſolida figura ad figuram inſcriptam minorem rationem, quam



ΠΡΟΤΑΣΙΣ ν'.

Παντὶ τομεῖ σφαίρας ἴσος ἐςὶ κῶνος, ὁ βάσιν μὲν ἔχων ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ τμήματος τῆς σφαίρας τοῦ κατὰ τὸν τομέα, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας.

Ἔςω σφαῖρα, καὶ ἐν αὐτῇ μέγιςος κύκλος ὁ ΑΒΔ, καὶ κέντρον τὸ Γ. Καὶ κῶνος ὁ βάσιν μὲν ἔχων τὸν κύκλον, τὸν ἴσον τῇ κατὰ τὴν ΑΒΔ περιφέρειαν ἐπιφανείᾳ, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ΒΓ. Δεικτέον ὅτι ὁ τομεὺς ὁ ΑΒΓΔ ἴσος ἐςὶ τῷ εἰρημένῳ κώνῳ.

Εἰ γὰρ μὴ, ἔςω μείζων ὁ τομεὺς τοῦ κώνου· καὶ κείσθω ὁ Θ κῶνος, οἷος εἴρηται. Δύο δὴ μεγεθῶν ἀνίσων ὄντων, τοῦ τομέως καὶ τοῦ Θ κώνου, εὑρήσθωσαν δύο γραμμαὶ αἱ Δ, Ε, μείζων δὲ ἡ Δ τῆς Ε, καὶ ἐλάσσονα λόγον ἐχέτω ἡ Δ πρὸς Ε, ἤπερ ὁ τομεὺς πρὸς τὸν κῶνον. Καὶ εἰλήφθωσαν δύο γραμμαὶ αἱ Ζ, Η, ὅπως τῷ ἴσῳ ὑπερέχῃ ἡ Δ τῆς Ζ, καὶ ἡ Ζ τῆς Η, καὶ ἡ Η τῆς Ε· καὶ περὶ τὸν ἐπίπεδον τομέα τοῦ κύκλου περιγεγράφθω πολύγωνον ἰσόπλευρον, καὶ ἀρτιογώνιον, καὶ τούτῳ ὅμοιον ἐγγεγράφθω, [k]ὅπως ἡ τοῦ περιγεγραμμένου πλευρὰ ἐλάσσονα λόγον ἔχῃ πρὸς τὴν τοῦ ἐγγεγραμμένου, τοῦ ὃν ἔχει ἡ Δ πρὸς Ζ. Καὶ ὁμοίως τοῖς πρότερον περιενεχθέντος τοῦ κύκλου, γεγενήσθω δύο σχήματα ὑπὸ κωνικῶν ἐπιφανειῶν περιεχόμενα. Τὸ ἄρα περιγεγραμμένον, σὺν τῷ κώνῳ τῷ κορυφὴν ἔχοντι τὸ Γ σημεῖον, πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον σὺν τῷ κώνῳ τριπλασίονα λόγον ἔχει, τοῦ ὃν ἔχει ἡ πλευρὰ τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου πρὸς τὴν πλευρὰν τοῦ ἐγγεγραμμένου. Ἀλλὰ ἡ τοῦ περιγεγραμμένου πρὸς τὴν τοῦ ἐγγεγραμμένου ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ Δ πρὸς Ζ. Ἐλάσσονα λόγον ἄρα ἕξει, ἢ τριπλάσιον, τὸ εἰρημένον ςερεὸν σχῆμα τοῦ τῆς Δ πρὸς Ζ. Ἡ δὲ Δ πρὸς Ε μείζονα λόγον ἔχει, ἢ τριπλάσιον τοῦ τῆς Δ πρὸς Ζ. Τὸ ἄρα περιγεγραμμένον σχῆμα ςερεὸν τῷ τομεῖ, πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον σχῆμα ἐλάσσονα λόγον ἔχει τοῦ ὃν ἔχει ἡ Δ πρὸς

[k] ὅπως ex MS.

E. Ἡ δὲ Δ πρὸς E ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἢ ὁ στερεὸς τομεὺς πρὸς τὸν Θ κῶνον. [l] Τὸ ἄρα περιγεγραμμένον τῷ τομεῖ σχῆμα πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον [m] ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἢ ὁ στερεὸς τομεὺς πρὸς τὸν Θ κῶνον. Καὶ ἐναλλάξ. Μεῖζον δέ ἐστι τὸ περιγεγραμμένον στερεὸν σχῆμα τοῦ τμήματος. Καὶ τὸ ἐγγεγραμμένον ἄρα σχῆμα ἐν τῷ τομεῖ, μεῖζόν ἐστι τοῦ Θ κώνου. Ὅπερ ἀδύνατον. Δέδεικται γὰρ ἐν τοῖς ἄνω, ἔλασσον ὂν τοῦ τηλικούτου κώνου, τουτέστι τοῦ ἔχοντος βάσιν μὲν κύκλον, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἐστὶ τῇ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ τμήματος ἐπὶ τὴν περιφέρειαν ἐπιζευγνυμένῃ εὐθείᾳ τοῦ κύκλου, ὅς ἐστι βάσις τοῦ τμήματος· ὕψος δὲ τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας. Οὗτος δέ ἐστιν ὁ εἰρημένος κῶνος ὁ Θ· βάσιν τε γὰρ ἔχει κύκλον ἴσον τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ τμήματος, τουτέστι τῷ εἰρημένῳ κύκλῳ, καὶ ὕψος ἴσον τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας. Οὐκ ἄρα ὁ στερεὸς τομεὺς μείζων ἐστὶ τοῦ Θ κώνου. Ἔστω δὴ πάλιν ὁ Θ κῶνος τοῦ στερεοῦ τομέως μείζων· πάλιν δὴ ὁμοίως ἡ Δ πρὸς τὴν E, μείζων αὐτῆς οὖσα, ἐλάσσονα λόγον ἐχέτω, τοῦ ὃν ἔχει ὁ κῶνος πρὸς τὸν τομέα. Καὶ ὁμοίως εἰλήφθωσαν αἱ Z, H, ὥστε εἶναι τὰς δύο πλευρὰς τὰς αὐτάς· καὶ τοῦ περιγεγραμμένου περὶ τὸν ἐπίπεδον τομέα πολυγώνου ἀρτιογωνίου ἡ πλευρὰ πρὸς τὴν τοῦ ἐγγεγραμμένου, ἐλάσσονα λόγον ἐχέτω, τοῦ ὃν ἔχει ἡ Δ πρὸς τὴν Z· καὶ γεγενήσθω τὰ περὶ τὸν στερεὸν τομέα στερεὰ σχήματα. Ὁμοίως δὴ δείξομεν, ὅτι τὸ περιγεγραμμένον περὶ τὸν τομέα στερεὸν σχῆμα πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐλάσσονα λόγον ἔχει, τοῦ ὃν ἡ Δ πρὸς E· καὶ τοῦ ὃν ἔχει ὁ Θ κῶνος πρὸς τὸν τομέα. Ὥστε καὶ ὁ τομεὺς πρὸς τὸν κῶνον ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἤπερ τὸ ἐγγεγραμμένον στερεὸν ἐν τῷ τμήματι πρὸς τὸ περιγεγραμμένον. Μείζων δέ ἐστιν ὁ τομεὺς τοῦ ἐγγεγραμμένου εἰς αὐτὸν σχήματος. [n] Μείζων ἄρα ὁ Θ κῶνος τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος. Ὅπερ ἀδύνατον. Δέδεικται γὰρ τοῦτο, ὅτι ὁ τηλικοῦτος κῶνος ἐλάσσων ἐστὶ τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος περὶ τὸν τομέα. Ἴσος ἄρα ὁ τομεὺς τῷ Θ κώνῳ.

Δ ad E. Δ autem ad E minorem rationem habet, quam ſolidus ſector ad conum Θ. Igitur circumſcripta ſectori ſolida figura ad figuram inſcriptam minorem habet rationem, quam ſolidus ſector ad conum Θ. Et permutando. Major eſt autem circumſcripta ſolida figura ſectore. Major eſt igitur etiam figura ſectori inſcripta cono Θ. Quod fieri non poteſt. Demonſtratum enim eſt in ſuperioribus theorematibus, cono ejuſmodi minorem eſſe; nempe illo, qui baſim quidem habeat circulum, cujus ea, quæ ex centro, æqualis eſt rectæ, quæ a vertice ſegmenti ducitur ad circumferentiam circuli, qui eſt baſis ſegmenti; altitudinem vero eam, quæ ex centro ſphæræ. Hic autem conus eſt, quem diximus Θ; quippe baſim habet circulum æqualem ſuperficiei ſegmenti; hoc eſt ei, quem diximus, circulo; et altitudinem æqualem ei, quæ ex centro ſphæræ. Non eſt igitur ſolidus ſector major cono Θ. Rurſus autem conus Θ major ſit ſolido ſectore: pariterque Δ ad E, cujus major eſt Δ, minorem rationem habeat, quam conus ad ſectorem. Et ſumatur pariter Z, H, ita duo latera eadem ſint; et latus polygoni parianguli plano ſectori circumſcripti ad latus inſcripti minorem rationem habeat, quam Δ ad Z; orianturque circa ſolidum ſectorem ſolidæ figuræ. Eodem igitur modo demonſtrabimus, circumſcriptam ſolido ſectori figuram ad figuram inſcriptam minorem rationem habere, quam Δ ad E; et quam conus Θ ad ſectorem. Quare etiam ſector ad conum minorem habet rationem, quam inſcripta ſegmento ſolida figura ad figuram circumſcriptam. Major eſt autem ſector inſcripta eidem figura. Major eſt igitur conus Θ figura circumſcripta. Quod fieri non poteſt. Illud enim demonſtratum eſt, ejuſmodi conum figura ſectori circumſcripta minorem eſſe. Eſt igitur ſector cono Θ æqualis.

E U T O C I U S.

Τὸ ἄρα περιγεγραμμένον στερεὸν σχῆμα πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἢ ὁ στερεὸς τομεὺς πρὸς τὸν Θ κῶνον. Εἰ γὰρ τὸ περιγεγραμμένον στερεὸν πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐλάσσονα ἢ τριπλασίονα λόγον ἔχει τοῦ ὃν ἔχει ἡ Δ πρὸς Z· ἡ δὲ Δ πρὸς E μείζονα ἢ τριπλασίονα· τὸ ἄρα περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ Δ πρὸς

Circumſcripta igitur ſectori ſolida figura ad inſcriptam minorem rationem habet, quam ſolidus ſector ad conum Θ. Si enim circumſcripta ſolida figura ad inſcriptam minorem rationem habet ejus tripla, quam habet Δ ad Z; Δ vero ad E tripla hujus rationis majorem; circumſcripta figura ad inſcriptam minorem utique rationem habet,

[l] ἢ τὸ [m] ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἢ ὁ στερεὸς τομεὺς πρὸς τὸν Θ κῶνον in MS. deſunt. [n] Μείζων ἄρα ὁ Θ κῶνος τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος in MS. deſunt.

quam Δ ad E. Habet autem Δ ad E minorem rationem quam ſector ad conum. Habet igitur etiam circumſcripta figura ad inſcriptam rationem minorem, quam ſector ad conum.

Eutocii Aſcalonitæ commentarius in primum Archimedis librum de ſphæra, et cylindro, ex editione ab Iſidoro Mileſio Mechanico præceptore noſtro recognita.

E. Ἡ δὲ Δ πρὸς [a] Ε ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἤπερ ὁ τομεὺς πρὸς τὸν κῶνον. Καὶ τὸ περιγεγραμμένον ἄρα πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἤπερ ὁ τομεὺς πρὸς τὸν κῶνον.

[b] Εὐτοκίου Ἀσκαλωνίτου ὑπόμνημα εἰς τὸ πρῶτον τῶν Ἀρχιμήδους περὶ σφαίρας καὶ κυλίνδρου, ἐκδόσεως παρανεγνωσμένης παρὰ τοῦ Μιλησίου Μηχανικοῦ Ἰσιδώρου ἡμετέρου διδασκάλου.

[a] Ἐλάσσονα λόγον ἔχει in MS. deſunt.

[b] Hic Commentariorum finis in MS. non invenitur.

ΑΡΧΙΜΗΔΟΥΣ

ΠΕΡΙ ΣΦΑΙΡΑΣ ΚΑΙ ΚΥΛΙΝΔΡΟΥ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ,

ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΕΥΤΟΚΙΟΥ ΑΣΚΑΛΩΝΙΤΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ.

ARCHIMEDIS

DE SPHÆRA ET CYLINDRO

LIBER SECUNDUS,

CUM COMMENTARIIS EUTOCII ASCALONITÆ.

ΑΡΧΙΜΗΔΗΣ ΔΟΣΙΘΕΩ ΧΑΙΡΕΙΝ.

ΠΡΟΤΕΡΟΝ μὲν [d] ἀπέστειλάς μοι γράψαι τῶν προβλημάτων τὰς ἀποδείξεις, ὧν αὐτὸς τὰς προτάσεις ἀπέστειλα Κόνωνι. Συμβαίνει δὲ αὐτῶν τὰ πλεῖστα γράφεσθαι διὰ τῶν θεωρημάτων, ὧν πρότερον ἀπέστειλά σοι τὰς ἀποδείξεις· ὅτι τε πάσης σφαίρας ἡ ἐπιφάνεια τετραπλασία ἐστὶ τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ· καὶ δὴ ὅτι παντὸς [a] τμήματος σφαίρας τῇ ἐπιφανείᾳ ἴσος ἐστὶ κύκλος, [b] οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἐστὶ τῇ εὐθείᾳ τῇ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ τμήματος ἐπὶ τὴν περιφέρειαν τῆς βάσεως ἀγομένῃ· καὶ δὴ ὅτι πάσης σφαίρας ὁ κύλινδρος ὁ βάσιν μὲν ἔχων τὸν μέγιστον κύκλον τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ, ὕψος δὲ ἴσον τῇ διαμέτρῳ τῆς σφαίρας, αὐτός τε ἡμιόλιός ἐστι τῷ μεγέθει τῆς σφαίρας, καὶ ἡ ἐπιφάνεια αὐτοῦ ἡμιολία τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας· καὶ δὴ ὅτι πᾶς τομεὺς στερεὸς ἴσος ἐστὶ κώνῳ τῷ βάσιν μὲν ἔχοντι τὸν κύκλον τὸν ἴσον τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ τμήματος τῆς σφαίρας τοῦ ἐν τῷ τομεῖ, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας. Ὅσα μὲν ὦν τῶν θεωρημάτων καὶ προβλημάτων γράφεται [c] διὰ τούτων θεωρημάτων, ἐν τῷδε τῷ βιβ-

ARCHIMEDES DOSITHEO SAL.

ANTEA quidem mandaſti mihi, ut quorum problematum propoſitiones ipſe ad Cononem miſeram, horum demonſtrationes conſcriberem. Contingit autem, ut plurima ex his per theoremata exponantur, quorum antea ad te miſi demonſtrationes: cujuſmodi eſt illud, cujuſlibet ſphæræ ſuperficiem quadruplam eſſe circuli maximi omnium, qui ſunt in ſphæra; itemque illud, cujuſlibet ſegmenti ſphæræ ſuperficiei æqualem eſſe circulum, cujus ea, quæ ex centro, æqualis eſt rectæ lineæ, quæ a vertice ſegmenti ad baſis circumferentiam ducitur; quinetiam illud, cujuſlibet ſphæræ cylindrum, qui baſim quidem habeat circulum maximum omnium, qui ſunt in ſphæra, altitudinem vero æqualem ſphæræ diametro, magnitudine ſeſquialterum eſſe ſphæræ; ipſius autem ſuperficiem ſphæræ ſuperficiei eſſe ſeſquialteram: illud denique, quemlibet ſectorem ſolidum æqualem eſſe cono, qui baſim quidem habeat circulum æqualem ſuperficiei ſegmenti ſphæræ, quod eſt in ſectore, altitudinem vero æqualem ei, quæ ex centro ſphæræ. Quæcunque igitur theoremata et problemata per theo-

[a] In MS. τμήματα deeſt. [b] ὧν [c] δι' αὐτῶν τούτων

[d] Forte ἀπέστειλας.

mata iſta exponuntur, hoc in libro conſcripta ad te miſi: quæcunque vero per aliam inveniuntur contemplationem, quæ tum ad helicas tum ad conoidas pertinent, dabo operam ut ad te quamprimum mittam. Problematum autem hoc primum erat,

λιῳ γράψας ἀπέςαλκά σοι· ὅσα δὲ δι' ἄλλης εὑρίσκονται θεωρίας, τά τε περὶ ἑλίκων καὶ τὰ περὶ τῶν κωνοειδῶν, πειράσομαι διὰ τάχους ἀποςεῖλαι. Τὸ δὲ πρῶτον ἦν τῶν προβλημάτων, τόδε,

PROP. I. Prob.

Data ſphæra, planum ſpatium invenire ſphæræ ſuperficiei æquale.

Hoc vero manifeſtum eſt; cum ex iis, quæ diximus, theorematibus demonſtratum ſit. Quadruplum enim circuli maximi omnium, qui ſunt in ſphæra, cum planum ſpatium eſt, tum ſphæræ ſuperficiei æquale.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ α'.


Σφαίρας δοθείσης, ἐπίπεδον χωρίον εὑρεῖν, ἴσον τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς σφαίρας.

Ἔςι δὲ τοῦτο φανερὸν, δεδειγμένον ἐκ τῶν προειρημένων θεωρημάτων. Τὸ γὰρ τετραπλάσιον τοῦ μεγίςου κύκλου τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ, ἐπίπεδόν τι χωρίον ἐςὶ, καὶ ἴσον τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς σφαίρας.

PROP. II. Prob.

Alterum hoc erat: dato cono, vel cylindro, ſphæram invenire cono, vel cylindro æqualem.

Sit datus conus, vel cylindrus A, et ipſi A æqualis ſphæra B: et ponatur coni, vel cylindri A ſeſquialter cylindrus ΓΖΔ; ſphæræ autem B ſeſquialter cylindrus, cujus baſis circulus, qui circa diametrum ΗΘ deſcribitur, axis vero ΚΛ ſphæræ B diametro æqualis. Æqualis eſt igitur cylindrus E cylindro K. Æqualium autem cylindrorum baſes et altitudines reciprocantur. Ut igitur circulus E ad circulum K, hoc eſt, ut quadratum, quod a ΓΔ deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab ΗΘ: ita ſe habet ΚΛ ad EZ. Æqualis eſt autem ΚΛ ipſi ΗΘ. Qui enim cylindrus ſeſquialter eſt ſphæræ diametro æqualem; circulusque K maximus eſt omnium, qui ſunt in ſphæra. Ut igitur quadratum, quod a ΓΔ deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab ΗΘ, ita ſe habet ΗΘ ad EZ. Sit modo quadrato quod deſcribitur ab ΗΘ æquale ſpatium, quod continetur ſub ΓΔ, MN. Ut igitur ΓΔ ad MN, ita ſe habet quadratum, quod a ΓΔ deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab ΗΘ; hoc eſt ΗΘ ad EZ. Et permutando, ut ΓΔ ad ΗΘ, ita ſe habet ΗΘ ad MN, et MN ad EZ. Utraque autem ΓΔ, EZ data eſt. Datæ ſunt igitur inter datas duas rectas ΓΔ, EZ proportionales mediæ ΗΘ, MN. Utraque igitur ΗΘ, MN eſt data.



Componetur autem problema hoc pacto. Sit datus conus, vel cylindrus A. Oportet autem cono vel cylindro A æqualem ſphæram invenire.

ΠΡΟΤ. β'.

Τὸ δεύτερον ἦν· κώνου δοθέντος, ἢ κυλίνδρου, σφαῖραν εὑρεῖν τῷ κώνῳ ἢ τῷ κυλίνδρῳ ἴσην.

Ἔςω ὁ διδόμενος κῶνος ἢ κύλινδρος ὁ Α, καὶ τῷ Α ἴση ἡ Β σφαῖρα· καὶ κείσθω τοῦ Α κώνου ἢ κυλίνδρου ἡμιόλιος κύλινδρος ὁ ΓΖΔ, τῆς δὲ Β σφαίρας ἡμιόλιος κύλινδρος, [d] οὗ βάσις ὁ περὶ διάμετρον τὴν ΗΘ κύκλος, ἄξων δὲ ὁ ΚΛ ἴσος τῇ διαμέτρῳ τῆς Β σφαίρας. Ἴσος ἄρα ἐςὶν ὁ Ε κύλινδρος τῷ Κ κυλίνδρῳ. Τῶν δὲ ἴσων κυλίνδρων ἀντιπεπόνθασιν αἱ βάσεις ταῖς ὕψεσιν. Ὡς ἄρα ὁ Ε κύκλος πρὸς τὸν Κ κύκλον, τουτέςιν ὡς τὸ ἀπὸ τῆς ΓΔ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΗΘ, οὕτως ἡ ΚΛ πρὸς ΕΖ. Ἴση δὲ ἡ ΚΛ τῇ ΗΘ. Ὁ γὰρ ἡμιόλιος κύλινδρος τῆς σφαίρας ἴσον ἔχει τὸν ἄξονα τῇ διαμέτρῳ τῆς σφαίρας, καὶ ὁ Κ κύκλος μέγιςός ἐςι τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ. Ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ ΓΔ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΘ, [e] οὕτως ἡ ΗΘ πρὸς τὴν ΕΖ. Ἔςω τῷ ἀπὸ ΗΘ ἴσον τὸ ὑπὸ ΓΔ, ΜΝ. Ὡς ἄρα ἡ ΓΔ πρὸς ΜΝ, οὕτως τὸ ἀπὸ ΓΔ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΘ, τουτέςι ἡ ΗΘ πρὸς ΕΖ. Καὶ ἐναλλὰξ, ὡς ἡ ΓΔ πρὸς τὴν ΗΘ, [f] οὕτως ἡ ΗΘ πρὸς τὴν ΜΝ, καὶ ἡ ΜΝ πρὸς ΕΖ. Καί ἐςι δοθεῖσα ἑκατέρα τῶν ΓΔ, ΕΖ. Δύο ἄρα δοθεισῶν εὐθειῶν τῶν ΓΔ, ΕΖ, δύο μέσαι ἀνάλογον εἰσὶν αἱ ΗΘ, ΜΝ. Δοθεῖσα ἄρα ἑκατέρα [g] τῶν ΗΘ, ΜΝ.

Συντεθήσεται δὴ τὸ πρόβλημα οὕτως. Ἔςω δὴ ὁ δοθεὶς κῶνος, ἢ κύλινδρος ὁ Α. Δεῖ δὲ τῷ Α κώνῳ ἢ κυλίνδρῳ ἴσην σφαῖραν εὑρεῖν.

[d] ὧν [e] ἢ [f] ἢ [g] τῶν τῆς ΗΘ

Ἔςω τῷ Α κώνῳ, ἢ κυλίνδρῳ, ἡμιόλιος κύλινδρος, [h] οὗ βάσις ὁ περὶ διάμετρον τὴν ΓΔ κύκλος, ἄξων δὲ ὁ ΕΖ. Καὶ εἰλήφθω τῶν ΓΔ, ΕΖ δύο μέσαι ἀνάλογον, αἱ ΗΘ, ΜΝ· ὥστε εἶναι ὡς τὴν ΓΔ πρὸς τὴν ΗΘ, οὕτω τὴν ΗΘ πρὸς τὴν ΜΝ, καὶ τὴν ΜΝ πρὸς τὴν ΕΖ· καὶ νοείσθω κύλινδρος, [h] οὗ βάσις ὁ περὶ διάμετρον τὴν ΗΘ κύκλος, ἄξων δὲ ὁ ΚΛ ἴσος τῇ ΗΘ διαμέτρῳ. Λέγω δὴ ὅτι ἴσος ἐςὶν ὁ Ε κύλινδρος τῷ Κ κυλίνδρῳ.

Καὶ ἐπεί ἐςιν ὡς ἡ ΓΔ πρὸς ΗΘ, ἡ ΜΝ πρὸς ΕΖ· καὶ ἐναλλὰξ, καὶ ἴση ἡ ΗΘ τῇ ΚΛ. Ὡς ἄρα ἡ ΓΔ πρὸς ΜΝ, τουτέςιν ὡς τὸ ἀπὸ τῆς ΓΔ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΘ, οὕτως ὁ Ε κύκλος πρὸς τὸν Κ κύκλον· ὡς ἄρα ὁ Ε κύκλος πρὸς τὸν Κ κύκλον, οὕτως ἡ ΚΛ πρὸς τὴν ΕΖ. Τῶν ἄρα Ε, Κ κυλίνδρων ἀντιπεπόνθασιν αἱ βάσεις τοῖς ὕψεσιν. Ἴσος ἄρα ὁ Ε κύλινδρος τῷ Κ κυλίνδρῳ. Ὁ δὲ Κ κύλινδρος τῆς σφαίρας, ἧς διάμετρος ἡ ΗΘ ἡμιόλιός ἐςι. Καὶ ἡ σφαῖρα ἄρα ἧς ἡ διάμετρος ἴση ἐςὶ τῇ ΗΘ, τουτέςιν ἡ Β, ἴση ἐςὶ τῷ Α κώνῳ ἢ κυλίνδρῳ.

Sit coni vel cylindri A ſeſquialter cylindrus, cujus baſis circulus, qui circa diametrum ΓΔ, deſcribitur, et axis EZ. Sumanturque inter ΓΔ, EZ duæ proportionales mediæ ΗΘ, ΜΝ; ita ut quemadmodum ΓΔ ad ΗΘ, ita ſe habeat ΗΘ ad ΜΝ, et ΜΝ ad EZ: atque intelligatur cylindrus, cujus baſis circulus, qui circa diametrum ΗΘ deſcribitur, et axis ΚΛ diametro ΗΘ æqualis. Dico cylindrum E cylindro K æqualem eſſe.

Quoniam enim ut ΓΔ ad ΗΘ, ita ſe habet ΜΝ ad EZ; itemque permutando, æqualiſque eſt ΗΘ ipſi ΚΛ. Ideo ut ΓΔ ad ΜΝ, hoc eſt ut quadratum, quod a ΓΔ deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab ΗΘ, ita ſe habet circulus E ad circulum K; et ut circulus E ad circulum K, ita ΚΛ ad EZ. Cylindrorum igitur E, K baſes et altitudines reciprocantur. Æqualis eſt igitur cylindrus E cylindro K. Cylindrus autem K ſphæræ, cujus diameter ΗΘ, eſt ſeſquialter. Igitur etiam ſphæra, cujus diameter ipſi ΗΘ eſt æqualis, hoc eſt ſphæra B, æqualis eſt cono, vel cylindro A.

EUTOCIUS.


Σαφῶς ἡμῖν τῶν ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ θεωρημάτων γεγραμμένων, ἀκόλουθον ἂν εἴη κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐν τοῖς δευτέροις θεωρήμασι σπουδάσαι. Φησὶ δὲ πρῶτον ἐν τῷ β' θεωρήματι· εἰλήφθω τοῦ δοθέντος κώνου, ἢ κυλίνδρου ἡμιόλιος κύλινδρος. Τοῦτο δὲ διχῶς δυνατόν ἐστιν [i] εἰπεῖν, ἤτοι τῆς βάσεως τῆς αὐτῆς σωζομένης ἐν ἀμφοτέροις, ἢ τοῦ ὕψους. Καὶ ἵνα σαφέστερον γένηται τὸ λεγόμενον, νοείσθω κῶνος, ἢ κύλινδρος, οὗ βάσις μὲν ὁ Α κύκλος, ὕψος δὲ ὁ ΑΓ. Καὶ δέον ἔςω αὐτοῦ κώνου ἢ κυλίνδρου ἡμιόλιον κύλινδρον εὑρεῖν. Ὑποκείσθω δὲ πρότερον ὁ ΑΓ κύλινδρος, καὶ προσεκβεβλήσθω τὸ ΑΓ ὕψος τοῦ κυλίνδρου, καὶ κείσθω τῆς ΑΓ ἡμίσεια ἡ ΓΔ. Ἡ ἄρα ΑΔ ἡμιολία ἐςὶ τῆς ΑΓ. Ἐὰν δὲ νοήσωμεν κύλινδρον, βάσιν μὲν ἔχοντα τὸν Α κύκλον, ὕψος δὲ τὴν ΑΔ εὐθεῖαν, ἡμιόλιος [k] ἔςαι τοῦ προτεθέντος τοῦ ΑΓ. Οἱ γὰρ ἐπὶ τῆς αὐτῆς βάσεως ὄντες κῶνοι καὶ κύλινδροι, πρὸς ἀλλήλους εἰσὶν, ὡς τὰ ὕψη. Εἰ δὲ κῶνος εἴη ὁ ΑΓ, τεμόντες τὴν ΑΓ δίχα, ὡς κατὰ τὸ Ε, ἐὰν πάλιν νοήσωμεν κύλινδρον βάσιν μὲν ἔχοντα τὸν Α κύκλον, ὕψος δὲ τὴν ΑΕ, ἔςαι ἡμιόλιος τοῦ ΑΓ. Ὁ γὰρ κύλινδρος ὁ βάσιν ἔχων τὸν Α κύκλον, ὕψος δὲ τὴν ΑΓ εὐθεῖαν, τοῦ μὲν ΑΓ κώνου τριπλάσιός ἐςι, τοῦ δὲ ΑΕ κυλίνδρου διπλάσιος. Ὥςε δῆλον, ὅτι καὶ ὁ ΑΕ κύλινδρος ἡμιόλιός ἐςι τοῦ ΑΓ κώνου. Οὕτως μὲν οὖν, τῆς αὐτῆς βάσεως σωζομένης, ἔν τε τῷ προτεθέντι, καὶ ἐν τῷ λαμβανομένῳ, γενήσεται τὸ πρόβλημα. Ἔςαι δὲ καὶ, τῆς βάσεως διαφόρου τυγχανούσης, τοῦ δὲ ἄξονος τοῦ αὐτοῦ μένοντος, τὸ αὐτὸ ποιεῖν. Ἔςω γὰρ πάλιν κῶνος ἢ κύλινδρος,




Cum, quæ primo in libro ſunt, theoremata ſatis, opinor, perſpicue a nobis ſint explicata, ſequitur, ut ea quoque, quæ ſunt in ſecundo, eadem cura perſequamur. Ac primum quidem hoc in ſecundo theoremate dicit: ſumatur cylindrus dati coni, vel cylindri ſeſquialter. Hoc autem poteſt duobus dici modis; nimirum ſervata in utroque eadem vel baſe, vel altitudine. Quod ut clarius fiat, intelligatur conus, aut cylindrus, cujus quidem baſis ſit circulus A, altitudo vero AΓ. Oporteat autem cylindrum invenire coni, aut cylindri hujus ſeſquialterum. Ponatur primo AΓ cylindrus eſſe; productaque ejus altitudine AΓ, abſcindatur ΓΔ ipſius AΓ dimidia. Eſt igitur AΔ ſeſquialtera ipſius AΓ. Itaque ſi intelligatur cylindrus baſim quidem habens circulum A, altitudinem vero rectam AΔ, ſeſquialter erit propoſiti cylindri AΓ. Qui enim coni, et cylindri ſuper eadem baſe conſtituti ſunt, hi ſeſe habent invicem ut altitudines. Quod ſi AΓ conus fuerit, ſecta AΓ in duas æquas partes in puncto E, ſi rurſus intelligatur cylindrus baſim quidem habens circulum A, altitudinem vero AE, hic erit coni AΓ ſeſquialter. Cylindrus enim baſim quidem habens circulum A, altitudinem vero rectam AΓ, coni quidem AΓ eſt triplus, cylindri vero AE duplus. Quare conſtat cylindrum AE ſeſquialterum eſſe coni AΓ. Atque ita quidem, eadem in utroque cum propoſito tum ſumpto baſe ſervata, problema conficietur. Quinetiam ſi baſis diverſa, et altitudo eadem fuerit, hoc ipſum fiet. Sit enim rurſus conus, aut cylindrus, cujus quidem baſis circulus

[h] ὧν [i] ποιεῖν [k] ἔςω

Z H, altitudo vero recta Θ K: oporteat autem cylindrum invenire, coni aut cylindri hujus ſeſquialterum, cujus altitudo ſit ipſi Θ K æqualis. Deſcribatur a circuli diametro Z H quadratum Z Λ; productaque Z H, abſcindatur ejus dimidia H M; compleaturque parallelogrammum Z N. Seſquialterum igitur eſt cum Z N ipſius Z Λ, tum M Z ipſius Z H. Conſtituatur modo quadratum Ξ Π parallelogrammo Z N æquale; deſcribaturque circa unum ejuſdem latus Ξ O, velut diametrum, circulus. Erit utique circulus Ξ O circuli Z H ſeſquialter. Circuli enim ſeſe habent invicem ut quadrata, quæ a diametris deſcribuntur. Itaque ſi rurſus intelligatur cylindrus baſim quidem habens circulum Ξ O, altitudinem vero ipſi Θ K æqualem; ſeſquialter erit cylindri, cujus quidem baſis circulus Z H, altitudo vero recta Θ K. Quod ſi conus fuerit, iiſdem pariter confectis, conſtitutoque quadrato tertiæ parti parallelogrammi Z N æquali, cujuſmodi eſt Ξ Π, circuloque circa ejuſdem latus Ξ O deſcripto; ſi intelligatur cylindrus ab hoc circulo excitatus eſſe altitudinem habens Θ K, hic erit propoſiti coni ſeſquialter. Quoniam enim parallelogrammum Z N quadrati quidem Ξ Π eſt triplum, quadrati vero Z Λ ſeſquialterum; erit utique idem Z Λ ipſius Ξ Π duplum. Propterea et circulus circuli, et cylindrus cylindri duplus erit. At vero cylindrus baſim quidem habens circulum Z H, altitudinem vero Θ K, triplus eſt coni circa eamdem baſim, et altitudinem deſcripti. Quare et cylindrus baſim quidem habens circulum Ξ O, altitudinem vero ipſi Θ K æqualem, ſeſquialter eſt coni propoſiti. Jam ſi oportuerit neque altitudinem, neque baſim eamdem eſſe, problema duobus pariter modis conficietur. Qui enim quæritur cylindrus, habuerit utique aut baſim, aut altitudinem datæ cuidam æqualem. Ac quæ data eſt, ſit primum baſis, puta circulus Ξ O. Oporteat autem cylindrum invenire, quem a baſe Ξ O excites, dati coni, aut cylindri ſeſquialterum. Sumatur eo, quo ſupra diximus, modo cylindrus Φ T dati coni, aut cylindri ſeſquialter, eamdemque atque propoſitus baſim habens: et fiat, ut quadratum quod a Ξ O deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a T T, ita cylindri Φ T altitudo ad P Σ. Igitur cylindrus, qui a baſe Ξ O excitatur, altitudinem habens P Σ cylindro Φ T æqualis eſt: reciprocantur enim inter ſe













ᾗ βάσις ὁ Z H κύκλος, ὕψος δὲ ἡ Θ K εὐθεῖα, ᾧ δεῖ ἴσον ἡμιόλιον [l] κύλινδρον εὑρεῖν, [m] ὕψος ἔχοντα ἴσον τῇ Θ K. Ἀναγεγράφθω ἀπὸ τῆς Z H διαμέτρου τοῦ κύκλου τετράγωνον τὸ Z Λ; καὶ προσεκβεβλήσθω τῆς Z H, [n] αὐτῆς ἡμίσεια ἡ H M· καὶ συμπεπληρώσθω τὸ Z N παραλληλόγραμμον. Τὸ ἄρα Z N ἡμιόλιόν ἐστι τοῦ Z Λ, καὶ ἡ M Z [o] τῆς Z H. Συνεστάτω δὲ τῷ Z N παραλληλογράμμῳ ἴσον τετράγωνον τὸ Ξ Π· καὶ περὶ διάμετρον μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ ὁ Ξ O κύκλος περιγεγράφθω. [p] Ἔσται δὴ ὁ Ξ O ἡμιόλιος τοῦ Z H. Οἱ γὰρ κύκλοι πρὸς ἀλλήλους εἰσὶν, ὡς τὰ ἀπὸ τῶν διαμέτρων τετράγωνα. Καὶ ἐὰν πάλιν νοηθῇ κύλινδρος βάσιν μὲν ἔχων τὸν Ξ O κύκλον, ὕψος δὲ ἴσον τῇ Θ K, [q] ἔσται ἡμιόλιος τοῦ κυλίνδρου [r] ὃ βάσις μὲν ὁ Z H κύκλος, ὕψος δὲ ἡ Θ K. Εἰ δὲ κῶνος εἴη, ὁμοίως τὰ πάντα ποιήσαντες, καὶ τῷ τρίτῳ μέρει τοῦ Z N παραλληλογράμμου ἴσον συστησάμενοι τετράγωνον, ὡς τὸ Ξ Π· καὶ περὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ Ξ O κύκλον γράψαντες, ἐὰν νοήσωμεν ἀπ' αὐτοῦ κύλινδρον ὕψος ἔχοντα τὴν Θ K· ἕξομεν αὐτὸν ἡμιόλιον τοῦ προτεθέντος κώνου. Ἐπεὶ γὰρ τὸ Z N παραλληλόγραμμον τοῦ Ξ Π τετραγώνου τριπλάσιον, τοῦ δὲ Z Λ ἡμιόλιον· τὸ Z Λ τοῦ Ξ Π [s] ἔσται διπλάσιον. Καὶ διὰ τοῦτο [t] καὶ ὁ κύκλος τοῦ κύκλου διπλάσιος, καὶ ὁ κύλινδρος τοῦ κυλίνδρου. Ἀλλ' ὁ κύλινδρος ὁ βάσιν ἔχων τὸν Z H κύκλον, ὕψος δὲ τὴν Θ K, τριπλάσιός ἐστι τοῦ, περὶ τὴν αὐτὴν βάσιν καὶ ὕψος τὸ αὐτὸ κώνου. Ὥστε καὶ ὁ κύλινδρος ὁ βάσιν ἔχων τὸν Ξ O κύκλον, ὕψος δὲ ἴσον τῇ Θ K, ἡμιόλιός ἐστι τοῦ προκειμένου κώνου. Εἰ [t] ἢ δέοι μήτε τὸν ἄξονα τὸν αὐτὸν εἶναι, μήτε τὴν βάσιν, γίνεται τὸ πρόβλημα πάλιν διχῶς. Ἢ γὰρ τὴν βάσιν ἕξει ἴσην τῇ δοθείσῃ, ἢ τὸν ἄξονα ὁ ποριζόμενος κύλινδρος. Ἔστω γὰρ πρότερον ἡ βάσις δεδομένη, ὡς ὁ Ξ O κύκλος. Καὶ δέον ἔστω κύλινδρον εὑρεῖν ἡμιόλιον τοῦ δοθέντος κώνου, ἢ κυλίνδρου, ἀπὸ βάσεως τῆς Ξ O. Εἰλήφθω, ὡς προείρηται, τοῦ δοθέντος κώνου, ἢ κυλίνδρου ἡμιόλιος κύλινδρος, βάσιν ἔχων τὴν αὐτὴν τῷ προτεθέντι ὁ Φ T· καὶ γεγονέτω ὡς τὸ ἀπὸ τῆς Ξ O, πρὸς τὸ [u] ἀπὸ T T, οὕτως τὸ ὕψος τοῦ Φ T πρὸς [w] τὴν P Σ. Ἔσται ἄρα ὁ κύλινδρος ὁ ἀπὸ τῆς Ξ O βάσεως, ὕψος ἔχων τὴν P Σ, ἴσος τῷ Φ T· ἀντιπεπόνθασι γὰρ αἱ βάσεις [x] τοῖς ὕψεσι· καὶ γένοιτ' ἂν εἴη τὸ ἐπι-

[l] In MS. κύλινδρον deest. [m] κείσθω αὐτῆς ἡμίσεια ἡ H M· καὶ συμπεπληρώσθω τὸ Z N in MS. deſunt. [n] τῆς Z H [o] ἔστω [p] ἴσω [q] οὕτω [r] ἔστω [s] In MS. καὶ deeſt. [t] δὲ ex MS. [u] ἀπὸ τοῦ T T [w] τὴν P O ἴσω [x] ταῖς

ταγμα. Εἰ δὲ μὴ ἡ βάσις ᾖ δεδομένη, ἀλλὰ ὁ ἄξων, τῷ αὐτῷ λόγῳ ποιηθέντος τοῦ Φ Υ, γενήσεται τὰ τῆς προτάσεως.

invicem bases, et altitudines; confectumque eſt quod propoſitum fuit. Sin autem quæ data eſt, non baſis ſed altitudo fuerit; quæſito eadem ratione cylindro Φ Υ, quod propoſitum eſt conficietur.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΣΥΝΘΕΣΙΝ ΤΟΥ β΄.

Τούτου ληφθέντος, ἐπεὶ δι' ἀναλύσεως αὐτοῦ προέβη τὰ τοῦ προβλήματος, λήξασαν τὴν ἀνάλυσιν εἰς τὸ δεῖν δύο δοθεισῶν δύο μέσας ἀνάλογον προσευρεῖν ἐν συνεχεῖ ἀναλογίᾳ, φησὶν ἐν τῇ συνθέσει, εὑρήσθωσαν. Τὴν δὲ εὕρεσιν τούτων, ὑπ' αὐτοῦ μὲν γεγραμμένην οὐδὲ ὅλως εὑρίσκομεν. Πολλῶν δὲ κλεινῶν ἀνδρῶν γραφαῖς [y] ἐντυχήκαμεν, τὸ πρόβλημα τοῦτο ἐπαγγελλομέναις, ὧν τὴν Εὐδόξου τοῦ Κνιδίου παρῃτησάμεθα [z] γράφειν. Ἐπειδή φησι μὲν ἐν προοιμίοις διὰ καμπύλων γραμμῶν αὐτὴν ηὑρηκέναι, ἐν δὲ τῇ ἀποδείξει πρὸς τῷ μὴ κεχρῆσθαι καμπύλαις γραμμαῖς· ἀλλὰ καὶ διῃρημένην ἀναλογίαν [a] εὑρὼν, ὡς συνεχεῖ χρῆται· ὅπερ ἦν ἄτοπον ὑπονοεῖν. Τί λέγω περὶ Εὐδόξου, ἀλλ' οὐδὲ τῶν καὶ μετρίως περὶ γεωμετρίαν ἀναστρεφομένων; Ἵνα δὲ ἡ τῶν εἰς ἡμᾶς ἐληλυθότων ἀνδρῶν ἔννοια ἐμφανὴς γένηται, ὁ ἑκάστου τῆς εὑρέσεως τρόπος καὶ ἐνταῦθα γραφήσεται.

IN SECUNDI THEOREMATIS COMPOSITIONEM.


Sumpto eo, ex cujus reſolutione, quæ ad problema pertinent, fluxerunt; cum reſolutio ipſa eo demum exierit, ut inter datas duas rectas duæ proportionales mediæ proportione continua inveniendæ ſint; illud in compoſitione dicit, inveniantur. Quo autem pacto eaſdem ipſe invenerit, compertum plane mihi non eſt. Cum autem in multorum illuſtrium virorum ſcripta inciderim, in quibus plures problematis hujus conficiendi rationes traduntur, unam Eudoxi Gnidii rejeci. Quippe quum in Proœmiis per curvas lineas illam ſe inveniſſe dicat, nullas in demonſtratione curvas lineas adhibet; diſcretaque, quam inſtituit, proportione tamquam continua utitur; quod abſurdum utique erat cogitaſſe. Quid de Eudoxo dico, cum de illis quoque dici poſſit, qui mediocriter in Geometria verſati ſunt? Ut autem eorum intelligentia, quorum ſcripta ad nos pervenerunt, cognoſcatur, qua quiſque ratione Problema illud confecerit, deinceps ſcribetur.


ΩΣ ΠΛΑΤΩΝ.

Δύο δοθεισῶν εὐθειῶν, δύο μέσας ἀνάλογον εὑρεῖν ἐν συνεχεῖ ἀναλογίᾳ. Ἔστωσαν αἱ δοθεῖσαι δύο εὐθεῖαι αἱ Α Β, Β Γ, πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλαις, ὧν δεῖ δύο μέσας ἀνάλογον εὑρεῖν. Ἐκβεβλήσθωσαν ἐπ' εὐθείας ἐπὶ τὰ Δ, Ε. Καὶ κατεσκευάσθω ὀρθὴ γωνία ἡ ὑπὸ Ζ Η Θ· καὶ ἐν ἑνὶ σκέλει, οἷον τῷ Ζ Η, κινείσθω κανὼν ὁ Κ Λ ἐν σωλῆνί τινι ὄντι ἐν τῷ Ζ Η οὕτως, ὥστε παράλληλον αὐτὸν διαμένειν τῷ Η Θ. [b] Ἔσται δὲ τοῦτο, ἐὰν καὶ ἕτερον κανόνιον νοηθῇ συμφυὲς τῷ Θ Η, παράλληλον δὲ τῷ Ζ Η, ὡς τὸ Θ Μ. Σωληνισθεισῶν [c] γὰρ τῶν ἄνωθεν ἐπιφανειῶν τῶν Ζ Η, Θ Μ σωλῆσι πελεκινοειδέσι, καὶ τύλων συμφυῶν γενομένων τῷ Κ Λ εἰς τοὺς εἰρημένους σωλῆνας, [d] ἔσται ἡ κίνησις τοῦ Κ Λ παράλληλος ἀεὶ τῷ Η Θ. Τούτων οὖν κατεσκευασμένων, κείσθω τὸ ἓν σκέλος τῆς γωνίας Ζ Η Θ τυχὸν τὸ Η Θ, ψαῦον τοῦ Γ· καὶ μεταφερέσθω ἥτε γωνία, καὶ ὁ Κ Λ κανὼν, ἐπὶ τοσοῦτον, ἄχρις ἂν [e] ᾖ τὸ μὲν Η σημεῖον ἐπὶ τῆς Β Ε εὐθείας ᾖ, τοῦ Η Θ σκέλους ψαύοντος τοῦ Γ· ὁ δὲ Κ Λ κανὼν κατὰ μὲν τὸ Κ [f] ψαύῃ τῆς Β Δ εὐθείας, κατὰ δὲ τὸ λοιπὸν μέρος τοῦ Α. Ὥστε εἶναι, ὡς ἔχει ἐπὶ τῆς καταγραφῆς, τὴν μὲν ὀρθὴν γωνίαν θέσιν ἔχουσαν, ὡς τὴν ὑπὸ Γ Ε Δ· τὸν δὲ Κ Λ κανόνα θέσιν ἔχειν, οἵαν ἔχει ἡ Δ Α. Τούτων γὰρ [g] γενομένων ἔσται τὸ προκείμενον. Ὀρθῶν γὰρ οὐσῶν τῶν πρὸς [h] τοῖς Δ, Ε, ἐστὶν ὡς ἡ Γ Β πρὸς Β Ε, ἡ Ε Β πρὸς Β Δ, καὶ ἡ Δ Β πρὸς Β Α.

QUA PLATO.

Datis duabus rectis, duas proportionales medias proportione continua invenire. Sint datæ duæ rectæ, A B, B Γ ad angulos inter ſe invicem rectos, quas inter duas proportionales medias invenire oporteat. Producantur in directum ad puncta Δ, E. Conſtruatur autem rectus angulus Z H Θ: cujus in uno crure, puta Z H, per ſtrigem aliquam, quæ ducta in ipſo ſit, regula K Λ ita moveatur, ut cruri alteri H Θ parallela maneat. Hoc vero fiet, ſi ipſi Θ H intelligatur regula alia inſerta eſſe cruri Z H parallela, cujuſmodi eſt Θ M. Cum enim ſtriatæ deſuper ſint ſuperficies Z H, Θ M ſtrigibus ſecuriclatis; compactis utique in regulam K Λ ligneis clavis, iiſdemque in eas, quas diximus, ſtriges inſertis; K Λ ipſi H Θ parallela continuo movebitur. His ita confectis, admoveatur utrumlibet crus anguli Z H Θ, H Θ ad punctum Γ: et tum angulus, tum regula K Λ uſque eo transferatur; donec, crure H Θ per punctum Γ tranſeunte, punctum quidem H ſuper rectam B E cadat; regula vero K Λ ab una parte, puncto ipſius K, rectam B Δ, et ab altera rectam Δ A contingat. Nimirum figuræ hujus ſpecies exhibeatur: ita ut rectus quidem angulus eodem, quo Γ E Δ, ſitu jaceat; regula vero K Λ eodem, quo recta Δ A. Hæc enim ſi ita fiant, quod propoſitum eſt conficietur. Nam anguli, qui ad puncta ſunt Δ, E cum ſint recti; ut Γ B ad B E, ita ſe habuerit tum E B ad Δ B, tum B Δ ad B A.





[y] ἐντετυχήκαμεν [z] γραφὴν [a] εὑρεῖν [b] ἔςω [c] εὐθειῶν [d] ἔςαι [e] In MS. ἡ deest. [f] ψαύει [g] γενομένων ἔςω [h] τοῖς Δ Ε

QUA HERO


In Mechanicis inſtitutionibus, librisque de telis fabricandis.

Sint datæ duæ rectæ A B, B Γ, quas inter duas proportionales medias invenire oporteat. Ponantur ita inter ſe invicem, ut rectum, qui ad punctum B eſt, angulum comprehendant: et compleatur parallelogrammum; junganturque A Γ, B Δ. Manifeſtum igitur eſt eaſdem, rectæ cum ſint, in duas æquas partes ſeſe invicem ſecare. Qui enim circulus circa earum alteram deſcribitur, hic per alterius quoque extrema tranſibit; eo quod parallelogrammum rectangulum eſt. Producantur ΔΓ, Δ A ad puncta Z, H: atque intelligatur regula Z B H circa clavum aliquem ligneum moveri puncto B infixum. Moveatur autem uſque eo circa hunc clavum, donec æquales abſciderit rectas, quæ a puncto E ducuntur; hoc eſt E H, E Z. Intelligatur vero eas abſcidiſſe ubi primum ad ſitum pervenerit Z B H; atque ſint, ut dictum eſt, E H, E Z. Ducatur modo a puncto E ad Γ Δ normalis E Θ. Secat utique ipſam Γ Δ in duas æquas partes. Quoniam igitur Γ Δ in duas æquas partes in puncto Θ ſecatur, eidemque apponitur Γ Z; ſpatium quod ſub Δ Z Γ continetur, una cum quadrato, quod a Γ Θ deſcribitur, quadrato æquale eſt, quod deſcribitur a Θ Z. Commune addatur quadratum, quod deſcribitur ab E Θ. Quod igitur ſpatium ſub Δ Z Γ continetur, una cum quadratis, quæ a Γ Θ, Θ E deſcribuntur, id æquale eſt quadratis, quæ deſcribuntur a Z Θ, Θ E. Æquale autem eſt quadratis quidem, quæ a Γ Θ, Θ E deſcribuntur, quadratum, quod a Γ E deſcribitur; quadratis vero, quæ deſcribuntur a Z Θ, Θ E, quadratum, quod deſcribitur ab E Z. Quod igitur ſpatium ſub Δ Z Γ continetur, una cum quadrato, quod a Γ E deſcribitur, id æquale eſt quadrato, quod deſcribitur ab E Z. Eadem ratione demonſtrabitur, etiam ſpatium, quod ſub Δ H A continetur, una cum quadrato, quod ab A E deſcribitur, æquale eſſe quadrato, quod deſcribitur ab E H. Æqualis eſt autem tum A E ipſi E Γ, tum H E ipſi E Z. Igitur etiam ſpatium, quod ſub Δ Z Γ continetur, ſpatio æquale eſt, quod continetur ſub Δ H A. At vero ſi ſpatium, quod ſub extremis continetur, ſpatio æquale ſit, quod continetur ſub mediis, quatuor hæ rectæ proportionales invicem ſunt. Igitur, ut Z Δ ad Δ H, ita ſe habet A H ad Γ Z. Ut autem Z Δ ad Δ H, ita ſe habet tum Z Γ ad Γ B, tum B A ad A H. Ductæ enim ſunt in triangulo Z Δ H parallelæ alteri quidem lateri Δ H, Γ B; alteri vero Δ Z, A B. Ut igitur B A ad A H, ita ſe habet A H ad Γ Z, et Γ Z ad Γ B. Proportionales igitur mediæ inter A B, B Γ ſunt A H, Z Γ: quæ invenîendæ proponebantur.

ΩΣ ΗΡΩΝ

Ἐν Μηχανικαῖς εἰσαγωγαῖς, καὶ ἐν τοῖς Βελοποιϊκοῖς.

Ἔστωσαν αἱ δοθεῖσαι δύο εὐθεῖαι αἱ Α Β, Β Γ, ὧν δεῖ δύο μέσας ἀνάλογον εὑρεῖν. Κείσθωσαν ὥστε ὀρθὴν γωνίαν περιέχειν τὴν πρὸς τῷ Β, καὶ συμπεπληρώσθω τὸ Β Δ παραλληλόγραμμον, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ Α Γ, Β Δ. Φανερὸν δὴ, ὅτι ἴσαι εἰσὶ δίχα τέμνουσιν ἀλλήλας. Ὁ γὰρ περὶ μίαν αὐτῶν γραφόμενος κύκλος ἥξει καὶ διὰ τῶν περάτων τῆς ἑτέρας, διὰ τὸ ὀρθογώνιον εἶναι τὸ παραλληλόγραμμον. Ἐκβεβλήσθωσαν αἱ Δ Γ, Δ Α ἐπὶ τὰ Ζ, Η, καὶ νοείσθω κανόνιον ὡς τὸ Ζ Β Η, κινούμενον περί τινα τύλον μένοντα πρὸς τῷ Β. Καὶ κινείσθω ἕως ἀποτέμνει ἴσας τὰς ἀπὸ τοῦ Ε, τουτέστι τὰς Ε Η, Ε Ζ. Καὶ νοείσθω ἀποτεμὸν, καὶ θέσιν ἔχον τὴν Ζ Β Η, [i] ἴσων, ὡς εἴρηται, γινομένων τῶν Ε Η, Ε Ζ. Ἤχθω δὲ ἀπὸ τοῦ Ε ἐπὶ τὴν Γ Δ κάθετος ἡ Ε Θ. Δίχα δὲ τέμνει, [k] δῆλον ὅτι τὴν Γ Δ. Ἐπεὶ οὖν δίχα τέμνεται ἡ Γ Δ κατὰ τὸ Θ, καὶ πρόσκειται ἡ Γ Ζ, τὸ ὑπὸ Δ Ζ Γ μετὰ τοῦ ἀπὸ Γ Θ, ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ Θ Ζ. Κοινὸν προσκείσθω τὸ ἀπὸ Ε Θ. Τὸ ἄρα ὑπὸ Δ Ζ Γ μετὰ τῶν ἀπὸ Γ Θ, Θ Ε, ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ Ζ Θ, Θ Ε. Καὶ ἔστι τοῖς μὲν ἀπὸ Γ Θ, Θ Ε, ἴσον τὸ ἀπὸ Γ Ε· τοῖς δὲ ἀπὸ Ζ Θ, Θ Ε, ἴσον τὸ ἀπὸ Ε Ζ. Τὸ ἄρα ὑπὸ Δ Ζ Γ μετὰ τοῦ ἀπὸ Γ Ε, ἴσον τῷ ἀπὸ Ε Ζ. Ὁμοίως δὴ δειχθήσεται, ὅτι καὶ τὸ ὑπὸ Δ Η Α μετὰ τοῦ ἀπὸ Α Ε, [l] ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ Ε Η. Καὶ ἔστιν ἴση ἡ μὲν Α Ε τῇ Ε Γ, ἡ δὲ Η Ε τῇ Ε Ζ. Καὶ τὸ ὑπὸ Δ Ζ Γ ἄρα ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ Δ Η Α. Ἐὰν δὲ τὸ ὑπὸ τῶν ἄκρων ἴσον ᾖ τῷ ὑπὸ τῶν μέσων, αἱ τέσσαρες εὐθεῖαι ἀνάλογόν εἰσι. Ἔστιν ἄρα ὡς Ζ Δ πρὸς Δ Η, οὕτως ἡ Α Η πρὸς Γ Ζ· Ἀλλ' ὡς ἡ Ζ Δ πρὸς Δ Η, οὕτως ἡ Ζ Γ πρὸς Γ Β, καὶ ἡ Β Α πρὸς Α Η. Τριγώνου γὰρ τοῦ Ζ Δ Η παρὰ μίαν μὲν τὴν Δ Η, ἦκται ἡ Γ Β, παρὰ δὲ τὴν Δ Ζ ἡ Α Β. Ὡς ἄρα ἡ Β Α πρὸς Α Η, οὕτως ἡ Α Η πρὸς Γ Ζ, καὶ ἡ Γ Ζ πρὸς Γ Β. Τῶν ἄρα Α Β, Β Γ μέσαι ἀνάλογόν εἰσιν αἱ Α Η, Γ Ζ· ὅπερ ἔδει εὑρεῖν.



QUA PHILO BYZANTINUS.

Sint datæ duæ rectæ A B, B Γ, quas inter duas proportionales medias invenire oporteat. Ponantur ita inter ſe invicem, ut rectum, qui ad punctum B eſt, angulum comprehendant: et juncta A Γ, deſcribatur circa ipſam ſemicirculus A B E Γ: ducanturque A Δ, et Γ Z, altera quidem ad B A, altera vero ad Γ B, utraque ad angulos rectos. Admoveatur autem ad punctum B regula rectas abſcindens A Δ, Γ Z: eademque moveatur uſque eo circa id punctum, donec quæ recta a puncto B ad Δ du-

ΩΣ ΦΙΛΩΝ Ο ΒΥΖΑΝΤΙΟΣ.

Ἔστωσαν αἱ δοθεῖσαι δύο εὐθεῖαι αἱ Α Β, Β Γ, ὧν δεῖ δύο μέσας ἀνάλογον εὑρεῖν. Κείσθωσαν, ὥστε ὀρθὴν γωνίαν περιέχειν τὴν πρὸς τῷ Β· καὶ ἐπιζευχθείσης τῆς Α Γ, γεγράφθω περὶ [m] αὐτὴν ἡμικύκλιον τὸ Α Β Ε Γ· καὶ πρὸς ὀρθὰς ἤχθωσαν, τῇ μὲν Β Α, ἡ Α Δ, τῇ δὲ Β Γ ἡ Γ Ζ. Καὶ παρακείσθω κανὼν κινούμενος πρὸς τῷ Β, τέμνων τὰς Α Δ, Γ Ζ· καὶ κινείσθω περὶ μὲν τὸ Β, ἄχρις ἂν ἡ ἀπὸ τοῦ Β ἐπὶ τὸ Δ

[i] ἴσων [k] δηλονότι [l] ἴσον τὸ [m] αὐτὸν

ἴση γένηται τῇ ἀπὸ τοῦ Ε ἐπὶ τὸ Ζ, τουτέστι τῇ μεταξὺ τῆς τε περιφερείας τοῦ κύκλου καὶ τῆς ΓΖ. Νενοήσθω δὲ ἔχων τὸ κανόνιον θέσιν, ἣν [a] ἔχει ἡ ΔΒΕΖ, ἴσης οὔσης, ὡς εἴρηται, τῆς ΔΒ τῇ ΕΖ. Λέγω ὅτι αἱ ΑΔ, ΓΖ μέσαι ἀνάλογόν εἰσι τῶν ΑΒ, ΒΓ. Νενοήσθωσαν γὰρ ἐκβεβλημέναι αἱ ΔΑ, ΖΓ, καὶ συμπιπτέτωσαν κατὰ τὸ Θ. Φανερὸν δὴ ὅτι παραλλήλων οὐσῶν τῶν ΒΑ, ΖΘ, ἡ πρὸς [b] τῷ Θ γωνία ὀρθή ἐστι· καὶ ὁ ΑΕΓ κύκλος ἀναπληρούμενος ἥξει καὶ διὰ τοῦ Θ. Ἐπεὶ δὲ ἴση ἐστὶν ἡ ΔΒ τῇ ΕΖ, καὶ τὸ ὑπὸ ΕΔΒ ἄρα [c] ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΒΖΕ. Ἀλλὰ τὸ μὲν ὑπὸ ΕΔΒ, ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΘΔΑ· ἑκάτερον γὰρ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ἐφαπτομένης ἀπὸ τοῦ Δ. Τὸ δὲ ὑπὸ ΒΖΕ ἴσον τῷ ὑπὸ ΘΖΓ· ἑκάτερον γὰρ ὁμοίως ἴσον ἐστὶ [d] τῷ ἀπὸ τῆς ἐφαπτομένης ἀπὸ τοῦ Ζ. Ὥστε καὶ τὸ ὑπὸ ΘΔΑ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΘΖΓ· καὶ διὰ τοῦτο ἐστὶν ὡς ἡ ΔΘ πρὸς ΘΖ, οὕτως ἡ ΓΖ πρὸς ΔΑ. Ἀλλ' ὡς ἡ ΘΔ πρὸς ΘΖ, οὕτως ἥ τε ΒΓ πρὸς ΓΖ, καὶ ἡ ΔΑ πρὸς ΑΒ. Τριγώνου γὰρ τοῦ ΔΘΖ, παρὰ μὲν τὴν ΔΘ, ἦκται ἡ ΒΓ, παρὰ δὲ τὴν ΘΖ [e] ἡ ΒΑ. Ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΒΓ πρὸς ΖΓ, ἡ ΓΖ πρὸς ΔΑ καὶ ἡ ΔΑ πρὸς ΑΒ· ὅπερ προέκειτο δεῖξαι.



cipitur rectæ æqualis fiat, quæ ducitur a puncto E ad Z; nempe illi, quæ inter circumferentiam circuli, et ΓZ interjicitur. Itaque intelligatur regula hæc ad ſitum perveniſſe ΔBEZ, ubi primum fuerit ΔB ipſi EZ, ut dictum eſt, æqualis. Dico rectas AΔ, ΓZ medias inter AB, BΓ proportionales eſſe. Intelligantur enim productæ eſſe rectæ ΔA, ZΓ, eædemque in puncto Θ concurriſſe. Manifeſtum utique eſt, cum BA, ZΘ parallelæ ſint, angulum, qui ad punctum Θ eſt, rectum eſſe: ideoque fore, ut ſi circulus AEΓ perficiatur, per id punctum tranſeat. Quoniam igitur æqualis eſt BΔ ipſi EZ, æquale etiam eſt ſpatium, quod ſub EΔB continetur, ſpatio, quod continetur ſub BZE. Æquale autem eſt ſpatium quidem, quod ſub EΔB continetur, ſpatio, quod continetur ſub ΘΔA: utrumque enim quadrato eſt æquale, quod a recta, quæ circulum a puncto Δ contingit, deſcribitur. Spatium vero, quod ſub BZE continetur, ſpatio, quod continetur ſub ΘZΓ: utrumque enim pariter quadrato eſt æquale, quod a recta deſcribitur, quæ circulum contingit a puncto Z. Igitur etiam ſpatium, quod ſub ΘΔA continetur, ſpatio æquale eſt, quod continetur ſub ΘZΓ: et propterea ut ΔΘ ad ΘZ, ita ſe habet ΓZ ad ΔA. Ut autem ΘΔ ad ΘZ, ita ſe habet tum BΓ ad ΓZ, tum ΔA ad AB. Ductæ enim ſunt in triangulo ΔΘZ parallelæ alteri quidem lateri ΔΘ, BΓ; alteri vero ΘZ, BA. Ut igitur BΓ ad ZΓ, ita ſe habet ΓZ ad ΔA et ΔA ad AB: quod demonſtrandum proponebatur.

Ἰστέον δὲ, ὅτι ἡ τοιαύτη κατασκευὴ σχεδὸν ἡ αὐτή ἐστι τῇ ὑπὸ [f] Ἥρωνος κατασκευῇ. Τὸ γὰρ ΒΘ παραλληλόγραμμον ταυτόν ἐστι τῷ τῆς τοῦ Ἥρωνος κατασκευῆς, καὶ αὐταὶ αἱ προσεκβεβλημέναι πλευραὶ αἱ ΘΑ, ΘΓ, καὶ ὁ περὶ τὸ Β κινούμενος κανών. Ταύτῃ δὲ μόνον διαφέρει, ὅτι ἐκεῖ μὲν μέχρι τοσούτου ἐκινοῦμεν περὶ τὸ Β τὸν κανόνα, ἄχρις ὡς αἱ ἀπὸ τῆς διχοτομίας τῆς ΑΓ, τουτέστι τοῦ Κ, ἴσαι ὑπ' αὐτοῦ ἀποτέμνονται πρὸς ταῖς ΘΔ, ΘΖ ἐπιζευγνύμεναι, ὡς [g] αἱ ΚΔ, ΚΖ· ἐνταῦθα δὲ ἄχρις ὡς ἡ ΔΒ ἴση γένηται τῇ ΕΖ. Ἐφ' ἑκατέρας δὲ κατασκευῆς τὸ αὐτὸ ἀκολουθεῖ. Τὸ δὲ νῦν εἰρημένον πρὸς χρῆσιν εὐθετώτερον· τὰς γὰρ ΔΒ, ΕΖ ἴσας τηρεῖν ἔστι, διῃρημένου τοῦ ΔΖ κανόνος εἰς ἴσα καὶ συνεχῆ. Πολὺ γὰρ εὐκολώτερον τοῦ καρκίνῳ διαπειράζειν τὰς ἀπὸ τοῦ Κ ἴσας πρὸς [h] τὰς Δ, Ζ.

Illud vero ſciendum eſt, conſtructionem hanc eamdem fere, quæ Hieronis, eſſe. Nam parallelogrammum BΘ idem eſt atque illud Hieronis; eædemque ſunt productæ rectæ ΘA, ΘΓ; itemque regula, quæ circa punctum B movetur. Hoc uno inter ſe differunt, quod regula in illa quidem uſque eo circa punctum B movebatur, donec rectas æquales abſcinderet, quæ a puncto rectam AΓ in duas æquas partes ſecante, hoc eſt K, ad ΘΔ, ΘZ ducuntur, cujuſmodi ſunt KΔ, KZ; in hac vero eo uſque movetur, donec ΔB ipſi EZ æqualis fiat. Cæterum in utraque res eodem recidit. Sed altera, quam modo diximus, uſui accommodatior eſt: cum obtineatur, ut ΔB, EZ æquales deprehendantur, regula in æquas partes eaſque continuas diviſa. Quod ſane longe facilius eſt, quam circino explorare, an quæ a puncto K ad Δ, Z ducuntur, æquales ſint.

ὩΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ.


Ἔστωσαν αἱ δοθεῖσαι δύο εὐθεῖαι, ὧν δεῖ δύο μέσας ἀνάλογον εὑρεῖν, αἱ ΒΑΓ, ὀρθὴν περιέχουσαι γωνίαν τὴν πρὸς τῷ Α. [i] Καὶ κέντρῳ μὲν τῷ Β, διαστήματι δὲ τῷ ΑΓ, κύκλου [k] περιφέρεια γεγράφθω ἡ ΚΘΛ· καὶ πάλιν κέντρῳ [l] τῷ Γ, καὶ διαστήματι τῷ ΑΒ, κύκλου περιφέρεια γεγράφθω ἡ ΜΘΝ, καὶ τεμνέτω τὴν ΚΘΛ κατὰ τὸ Θ, καὶ ἐπι-

QUA APOLLONIUS.

Sint datæ duæ rectæ, quas inter duas proportionales medias invenire oporteat, BAΓ: eædemque rectum, qui ad punctum A eſt, angulum comprehendant. Deſcribatur centro quidem B, intervallo vero AΓ circumferentia circuli KΘΛ: ruſuſque centro Γ, et intervallo AB circumferentia circuli MΘN; quæ quidem priorem illam KΘΛ in puncto Θ ſecet; et jungantur ΘA,

[a] ἔχει ἡ ΔΒΕΖ, ἴσης οὔσης ὡς εἴρηται τῆς ΔΒ τῇ ΕΖ. Λέγω ὅτι in MS. deſunt. [b] τὸ Γ [c] In MS. ἴσον deeſt. [d] τῷ ex MS. [e] Ἥρωνος. Τὸ γὰρ ΒΘ παραλληλόγραμμον τὸ αὐτό ἐστι τῷ ὑπὸ τῆς Ἥρωνος κατασκευῆς καὶ αἱ προσεκβαλλόμεναι [f] τὸ ΚΖ [g] Hæc in MS. deſunt. [h] ἡ ex MS. [i] περιφέρεια [k] τῷ Δ [l] περιφέρεια

ΘΒ, ΘΓ. Parallelogrammum igitur eſt ΒΓ, ejuſque diameter ΘΑ. Secetur ΘΑ in duas æquas partes in puncto Ξ: centroque Ξ circulus deſcribatur qui rectas ΑΒ, ΑΓ ſecet ad puncta Δ, Ε productas; ita ut puncta Δ, Ε, et Θ in directo jaceant. Hoc autem fiet, ſi regula rectas ΑΔ, ΑΕ ſecans uſque eo circa punctum Θ moveatur, donec rectæ, quæ a puncto Ξ ad Δ, Ε ducuntur, æquales fiant.



Hoc enim quando contigerit, confectum erit quod quæritur. Nam conſtructio eadem quæ Hieronis, et Philonis eſt. Quare conſtat eamdem quoque demonſtrationem huic convenire.

QUA DIOCLES IN LIBRO DE IGNIARIIS.

Ducantur in circulo duæ diametri ad angulos inter ſe invicem rectos ΑΒ, ΓΔ: et abſcindantur ab utraque parte puncti Β æquales duæ circuli circumferentiæ ΕΒ, ΒΖ: ductaque per punctum Ζ recta ΖΗ ipſi ΑΒ parallela, jungatur ΔΕ. Dico rectas ΖΗ, ΗΔ duas eſſe proportionales medias inter ΓΗ, ΗΘ. Ducatur enim per punctum Ε ipſi ΑΒ parallela ΕΚ. Æqualis eſt igitur tum ΕΚ ipſi ΖΗ, tum ΚΓ ipſi ΗΔ. Quod quidem manifeſtum fuerit, rectis lineis a puncto Λ ad Ε, et Ζ junctis. Æquales enim ſunt anguli ΓΛΕ, ΖΛΔ; iique recti, qui ad puncta ſunt Κ et Η. Igitur omnia etiam omnibus æqualia ſunt; cum ΛΕ ipſi ΛΖ ſit æqualis; ideoque etiam reliqua ΓΚ reliquæ ΗΔ. Quoniam igitur ut ΔΚ ad ΚΕ, ita ſe habet ΔΗ ad ΗΘ; et ut ΔΚ ad ΚΕ, ita ΕΚ ad ΚΓ; media enim inter ΔΚ, ΚΓ proportionalis eſt ΕΚ; ideo ut ΔΚ ad ΚΕ, et ΕΚ ad ΚΓ, ita ſe habet ΔΗ ad ΗΘ. Æqualis eſt autem tum ΔΚ ipſi ΓΗ, tum ΚΕ ipſi ΖΗ, tum ΚΓ ipſi ΗΔ. Ut igitur ΓΗ ad ΗΖ, ita ſe habet ΖΗ ad ΗΔ, et ΔΗ ad ΗΘ. Itaque ſi ab utraque puncti Β parte æquales ſumantur circumferentiæ ΜΒ, ΒΝ; et per punctum Ν ducatur ΝΞ ipſi ΑΒ parallela; jungaturque ΔΜ, erunt rurſus inter ΓΞ, ΞΟ proportionales mediæ ΝΞ, ΞΔ. Ductis autem hoc pacto pluribus parallelis, iiſque continuis inter puncta Β, Δ; poſitiſque circumferentiis iis, quæ inter has, et punctum Β interjiciuntur, æqualibus aliis a puncto Β ad Γ circumferentiis; junctiſque ordine a puncto Δ ad alia puncta eodem modo, quo ΔΕ, ΔΜ junctæ ſunt, rectis lineis: ſecabuntur utique parallelæ, quæ inter puncta Β, Δ interjiciuntur, in aliquibus punctis, cujuſmodi ſunt in appoſita figura Ο, Θ. Quæ puncta ſi admota regula juncta rectis lineis fuerint, deſcribetur in circulo quædam linea, in qua ſumpto quolibet puncto, ductaque per ipſum recta



ζεύχθωσαν αἱ ΘΑ, ΘΒ, ΘΓ. [illegible] τὸ ΒΓ, διάμετρος [illegible] ἡ ΘΑ. Τετμήσθω δίχα ἡ ΘΑ τῷ Ξ, καὶ κέντρῳ τῷ Ξ γεγράφθω κύκλος τέμνων τὰς ΑΒ, ΑΓ ἐκβληθείσας κατὰ τὰ Δ, Ε· ὥστε [illegible] Δ, Ε ἐπ' εὐθείας [illegible] Θ. Ὅπερ ἂν γίνοιτο [illegible] κανονίου κινουμένου περὶ τὸ Θ, τέμνοντος τὰς ΑΔ, ΑΕ, καὶ παραγομένου ἐπὶ τοσοῦτον, ἄχρις ἂν αἱ ἀπὸ τοῦ Ξ ἐπὶ τὰ Δ, Ε ἴσαι γίνωνται.

Τοῦτο [illegible] ἔσται τὸ ζητούμενον. Ἡ γὰρ αὐτὴ [illegible] Ἥρωνος καὶ Φίλωνος γεγραμμένῃ. Καὶ [illegible] ἡ αὐτὴ ἁρμόσει.

ΩΣ ΔΙΟΚΛΗΣ ΕΝ ΤΩ ΠΕΡΙ ΠΥΡΙΩΝ.

[illegible] ἤχθωσαν δύο διάμετροι πρὸς ὀρθὰς αἱ ΑΒ, ΓΔ· [illegible] ἴσαι ἀπειλήφθωσαν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ Β αἱ ΕΒ, ΒΖ· [illegible] διὰ τοῦ Ζ παράλληλος τῇ ΑΒ, ἤχθω ἡ ΖΗ, [illegible] ἡ ΔΕ. Λέγω ὅτι τῶν ΓΗ, ΗΘ δύο μέσαι ἀνάλογόν εἰσιν αἱ ΖΗ, ΗΔ. Ἤχθω γὰρ διὰ τοῦ Ε τῇ ΑΒ παράλληλος ἡ ΕΚ. Ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ μὲν ΕΚ τῇ ΖΗ, ἡ δὲ ΚΓ τῇ ΗΔ. Ἔσται γὰρ τοῦτο δῆλον, ἀπὸ τοῦ Λ ἐπὶ τὰ Ε, Ζ ἐπιζευχθεισῶν εὐθειῶν. Ἴσαι γὰρ γίνονται αἱ ὑπὸ ΓΛΕ, ΖΛΔ, καὶ ὀρθαὶ αἱ πρὸς τοῖς Κ, Η. Καὶ πάντα ἄρα πᾶσιν, [b] διὰ τὸ τὴν ΛΕ τῇ ΛΖ ἴσην εἶναι· καὶ λοιπὴ ἄρα ἡ ΓΚ τῇ ΗΔ ἴση ἐστίν. Ἐπεὶ οὖν ἐστιν ὡς ἡ ΔΚ πρὸς ΚΕ, ἡ ΔΗ πρὸς ΗΘ· ἀλλ' ὡς ἡ ΔΚ πρὸς ΚΕ, ἡ ΕΚ πρὸς ΚΓ· μέση γὰρ ἀνάλογον ἡ ΕΚ τῶν ΔΚ, ΚΓ· ὡς ἄρα ἡ ΔΚ πρὸς ΚΕ, καὶ ἡ ΕΚ πρὸς ΚΓ, οὕτως ἡ ΔΗ πρὸς ΗΘ. Καί ἐστιν ἴση ἡ μὲν ΔΚ τῇ ΓΗ, ἡ δὲ ΚΕ τῇ ΖΗ, ἡ δὲ ΚΓ τῇ ΗΔ. Ὡς ἄρα ἡ ΓΗ πρὸς ΗΖ, ἡ ΖΗ πρὸς ΗΔ, καὶ ἡ ΔΗ πρὸς ΗΘ. Ἐὰν δὲ παρὰ ἑκάτερα τοῦ Β ληφθῶσι περιφέρειαι ἴσαι [c] ΜΒ, ΒΝ· καὶ διὰ μὲν τοῦ Ν παράλληλος ἀχθῇ τῇ ΑΒ ἡ ΝΞ, ἐπιζευχθῇ δὲ ἡ ΔΜ, ἔσονται πάλιν τῶν ΓΞ, ΞΟ μέσαι ἀνάλογον αἱ ΝΞ, ΞΔ. Πλειόνων οὖν οὕτως καὶ συνεχῶν παραλλήλων ἐκβληθεισῶν μεταξὺ τῶν Β, Δ, καὶ ταῖς ἀπολαμβανομέναις ὑπ' αὐτῶν περιφερείαις πρὸς τῷ Β ἴσων τεθεισῶν ἀπὸ τοῦ Β ὡς ἐπὶ τὸ Γ, καὶ ἐπὶ τὰ γενόμενα σημεῖα ἐπιζευχθεισῶν εὐθειῶν ἀπὸ τοῦ Δ, ὡς τῶν [d] ὁμοίων ταῖς ΔΕ, ΔΜ· τμηθήσονται αἱ παράλληλοι αἱ μεταξὺ τῶν Β, Δ κατά τινα σημεῖα, [e] ὡς ἐπὶ τῆς προκειμένης καταγραφῆς τὰ Ο, Θ. Ἐφ' ἃ κανόνος παραθέσει ἐπιζεύξαντες εὐθείας, ἕξομεν καταγεγραμμένην ἐν τῷ κύκλῳ τινὰ γραμμήν, ἐφ' ἧς ἐὰν ληφθῇ τυχὸν σημεῖον, καὶ δι' αὐτοῦ παράλληλος ἀχθῇ τῇ ΑΒ [f] ἔσται ἡ


[a] ἴσαι [a] ἐφάπτεται [b] διὰ τὸ τὴν ΑΒ [c] αἱ ΜΒ [d] ὁμοίως [e] In MS. ὡς deeſt. [f] ἔσται ἡ

ἐχθῶσιν, καὶ ἡ ἀπολαμβανομένη ὑπ' αὐτῆς ἀπὸ τῆς διαμέτρου πρὸς τῷ Δ μέσον ἀνάλογον τῆς τε ἀπολαμβανομένης ὑπ' αὐτῆς ἀπὸ τῆς διαμέτρου πρὸς τῷ Γ σημείῳ, καὶ τοῦ μέρους αὐτῆς τοῦ ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ γραμμῇ σημείου ἐπὶ τὴν ΓΔ διάμετρον.

Τούτων προκατεσκευασμένων, ἔστωσαν αἱ δοθεῖσαι δύο εὐθεῖαι, ὧν δεῖ δύο μέσας ἀνάλογον εὑρεῖν, αἱ Α, Β. Καὶ ἔστω κύκλος ἐν ᾧ δύο διάμετροι πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλαις αἱ ΓΔ, ΕΖ· καὶ γεγράφθω ἐν αὐτῷ ἡ διὰ τῶν συνεχῶν σημείων γραμμὴ, ὡς προείρηται, ἡ ΔΘΖ. Καὶ γεγονέτω ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Β, ἡ ΓΗ πρὸς ΗΚ· καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΓΚ, καὶ ἐκβληθεῖσα τεμνέτω τὴν γραμμὴν κατὰ τὸ Θ· καὶ διὰ τοῦ Θ τῇ ΕΖ παράλληλος ἤχθω ἡ ΛΜ. Διὰ ἄρα τὰ προγεγραμμένα τῶν ΓΛ, ΛΘ μέσαι ἀνάλογόν εἰσιν αἱ ΜΛ, ΛΔ. Καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ ΓΛ πρὸς ΛΘ, οὕτως ἡ ΓΗ πρὸς ΗΚ, ὡς δὲ ἡ ΓΗ πρὸς ΗΚ, οὕτως ἡ Α πρὸς τὴν Β· ἐὰν ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ ταῖς ΓΛ, ΛΜ, ΛΔ, ΛΘ παρεμβάλωμεν μέσας τῶν Α, Β, ὡς τὰς Ν, Ξ, ἔσονται εἰλημμέναι τῶν Α, Β μέσαι ἀνάλογον αἱ Ν, Ξ. Ὅπερ ἔδει εὑρεῖν.

ipſi ΛΜ parallela; erunt quæ ducta eſt, quamque ipſa a diametro verſus punctum Δ abſcindit, proportionales mediæ inter eam, quam abſcindit item a diametro verſus punctum Γ, eamque ejus partem, quæ puncto in linea ſumpto, et diametro ΓΔ concluditur.

His ita confectis, ſint datæ duæ rectæ, quas inter duas proportionales medias invenire oportet, Α, Β. Sit autem circulus cujus duæ diametri ΓΔ, ΕΖ ad rectos angulos ſeſe invicem ſecent: deſcribaturque in eo per continua puncta, ut ſupra dictum eſt, linea ΔΘΖ. Porro fiat, ut Α ad Β ita ΓΗ ad ΗΚ; junctaque ΓΚ eademque producta lineam ipſam ſecet in puncto Θ; et ducatur per id punctum ipſi ΕΖ parallela ΛΜ. Itaque ex his, quæ ſupra diximus, mediæ inter ΓΛ, ΛΘ proportionales ſunt ΜΛ, ΛΔ. Et quoniam ut ΓΛ ad ΛΘ, ita ſe habet ΓΗ ad ΗΚ; et ut ΓΗ ad ΗΚ, ita Α ad Β; ſi mediæ inter Α, Β interjiciantur Ν, Ξ pro eadem illa ratione, quam invicem habent ΓΛ, ΛΜ, ΛΔ, ΛΘ; ſumptæ utique fuerint mediæ inter Α, Β proportionales Ν, Ξ. Quod facere oportebat.



ΩΣ ΠΑΠΠΟΣ


Ἐν Μηχανικαῖς εἰσαγωγαῖς.

Πρόβλημα μὲν ὁ Πάππος ἔθετο εὑρεῖν πρὸς τὸν δοθέντα κύβον λόγον ἔχοντα δεδομένον. Καὶ ὡς πρὸς τὸν τοιοῦτον [h] πρότασιν καὶ τὰ ἀπὸ τῆς ἀποδείξεως αὐτῷ προάγεται. Δῆλον δὲ ὅτι τούτου εὑρημένου, καὶ τὸ προκείμενον εὑρεθήσεται. Δύο γὰρ δοθεισῶν εὐθειῶν, [i] ἐὰν ἐφεξῆς τῶν μέσων εὑρεθῶσιν, ἡ δευτέρα εὑρεθεῖσα, καὶ ἡ τρίτη αὐτόθεν δοθήσεται. Γεγράφθω γὰρ, ὥς φησιν αὐτὸς κατὰ λέξιν, ἡμικύκλιον τὸ ΑΒΓ· καὶ ἀπὸ τοῦ Δ κέντρου πρὸς ὀρθὰς ἤχθω ἡ ΔΒ, καὶ κινείσθω κανόνιον περὶ τὸ Α σημεῖον· ὥστε τὸ μὲν ἓν πέρας αὐτοῦ προσκεῖσθαι τυλίῳ τινὶ κατὰ τὸ Α [k] σημεῖον, τὸ δὲ λοιπὸν μέρος, ὡς περὶ κέντρον περὶ τὸ τυλάριον κινεῖσθαι μεταξὺ τῶν Β, Γ. Τούτων δὲ κατεσκευασμένων ἐπιτετάχθω δύο κύβους εὑρεῖν, λόγον ἔχοντας πρὸς ἀλλήλους τὸν ἐπιταχθέντα. Καὶ τῷ λόγῳ ὁ αὐτὸς πεποιήσθω ὁ τῆς ΒΔ πρὸς ΔΕ· καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΓΕ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ Ζ. Παραγέσθω δὴ τὸ κανόνιον μεταξὺ τῶν Β, Γ, ἕως [l] ἂν τὸ ἀπολαμβανόμενον αὐτοῦ μέρος μεταξὺ τῶν ΖΕ, ΕΒ εὐθειῶν, ἴσον γένηται τῷ με-

QUA PAPPUS

In mechanicis Inſtitutionibus.

Propoſuit ſibi Pappus cubum invenire, qui ad datum cubum datam rationem habeat. Quæ autem demonſtratio ab eo inſtituitur rei huic conficiendæ inſervit. Manifeſtum enim eſt, cubo hoc invento, quod propoſitum nobis eſt inventum iri. Datis ſiquidem duabus rectis; ſi mediæ inter ipſas inveniendæ ſint, et ſecunda inventa fuerit, inventa erit et tertia. Deſcribatur, ut ipſe dicit, ſemicirculus ΑΒΓ; ducaturque a puncto Δ ad rectos angulos ΔΒ: et moveatur regula circa punctum Α; ita ut ejus termini, alter quidem clavo cuidam ligneo ad punctum Α infixus ſit, alter vero circa hunc clavum tamquam centrum inter puncta Β et Γ circumagatur. His ita confectis, propoſitum ſit duos cubos invenire, qui propoſitam inter ſe invicem rationem habeant. Fiat ratio, quam habet ΒΔ ad ΔΕ, eadem quæ data: junctaque ΓΕ producatur ad punctum Ζ. Circumagatur autem regula inter puncta Β, Γ uſque eo, donec quæ pars ejus inter rectas ΖΕ, ΕΒ interjicitur, æqualis ſit parti illi, quæ interjicitur inter rectam



[g] In MS. τοῦ deeſt. [h] πρόθεσιν [i] ἐὰν τῶν ἐφεξῆς ἀναλογῶν μέσων ἡ δευτέρα [k] σημείῳ ἴσω. Τὸ [l] ὡς

B E, et circumferentiam B K Γ. Hoc enim explorando, transferendoque regulam facile aſſequemur. Itaque factum ſit, et regula eo, quo A K, ſitu jaceat; ita ut H Θ, Θ K æquales invicem ſint. Dico cubum, qui ab B Δ deſcribitur, ad cubum, qui deſcribitur a Δ Θ, propoſitam rationem habere: hoc eſt eamdem, quam B Δ ad Δ E. Intelligatur enim circulus completus eſſe: junctaque K Δ, eademque ad punctum Λ producta, jungatur Λ H. Parallela igitur eſt B Δ ipſi Λ H; eo quod æquales ſunt, K Θ quidem ipſi H Θ, K Δ vero ipſi Δ Λ. Jungantur A Λ et Λ Γ. Quoniam igitur rectus eſt angulus A Λ Γ utpote qui ſemicirculo inſiſtit, normaliſque Λ M; ideo ut quadratum, quod ab Λ M deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a M A, hoc eſt Γ M ad M A, ita ſe habet quadratum, quod ab A M deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a M H. Communis addatur ratio ipſius A M ad M H. Quæ igitur ratio ex ratione componitur, quam habet tum Γ M ad M A tum A M ad M H; hoc eſt ea, quam Γ M habet ad M H; hæc eadem eſt atque ratio quæ componitur ex ratione, quam habet tum quadratum, quod ab A M deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a M H, tum A M ad M H. Ratio autem quæ componitur ex ratione, quam habet tum quadratum, quod ab A M deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a M H, tum A M ad M H, eadem eſt atque ratio, quam habet cubus, qui ab A M deſcribitur, ad cubum, qui deſcribitur a M H. Igitur et ratio, quam Γ M habet ad M H, eadem eſt atque ratio, quam habet cubus, qui ab A M deſcribitur, ad cubum, qui deſcribitur a M H. Ut autem Γ M ad M H, ita ſe habet Γ Δ ad Δ E; et ut A M ad M H, ita A Δ ad Δ Θ. Igitur etiam ut B Δ ad Δ E, quæ quidem data eſt ratio, ita ſe habet cubus, qui a B Δ deſcribitur, ad cubum, qui deſcribitur a Δ Θ. Cum igitur duæ inter rectas B Δ, Δ E proportionales mediæ inveniendæ ſint, rectarum ſecunda eſt Δ Θ. Quod ſi ut B Δ ad Δ Θ, ita fiat Θ Δ ad aliam quamdam, hæc erit tertia. Illud vero animadvertendum eſt, conſtructionem hanc eamdem atque illam eſſe, quam Diocles tradidit. Hoc uno inter ſe differunt, quod ibi quidem Diocles deſcripta linea quadam inter A, et B per continua puncta, ſumit in ea punctum H, producta Γ E, eademque lineam, quam diximus, ſecante; hic vero Pappus id punctum exhibet circumacta circa punctum A regula A K. Quod enim punctum H idem ſit, utcunque ſumatur, ſive ut Diocles præcipit, ſive ut Pappus, regulæ ope, ita facile colligitur. Producta M H ad punctum N, jungatur K N. Quoniam igitur æqualis eſt K Θ ipſi Θ H, et H N ipſi Θ B parallela; ideo etiam K Ξ ipſi Ξ N eſt æqualis. Communis eſt autem Ξ B eademque ad rectos angulos: nam K N ab ea, quæ per centrum ducitur, in duas æquas partes, et ad rectos angulos ſecatur. Æqualis eſt igitur etiam baſi baſis, et quod conſequitur, circumferentiæ B N, K B circumferentia. Punctum igitur H idem eſt quod in linea Dioclis: quinetiam demonſtratio eadem fuerit. Quippe aiebat Diocles, ut Γ M ad M N, ita ſe habet M N ad M A, et A M ad M H. Æqualis eſt autem M N ipſi M Λ: nam diameter eamdem ad rectos angulos ſecat. Ut igitur Γ M ad M Λ, ita ſe habet Λ M ad M A, et A M ad M H. Igitur mediæ inter Γ M, M H proportionales ſunt Λ M, M A. Ut autem Γ M ad M H, ita ſe habet Γ Δ ad Δ E: et ut Γ M ad M Λ, ita A M ad M H; hoc eſt A Δ ad Δ Θ. Cum igitur inter rectas Γ Δ, Δ E duæ mediæ inveniendæ ſint, rectarum ſecunda eſt Δ Θ; quam quidem et Pappus exhibuit.

παρὰ τῆς ΒΕ εὐθείας, καὶ τῆς ΒΚΓ περιφερείας. Τοῦτο γὰρ πειράζοντες, καὶ μετάγοντες τὸν κανόνα ῥᾳδίως ποιήσομεν. Γεγονέτω δή, καὶ ἐχέτω θέσιν ὡς ἡ ΑΚ, ὥστε ἴσας εἶναι τὰς ΗΘ, ΘΚ. Λέγω ὅτι ὁ ἀπὸ τῆς ΒΔ κύβος πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς ΔΘ κύβον λόγον ἔχει τὸν ἐπιταχθέντα, τουτέστι τὸν τῆς ΒΔ πρὸς ΔΕ. Νοείσθω γὰρ ὁ κύκλος προσαναπεπληρωμένος· καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΚΔ ἐκβεβλήσθω [m] ἐπὶ τὸ Λ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΛΗ. Παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΒΔ [n] τῇ ΛΗ, διὰ τὸ ἴσην εἶναι τὴν μὲν ΚΘ τῇ ΗΘ, τὴν δὲ ΚΔ τῇ ΔΛ. Ἐπεζεύχθω δὴ ἥ τε ΑΛ καὶ ἡ [o] ΛΓ. Ἐπεὶ οὖν ὀρθή ἐστιν ἡ ὑπὸ ΑΛΓ, ἐν ἡμικυκλίῳ γάρ, καὶ κάθετος ἡ ΛΜ, ἔστιν ἄρα ὡς τὸ ἀπὸ ΛΜ πρὸς τὸ ἀπὸ ΜΑ, τουτέστιν ἡ ΓΜ πρὸς ΜΑ, οὕτως τὸ ἀπὸ ΑΜ πρὸς τὸ ἀπὸ ΜΗ. Κοινὸς προσκείσθω ὁ τῆς ΑΜ πρὸς ΜΗ λόγος. Ὁ ἄρα συγκείμενος λόγος ἔκ τε τοῦ τῆς ΓΜ πρὸς ΜΑ, καὶ τοῦ τῆς ΑΜ πρὸς ΜΗ, τουτέστιν ὁ τῆς ΓΜ πρὸς ΜΗ λόγος, ὁ αὐτός ἐστι τῷ συγκειμένῳ ἔκ τε τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΜ πρὸς τὸ ἀπὸ ΜΗ, καὶ τοῦ τῆς ΑΜ πρὸς ΜΗ. Ὁ δὲ συγκείμενος λόγος ἔκ τε τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΜ πρὸς τὸ ἀπὸ ΜΗ, καὶ τοῦ τῆς ΑΜ πρὸς ΜΗ, ὁ αὐτός ἐστι τῷ λόγῳ, ὃν ἔχει ὁ ἀπὸ τῆς ΑΜ κύβος πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς ΜΗ. Καὶ ὁ τῆς ΓΜ ἄρα πρὸς ΜΗ λόγος ὁ αὐτός ἐστι τῷ λόγῳ, ὃν ἔχει ὁ ἀπὸ τῆς ΑΜ κύβος πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς ΜΗ. [p] Ἀλλ' ὡς μὲν ἡ ΓΜ πρὸς ΜΗ, οὕτως ἡ ΓΔ πρὸς ΔΕ· ὡς δὲ ἡ ΑΜ πρὸς ΜΗ, ἡ ΑΔ πρὸς ΔΘ. Καὶ ὡς ἄρα ἡ ΒΔ πρὸς ΔΕ, τουτέστιν ὁ δοθεὶς λόγος, οὕτως ὁ ἀπὸ τῆς ΒΔ κύβος πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς ΔΘ κύβον. [q] Τῶν ἄρα δοθεισῶν εὐθειῶν δύο μέσων ἀνάλογον τῶν ΒΔ, ΔΕ, δευτέρα ἐστὶν ἡ ΔΘ. Καὶ ἐὰν ποιήσωμεν ὡς τὴν ΒΔ πρὸς ΔΘ, τὴν ΘΔ πρὸς ἄλλην τινά, ἔσται καὶ ἡ τρίτη [r] εὑρημένη. Περιέχειν δὲ χρή, ὡς καὶ ἡ τοιαύτη κατασκευὴ ἡ αὐτή ἐστι τῇ ὑπὸ Διοκλέους εὑρημένῃ. Τούτῳ μόνον διαφέρουσα, τῷ ἐκεῖνον μὲν γραμμήν τινα καταγράφειν διὰ συνεχῶν σημείων μεταξὺ τῶν Α, Β· ἐφ' ἧς ἐλαμβάνετο τὸ Η, ἐκβαλλομένης τῆς ΓΕ, καὶ τεμνούσης τὴν εἰρημένην γραμμήν· ἐνταῦθα δὲ τὸ Η πορίζεται, διὰ τοῦ ΑΚ κανόνος κινουμένου περὶ τὸ Α. Ὅτι γὰρ τὸ Η τὸ αὐτό ἐστιν, εἴτε ὡς ἐνταῦθα διὰ τοῦ κανόνος ληφθῇ, εἴτε ὡς ἔφη Διοκλῆς, μάθοιμεν ἂν οὕτως. Ἐκβληθείσης τῆς ΜΗ κατὰ τὸ Ν, ἐπεζεύχθω ἡ ΚΝ. Ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ΚΘ τῇ ΘΗ, καὶ παράλληλος ἡ ΗΝ τῇ ΘΒ, ἴση ἐστὶ καὶ ἡ ΚΞ τῇ ΞΝ. Καὶ κοινὴ καὶ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΞΒ· ἡ γὰρ ΚΝ δίχα τε καὶ πρὸς ὀρθὰς τέμνεται ὑπὸ τῆς διὰ τοῦ κέντρου. Καὶ βάσις ἄρα βάσει ἴση, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἡ ΚΒ περιφέρεια τῇ ΒΝ. Τὸ ἄρα Η ἐστὶ τὸ διὰ τῆς γραμμῆς τῆς Διοκλέους· καὶ ἡ ἀπόδειξις δὲ αὐτή ἐστιν. Ἔφασκεν γὰρ ὁ Διοκλῆς, ὅτι ἐστὶν ὡς ἡ ΓΜ πρὸς ΜΝ, οὕτως ἡ ΜΝ πρὸς ΜΑ, καὶ ἡ ΑΜ πρὸς ΜΗ. Ἴση δέ ἐστιν ἡ [s] ΜΝ τῇ ΜΛ· ἡ γὰρ διάμετρος πρὸς ὀρθὰς αὐτὴν τέμνει. Ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΓΜ πρὸς ΜΛ, οὕτως ἡ ΛΜ πρὸς ΜΑ, καὶ ἡ ΑΜ πρὸς ΜΗ. Τῶν ἄρα ΓΜ, ΜΗ μέσαι ἀνάλογόν εἰσιν αἱ ΛΜ, [t] ΜΑ. Ἀλλ' ὡς μὲν ἡ ΓΜ πρὸς ΜΗ, ἡ ΓΔ πρὸς ΔΕ· ὡς δὲ ἡ ΓΜ πρὸς ΜΛ, ἡ ΑΜ [u] πρὸς ΜΗ, τουτέστιν ἡ ΑΔ πρὸς ΔΘ. Καὶ τῶν δύο μέσων ἄρα τῶν ΓΔ, ΔΕ, δευτέρα ἐστὶν ἡ ΔΘ, ἥν τινα ἐπορίσατο καὶ ὁ Πάππος.


[m] ἐπὶ pro ἐτι ex MS. [n] τῇ ΛΗ in MS. deſunt. [o] ΑΓ [p] τουτέστιν ὁ τῆς ΓΜ πρὸς ΜΗ λόγος, ὁ αὐτός ἐστι τῷ λόγῳ ὃν ἔχει ὁ ἀπὸ τῆς ΑΜ κύβος πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς ΜΗ. Ἀλλ' ὡς μὲν &c. [q] τῶν γὰρ [r] εὑρημένην [s] ΜΝ pro ΜΜ, ex MS. [t] ΜΑ. Ἀλλ' ὡς &c. uſque ad literam [u], in MS. deſunt.

ΩΣ ΣΠΟΡΟΣ.

[w] Ἔστωσαν αἱ δοθεῖσαι δύο εὐθεῖαι ἄνισοι αἱ ΑΒ, ΒΓ. Δεῖ δὴ τῶν ΑΒ, ΒΓ [x] δύο μέσας ἀνάλογον εὑρεῖν ἐν συνεχεῖ ἀναλογίᾳ. Ἤχθω ἀπὸ τοῦ Β τῇ ΑΒ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΔΒΕ· καὶ κέντρῳ τῷ Β, διαστήματι δὲ τῷ ΒΑ ἡμικύκλιον γεγράφθω τὸ ΔΑΕ. Καὶ ἀπὸ τοῦ Ε ἐπὶ τὸ Γ εὐθεῖα ἐπιζευχθεῖσα διήχθω ἐπὶ τὸ Ζ· καὶ ἀπὸ τοῦ Δ διήχθω τις εὐθεῖα οὕτως, ὥστε ἴσην εἶναι τὴν ΗΘ τῇ ΘΚ. Τοῦτο γὰρ δυνατόν. Καὶ ἤχθωσαν ἀπὸ τῶν Η, Κ ἐπὶ τὴν ΔΕ κάθετοι αἱ ΗΛ, ΚΝΜ. Ἐπεὶ οὖν ἐστιν ὡς ἡ ΚΘ πρὸς ΘΗ, ἡ ΜΒ πρὸς ΒΛ, ἴση δὲ ἡ ΚΘ τῇ ΘΗ· ἴση ἄρα καὶ ἡ ΜΒ τῇ ΒΛ, ὥστε καὶ λοιπὴ ἡ ΜΕ τῇ ΛΔ. Καὶ ὅλη ἄρα ἡ ΔΜ τῇ ΛΕ ἐστὶν ἴση· καὶ διὰ τοῦτο ἐστὶν ὡς ἡ ΜΔ πρὸς ΔΛ, ἡ ΛΕ [y] πρὸς ΕΜ. Ἀλλ' ὡς μὲν ἡ ΜΔ πρὸς ΔΛ, ἡ ΚΜ πρὸς ΗΛ· ὡς δὲ ἡ ΛΕ πρὸς ΕΜ, ἡ ΗΛ πρὸς ΝΜ. Πάλιν ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ ΔΜ πρὸς ΜΚ, ἡ ΚΜ πρὸς ΜΕ· ὡς ἄρα ἡ ΔΜ πρὸς ΜΕ, οὕτως τὸ ἀπὸ ΔΜ πρὸς τὸ ἀπὸ ΜΚ, τουτέστι τὸ ἀπὸ ΔΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΒΘ, τουτέστι τὸ ἀπὸ ΑΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΒΘ· ἴση γὰρ ἡ ΔΒ τῇ ΒΑ. Πάλιν ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ ΜΔ πρὸς ΔΒ, ἡ ΛΕ πρὸς ΕΒ· ἀλλ' ὡς μὲν ἡ ΜΔ πρὸς ΔΒ, ἡ ΚΜ πρὸς ΘΒ· ὡς δὲ ἡ ΛΕ πρὸς ΕΒ, ἡ ΗΛ πρὸς ΓΒ· καὶ ὡς ἄρα ἡ ΚΜ πρὸς ΘΒ, ἡ ΗΛ πρὸς ΓΒ· καὶ ἐναλλάξ, ὡς ἡ ΚΜ πρὸς ΗΛ, [z] ἡ ΘΒ πρὸς ΓΒ. Ἀλλ' ὡς ἡ ΚΜ πρὸς ΗΛ, ἡ ΜΔ πρὸς ΔΛ, τουτέστιν ἡ ΔΜ πρὸς ΜΕ, τουτέστι τὸ ἀπὸ ΑΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΘΒ. Καὶ ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ [a] ΑΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΘΒ, ἡ ΒΘ πρὸς ΒΓ. Εἰλήφθω τῶν ΘΒ, ΒΓ μέση ἀνάλογον ἡ Ξ. Ἐπεὶ οὖν ἐστιν ὡς τὸ ἀπὸ ΑΒ, πρὸς τὸ ἀπὸ ΒΘ, ἡ ΘΒ πρὸς ΒΓ· ἀλλὰ τὸ μὲν ἀπὸ ΑΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΒΘ, διπλασίονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ ΑΒ πρὸς ΒΘ· ἡ δὲ ΘΒ πρὸς ΒΓ διπλασίονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ ΘΒ πρὸς Ξ· καὶ ὡς ἄρα ἡ ΑΒ πρὸς ΒΘ, ἡ ΒΘ πρὸς Ξ. Ἀλλ' ὡς ἡ ΘΒ πρὸς Ξ, ἡ Ξ πρὸς ΒΓ. Καὶ ὡς ἄρα ἡ ΑΒ πρὸς ΒΘ, ΘΒ πρὸς Ξ, καὶ ἡ Ξ πρὸς ΒΓ. Φανερὸν δὲ ὅτι καὶ αὕτη ἡ αὐτή ἐστι, τῇ ὑπὸ Πάππου καὶ Διοκλέως [b] εἰρημένῃ.

QUA SPORUS.

Sint datæ inæquales duæ rectæ AB, BΓ. Oportet autem duas inter AB, BΓ proportionales medias proportione continua invenire. Ducatur a puncto B ipſi AB ad rectos angulos ΔBE; deſcribaturque centro quidem B, intervallo vero BA, ſemicirculus ΔAE. Porro juncta a puncto E ad Γ recta producatur ad punctum Z: et ducatur a puncto Δ recta quædam ejuſmodi, ut HΘ ipſi ΘK æqualis ſit. Hoc enim fieri poteſt. Ducantur denique a punctis H, K ad ΔE normales HΛ, KNM. Quoniam igitur ut KΘ ad ΘH, ita ſe habet MB ad BΛ; æqualiſque eſt KΘ ipſi ΘH; ideo etiam MB ipſi BΛ, et reliqua ME reliquæ ΛΔ eſt æqualis. Igitur tota etiam ΔM toti ΛE æqualis eſt: et propterea ut MΔ ad ΔΛ, ita ſe habet ΛE ad EM. Ut autem MΔ ad ΔΛ, ita ſe habet KM ad HΛ; et ut ΛE ad EM, ita HΛ ad NM.



Rurſus quoniam ut ΔM ad MK, ita ſe habet KM ad ME; ideo ut ΔM ad ME, ita ſe habet quadratum, quod a ΔM deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a MK; hoc eſt quadratum, quod a ΔB, ſive AB, deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a BΘ: æqualis eſt enim ΔB ipſi BA. Rurſus quoniam ut MΔ ad ΔB, ita ſe habet ΛE ad EB: ut autem MΔ ad ΔB, ita KM ad ΘB; et ut ΛE ad EB, ita HΛ ad ΓB: ideo etiam ut KM ad ΘB, ita ſe habet HΛ ad ΓB; et permutando, ut KM ad HΛ, ita ΘB ad ΓB. Ut autem KM ad HΛ, ita ſe habet MΔ ad ΔΛ; hoc eſt ΔM ad ME; hoc eſt quadratum, quod ab AB deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a ΘB. Igitur etiam ut quadratum, quod ab AB deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a ΘB, ita ſe habet BΘ ad BΓ. Sumatur media inter ΘB, BΓ proportionalis Ξ. Quoniam igitur ut quadratum, quod ab AB deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a BΘ, ita ſe habet BΘ ad BΓ: et quadratum quidem, quod ab AB deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a BΘ, rationem habet ejus duplam, quam habet AB ad BΘ; BΘ vero ad BΓ rationem habet ejus item duplam, quam ΘB habet ad Ξ: ideo etiam ut AB ad BΘ, ita ſe habet BΘ ad Ξ. Ut autem ΘB ad Ξ, ita ſe habet Ξ ad BΓ. Igitur etiam ut AB ad BΘ, ita ſe habet ΘB ad Ξ, et Ξ ad BΓ. Illud autem manifeſtum eſt, conſtructionem hanc eandem atque illam eſſe, quam Diocles, et Pappus tradidit.

ΩΣ ΜΕΝΕΧΜΟΣ.

Ἔστωσαν αἱ δοθεῖσαι δύο εὐθεῖαι [c] αἱ Δ, Ε. Δεῖ δὴ [d] τῶν Δ, Ε δύο μέσας ἀνάλογον εὑρεῖν. Γεγονέτω· καὶ ἔστωσαν αἱ Β, Γ. Καὶ ἐκκείσθω θέσει εὐθεῖα [e] ἡ ΑΗ πεπερασμένη κατὰ τὸ Α· καὶ πρὸς τῷ Α τῇ Γ ἴση κείσθω [f] ἡ ΑΖ· καὶ ἤχθω πρὸς ὀρθὰς ἡ ΖΘ, καὶ τῇ Β ἴση κείσθω ἡ ΖΘ. Ἐπεὶ οὖν τρεῖς εὐθεῖαι ἀνάλογον [g] αἱ Δ, Β, Γ, τὸ ὑπὸ [h] τῶν Δ, Γ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς Β. [i] Τὸ ἄρα ὑπὸ δοθείσης τῆς Δ καὶ τῆς Γ, τουτέστι τῆς ΑΖ, ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς Β, τουτέστι τῷ ἀπὸ τῆς ΖΘ. Ἐπὶ παραβολῆς ἄρα [k] τὸ Θ, διὰ τοῦ Α γε-

QUA MENECHMUS.

Sint datæ duæ rectæ Δ, E. Oportet autem duas inter Δ, E proportionales medias invenire. Inventæ fuerint: eæque ſint B, et Γ. Exhibeatur autem recta AH poſitione data, eademque terminata ad punctum A: ponaturque ad id punctum ipſi Γ æqualis AZ: et ducatur ad rectos angulos ZΘ, eaque ipſi B æqualis fiat. Quoniam igitur tres proportionales rectæ ſunt Δ, B, Γ; ſpatium, quod ſub Δ, Γ continetur, æquale eſt quadrato, quod a B deſcribitur. Quod igitur ſpatium continetur ſub data Δ et Γ, hoc eſt AZ, id quadrato æquale eſt, quod deſcribitur a B, hoc eſt a ZΘ. Itaque punctum Θ

[w] Ἔστωσαν δύο δοθεῖσαι δύο εὐθεῖαι [x] δύο εὐθείας [y] πρὸς ΘΜ [z] ἡ ΘΓ [a] ΛΘ [b] γεγραμμένῃ
[c] αἱ ΛΕ [d] τῶν ΛΕ [e] ἡ δὴ πεπερασμένη κατὰ τὸ Δ καὶ πρὸς τὸ Δ [f] ἡ ΔΖ [g] ἡ ΑΒΓ [h] τῶν ΑΓ
[i] τὸ ἄρα ὑπὸ δοθείσης τῆς Δ καὶ τῆς Γ in MS. deſunt. [k] τὸ pro τῆς ex MS.


in parabola eſt per punctum A deſcripta. Ducantur parallelæ ΘK, AK. Et quoniam datum eſt ſpatium, quod ſub B, Γ continetur; quippe æquale eſt illi, quod ſub Δ, E; ſpatium quoque datum eſt, quod continetur ſub KΘZ. Itaque punctum Θ in hyperbola eſt deſcripta inter aſymptotos KA, AZ. Datum eſt igitur punctum Θ; atque adeo etiam Z. Componetur autem problema hoc pacto. Sint datæ quidem rectæ Δ, E; quæ vero poſitione data eſt AH, terminata ad punctum A; et deſcribatur per punctum A parabole, cujus quidem axis AH; rectum vero figuræ latus Δ. Quæ autem ad rectos angulos ad AH ducuntur, poſſint ſpatia, quæ ipſi Δ applicantur, latitudinemque habent rectas, quæ ab ipſis ad punctum A abſcinduntur. Deſcribatur, eaque ſit AΘ: et ſit AK ad rectos angulos. Deſcribatur porro inter aſymptotos KA, AZ hyperbole, a qua ſi rectæ ducantur ipſis KA, AZ parallelæ, ſpatium conficient ei æquale, quod ſub Δ, E continetur: atque hæc quidem hyperbole parabolen ſecuerit. Secet in puncto Θ; et ducantur normales ΘK, ΘZ. Quoniam igitur quadratum, quod a ZΘ deſcribitur, æquale eſt ſpatio, quod ſub Δ, Γ continetur, ut Δ ad ZΘ, ita ſe habet ZΘ ad ZA. Rurſus quoniam ſpatium, quod ſub Δ, E continetur, æquale eſt ſpatio, quod continetur ſub ΘZA; ut Δ ad ZΘ, ita ſe habet ZA ad E. Ut autem Δ ad ZΘ, ita ſe habet ZΘ ad ZA. Igitur etiam ut Δ ad ZΘ, ita ſe habet ZΘ ad ZA, et ZA ad E. Ponatur ipſi ΘZ æqualis B; et ipſi AZ æqualis Γ. Ut igitur Δ ad B, ita ſe habet B ad Γ, et Γ ad E. Igitur Δ, B, Γ, E deinceps proportionales ſunt. Quas invenire oportebat.



γεγραμμένης. Ἤχθωσαν παράλληλοι αἱ ΘΚ, [illegible] Καὶ ἐπεὶ δοθὲν τὸ ὑπὸ Β, Γ· ἴσον γάρ [illegible] Ε· δοθὲν ἄρα καὶ τὸ ὑπὸ ΚΘΖ. Ἐπὶ [illegible] ταῖς ΚΑ, ΑΖ. [illegible] τὸ Θ, [illegible] καὶ τὸ Ζ. Συντεθήσεται [illegible] Ἔστωσαν αἱ μὲν δοθεῖσαι [illegible] Δ, Ε· ἡ δὲ τῇ θέσει ἡ ΑΗ πεπερασμένη κατὰ τὸ Α, καὶ γεγράφθω διὰ τοῦ Α παραβολή, ἧς ἄξων μὲν ἡ ΑΗ, ὀρθία δὲ τοῦ εἴδους πλευρὰ ἡ Δ. Αἱ δὲ καταγόμεναι ἐπὶ τὴν ΑΗ ἐν ὀρθῇ γωνίᾳ δυνήσονται τὰ παρὰ τὴν Δ παρακείμενα χωρία, πλάτη ἔχοντα τὰς ἀπολαμβανομένας ὑπ' αὐτῶν πρὸς τῷ Α σημείῳ. Γεγράφθω, καὶ ἔστω ἡ ΑΘ· καὶ ὀρθὴ ἡ ΑΚ. Καὶ ἐν ἀσυμπτώτοις ταῖς ΚΑ, ΑΖ γεγράφθω ὑπερβολή, ἀφ' ἧς αἱ παρὰ τὰς ΚΑ, ΑΖ ἀχθεῖσαι ποιήσουσι τὸ χωρίον ἴσον τῷ ὑπὸ Δ, Ε· * τεμεῖ δὴ τὴν παραβολήν. Τεμνέτω κατὰ τὸ Θ, καὶ κάθετοι ἤχθωσαν αἱ ΘΚ, ΘΖ. Ἐπεὶ οὖν τὸ ἀπὸ ΖΘ, ἴσον τῷ ὑπὸ Δ, Γ, [illegible] πρὸς τὴν ΖΘ, ἡ ΖΘ πρὸς ΖΑ. Πάλιν ἐπεὶ τὸ ὑπὸ Δ, Ε ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΘΖΑ, ἔστιν ὡς ἡ Δ πρὸς τὴν ΖΘ, ἡ ΖΑ πρὸς τὴν Ε. Ἀλλ' ὡς ἡ Δ πρὸς τὴν ΖΘ, ἡ ΖΘ πρὸς ΖΑ. Καὶ ὡς ἄρα ἡ Δ πρὸς τὴν ΖΘ, ἡ ΖΘ πρὸς ΖΑ, καὶ ἡ ΖΑ πρὸς Ε. Κείσθω τῇ μὲν ΘΖ [l] ἴση ἡ Β, τῇ δὲ ΑΖ ἴση ἡ Γ. Ἔστιν ἄρα ὡς ἡ Δ πρὸς τὴν Β, ἡ Β πρὸς τὴν Γ, καὶ ἡ Γ πρὸς Ε. Αἱ Δ, Β, Γ, Ε ἄρα ἑξῆς ἀνάλογόν εἰσιν. Ὅπερ ἔδει εὑρεῖν.

ALITER.

Sint datæ duæ rectæ ad angulos inter ſe invicem rectos AB, BΓ: et mediæ inter ipſas ſint ΔB, BE; ita ut quemadmodum ΓB ad BΔ, ita ſe habeat BΔ ad BE, et BE ad BA; et ducantur normales ΔZ, EZ. Quoniam igitur ut ΓB ad BΔ, ita ſe habet ΔB ad BE; ſpatium, quod ſub ΓBE, hoc eſt ſub data et BE, continetur, æquale eſt quadrato, quod a BΔ, hoc eſt ab EZ, deſcribitur. Et quoniam ſpatium, quod ſub data, et BE continetur, æquale eſt quadrato, quod ab EZ deſcribitur; punctum Z parabolen contingit circa axem BE deſcriptam. Rurſus quoniam ut AB ad BE, ita ſe habet BE ad BΔ; ſpatium, quod ſub ABΔ, hoc eſt ſub data, et BΔ, continetur, æquale eſt quadrato, quod ab EB, hoc eſt ΔZ, deſcribitur: et propterea punctum Z parabolen contingit deſcriptam circa axem BΔ. Contigerat autem et datam alteram circa axem BE deſcriptam. Datum eſt igitur punctum Z. Normales autem ſunt ZΔ, ZE. Data ſunt igitur et puncta Δ, E. Componetur autem problema hoc pacto. Sint datæ duæ rectæ ad angulos inter ſe invicem rectos AB, BΓ: producanturque indefinite a puncto B, BΔ, BE. Deſcriba-



ΑΛΛΩΣ.

Ἔστωσαν αἱ δοθεῖσαι δύο εὐθεῖαι πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλαις αἱ ΑΒ, ΒΓ· καὶ γεγονέτωσαν αὐτῶν μέσαι αἱ ΔΒ, ΒΕ· ὥστε εἶναι, ὡς τὴν ΓΒ πρὸς ΒΔ, οὕτως τὴν ΒΔ πρὸς ΒΕ, καὶ τὴν ΒΕ πρὸς ΒΑ· καὶ ἤχθωσαν πρὸς ὀρθὰς αἱ ΔΖ, ΕΖ. Ἐπεὶ οὖν ἐστιν ὡς [m] ἡ ΓΒ πρὸς ΒΔ, οὕτως ἡ ΔΒ πρὸς ΒΕ· τὸ ἄρα ὑπὸ ΓΒΕ, τουτέστι τὸ ὑπὸ δοθείσης καὶ τῆς ΒΕ, ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΒΔ, τουτέστι τῆς ΕΖ. Ἐπεὶ οὖν τὸ ὑπὸ δοθείσης καὶ τῆς ΒΕ, ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ ΕΖ, τὸ Ζ ἄρα ἅπτεται παραβολῆς τῆς περὶ ἄξονα τὴν ΒΕ. Πάλιν ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ ΑΒ πρὸς ΒΕ, ἡ ΒΕ πρὸς ΒΔ, τὸ ἄρα ὑπὸ ΑΒΔ, τουτέστι τὸ ὑπὸ δοθείσης καὶ τῆς ΒΔ, ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ ΕΒ, τουτέστι [n] τῆς ΔΖ· τὸ Ζ ἄρα ἅπτεται παραβολῆς τῆς περὶ ἄξονα τὴν ΒΔ. Ἧπται δὲ καὶ ἑτέρας δοθείσης τῆς περὶ τὴν ΒΕ. Δοθὲν ἄρα τὸ Ζ. Καὶ κάθετοι αἱ ΖΔ, ΖΕ. Καὶ δοθέντα [o] ἄρα τὰ Δ, Ε. Συντεθήσεται δὲ οὕτως. Ἔστωσαν αἱ δοθεῖσαι δύο εὐθεῖαι πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλαις αἱ ΑΒ, ΒΓ· καὶ ἐκβεβλήσθωσαν ἐπ' ἄπειρον ἀπὸ τοῦ Β, [p] ΒΔ, ΒΕ. Καὶ γεγράφθω περὶ ἄξονα τὴν ΒΕ παρα-

[l] ἴση ἡ ΗΒ [m] ὡς ἡ ΓΒ πρὸς ΒΔ ex MS. [n] τῆς ΕΖ [o] ἄρα ex MS. [p] ΒΔ, ΒΕ in MS. deſunt.


* Sive τέμῃ, ſive etiam τέμει

ϐολή, ὡς τὰς καταγομένας ἐπὶ τὴν ΒΕ δύνασθαι τὰ παρὰ τὴν ΒΓ. Πάλιν γεγράφθω περὶ ἄξονα τὴν ΔΒ παραϐολή, ὡς τὰς καταγομένας δύνασθαι τὰ παρὰ τὴν ΑΒ. Τεμοῦσι δὴ ἀλλήλας αἱ παραϐολαί. Τεμνέτωσαν κατὰ τὸ Ζ· καὶ ἀπὸ τοῦ Ζ κάθετοι ἤχθωσαν αἱ ΖΔ, ΖΕ. Ἐπεὶ οὖν ἐν παραϐολῇ κατῆκται ἡ ΖΕ, τουτέστιν ἡ ΔΒ, τὸ ἄρα ὑπὸ ΓΒΕ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ ΒΔ. Ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΓΒ πρὸς ΒΔ, ἡ ΔΒ πρὸς ΒΕ. Πάλιν ἐπεὶ ἐν παραϐολῇ κατῆκται ἡ ΖΔ, τουτέστιν ἡ ΕΒ, τὸ ἄρα ὑπὸ ΔΒΑ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ ΕΒ. Ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΔΒ πρὸς ΒΕ, ἡ ΒΕ πρὸς ΒΑ. Ἀλλ' ὡς ἡ ΔΒ πρὸς ΒΕ, οὕτως ἡ ΓΒ πρὸς ΔΒ. Καὶ ὡς ἄρα ἡ ΓΒ πρὸς ΒΔ, ἡ ΒΔ πρὸς ΒΕ, καὶ ἡ ΕΒ πρὸς ΒΑ. Ὅπερ ἔδει εὑρεῖν.

Γράφεται δὲ ἡ παραϐολὴ διὰ τοῦ εὑρεθέντος διαϐήτου τῷ Μιλησίῳ Μηχανικῷ Ἰσιδώρῳ τῷ ἡμετέρῳ Διδασκάλῳ, γραφέντος δὲ ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ γενόμενον αὐτῷ Ὑπόμνημα τοῦ Ἥρωνος [a] καμαρικῶν.

Η ΑΡΧΥΤΟΥ ΕΥΡΕΣΙΣ, ΩΣ ΕΥΔΗΜΟΣ ΙΣΤΟΡΕΙ.

Ἔστωσαν αἱ δοθεῖσαι δύο εὐθεῖαι [b] αἱ ΑΔ, Γ. Δεῖ δὴ [c] τῶν ΑΔ, Γ δύο μέσας ἀνάλογον εὑρεῖν. Γεγράφθω περὶ τὴν μείζονα τὴν ΑΔ κύκλος ὁ ΑΒΔΖ· καὶ τῇ Γ ἴση ἐνηρμόσθω ἡ ΑΒ· καὶ ἐκϐληθεῖσα συμπιπτέτω τῇ ἀπὸ τοῦ Δ ἐφαπτομένῃ τοῦ κύκλου κατὰ τὸ Π· παρὰ δὲ τὴν ΠΔ ἤχθω ἡ ΒΕΖ. Καὶ νενοήσθω ἡμικυλίνδριον ὀρθὸν ἐπὶ τοῦ ΑΒΔ ἡμικυκλίου· ἐπὶ δὲ τῆς ΑΔ ἡμικύκλιον ὀρθὸν, ἐν τῷ τοῦ ἡμικυλινδρίου παραλληλογράμμῳ κείμενον. Τοῦτο δὲ τὸ ἡμικύκλιον περιαγόμενον, ὡς ἀπὸ τοῦ Δ ἐπὶ τὸ Β, μένοντος τοῦ Α πέρατος τῆς διαμέτρου [d] τέμνει τὴν κυλινδρικὴν ἐπιφάνειαν ἐν τῇ περιαγωγῇ, καὶ γράψει ἐν αὐτῇ γραμμήν τινα. Πάλιν δὲ ἐὰν, τῆς ΑΔ μενούσης, τὸ ΑΠΔ τρίγωνον περιενεχθῇ τὴν ἐναντίαν τῷ ἡμικυκλίῳ κίνησιν, κωνικὴν ποιήσει ἐπιφάνειαν [e] τῇ ΑΠ εὐθείᾳ, ἣ δὴ περιαγομένη συμϐαλεῖ τῇ κυλινδρικῇ γραμμῇ κατά τι σημεῖον· ἅμα δὲ καὶ τὸ Β περιγράψει ἡμικύκλιον ἐν τῇ τοῦ κώνου ἐπιφανείᾳ. Ἐχέτω δὲ θέσιν κατὰ τὸν τόπον τῆς συμπτώσεως τῶν γραμμῶν τὸ κινούμενον ἡμικύκλιον, ὡς τὴν τοῦ ΔΚΑ· τὸ δὲ ἀντιπεριαγόμενον τρίγωνον τὴν τοῦ ΔΛΑ· τὸ δὲ τῆς εἰρημένης συμπτώσεως σημεῖον ἔστω τὸ Κ. Ἔστω δὲ καὶ τὸ διὰ τοῦ Β γραφόμενον ἡμικύκλιον τὸ ΒΜΖ, κοινὴ δὲ αὐτοῦ τομὴ καὶ τοῦ ΒΔΖΑ κύκλου ἔστω ἡ ΒΖ· καὶ ἀπὸ τοῦ Κ ἐπὶ τὸ τοῦ ΒΔΑ ἡμικυκλίου ἐπίπεδον κάθετος ἤχθω, πεσεῖται δὴ ἐπὶ τὴν τοῦ κύκλου περιφέρειαν, διὰ τὸ ὀρθὸν ἑστάναι τὸν κύλινδρον. Πιπτέτω, καὶ ἔστω ἡ ΚΙ· καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ Ι ἐπὶ τὸ Α ἐπιζευχθεῖσα συμϐαλέτω τῇ ΒΖ κατὰ τὸ Θ· ἡ δὲ ΑΛ τῷ ΒΜΖ ἡμικυκλίῳ κατὰ τὸ Μ· ἐπεζεύχθωσαν δὲ



tur autem circa axem BE parabole, ita ut quæ ad BE ducuntur, poſſint ſpatia, quæ ipſi BΓ applicantur. Rurſuſque circa axem BΔ parabole deſcribatur, ita ut quæ ad ΔB ducuntur, poſſint ſpatia, quæ applicantur ipſi AB. Hæ parabolæ utique invicem ſecantur. Secentur in puncto Z: et ducantur a puncto Z normales ZΔ, ZE. Quoniam igitur ducta eſt in parabola ZE, hoc eſt ΔB, ſpatium, quod ſub ΓBE continetur, æquale eſt quadrato, quod a BΔ deſcribitur. Propterea ut ΓB ad BΔ, ita ſe habet ΔB ad BE. Rurſus quoniam ducta eſt in parabola ZΔ, hoc eſt EB, ſpatium, quod ſub ΔBA continetur, æquale eſt quadrato, quod ab EB deſcribitur. Propterea ut ΔB ad BE, ita ſe habet BE ad BA. Ut autem ΔB ad BE, ita ſe habet ΓB ad ΔB. Igitur etiam ut ΓB ad ΔB, ita ſe habet BΔ ad BE, et EB ad BA. Quas invenire oportebat.

Deſcribitur autem parabole circini ope ab Iſidoro Mileſio Mechanico Præceptore noſtro inventi, effictique in Commentario, quem in Heronis librum de fornicatis parietibus conſcripſit.

QUA ARCHITAS, UT EUDEMUS TRADIT.

Sint datæ duæ rectæ AΔ, Γ. Oportet autem duas inter AΔ, Γ proportionales medias invenire. Deſcribatur circa majorem AΔ circulus ABΔZ; eique AB accommodetur Γ ipſi æqualis; quæ quidem producta concurrat in puncto Π cum recta circulum ad punctum Δ contingente: ducaturque BEZ contingenti ΠΔ parallela. Intelligatur autem rectus eſſe ad ſemicirculum quidem ABΔ ſemicylindrus; ad rectam vero AΔ ſemicirculus, idemque in ſemicylindri parallelogrammo poſitus. Itaque hic ſemicirculus ſi, manente diametri termino A, a puncto Δ verſus B circumagatur, cylindricam ſuperficiem ſecabit, et lineam quamdam in ipſa deſcribet. Rurſus autem ſi, manente AΔ, circumagatur triangulum AΠΔ motu priori illi contrario, conicam ſuperficiem deſcribet recta AΠ; quæ quidem circumacta in puncto aliquo cum cylindrica ſuperficie concurret; dum punctum ejus B ſemicirculum in conica ſuperficie deſcribet. Ubi igitur primum hæ lineæ invicem concurrunt, circumactus quidem ſemicirculus eodem, quo ΔKA, ſitu jaceat; triangulum vero huic occurrens eodem, quo ΔΛA: et in quo concurrunt puncto, hoc ſit K. Porro ſemicirculus, qui a puncto B deſcribitur, ſit BMZ; communiſque ipſius, et circuli BΔZA ſectio, BZ: et ducetur a puncto K ad ſemicirculi BΔA planum normalis; quæ utique, cum cylindrus rectus ſit, in circuli circumferentiam cadet. Itaque cadat, eaque ſit KI: et occurrat recta quidem, quæ a puncto I ad A jungitur, ipſi BZ in puncto Θ; recta vero AΛ ſemicirculo BMZ in puncto M: rectæque jungantur KΔ,

[a] μακαρικῶν [b] αἱ ΑΒΓ [c] τῶν ΑΒΓ [d] τεμεῖ [e] τῆς ΑΠ εὐθείας, αἱ δὲ

MI, MΘ. Quoniam igitur uterque ſemicirculus ΔKA, BMZ rectus ad ſubjectum planum eſt, communis etiam ipſorum ſectio MΘ ad planum circuli eſt recta: quare MΘ recta etiam eſt ad BZ. Quod igitur ſpatium ſub ΘB, ΘZ continetur; hoc eſt illud, quod continetur ſub ΘA, ΘI, id quadrato æquale eſt, quod a MΘ deſcribitur. Hinc triangulum AMI utrique horum eſt ſimile MIΘ, MAΘ; rectuſque angulus IMA. Eſt autem rectus etiam angulus ΔKA. Parallelæ ſunt igitur KΔ, MI. Et propter triangulorum ſimilitudinem, ut ΔA ad AK, hoc eſt, ut KA ad AI, ita ſe habebit IA ad AM. Hæ igitur quatuor ΔA, AK, AI, AM proportionales deinceps ſunt. Æqualis eſt autem AM ipſi Γ, quoniam et ipſi AB æqualis eſt. Datis igitur duabus AΔ, Γ, duæ proportionales mediæ inventæ ſunt AK, AI.

QUA ERATOSTHENES.

Eratoſthenes Regi Ptolemæo Salutem.

Veterum tragœdorum quemdam introduxiſſe Minoem ferunt ſepulchrum Glauco extruentem. Qui cum percontando audiſſet centum illud pedes quaquaverſum patere; exiguum refers, inquit, regii ſepulchri modum; duplum id fiat. Cum autem cujuſque lateris craſſitudinem duplicaſſet; ſervata licet cubi figura, tamen erraſſe viſus eſt. Si enim ſolidi alicujus latera duplicaveris, ſuperficies quidem quadrupla fiet, ſolidum vero ipſum, octuplum. Quocirca illud a Geometris quæſitum eſt, quomodo aliquis datum ſolidum, eadem ſervata figura, duplicaret. Problema autem hujuſmodi cubi duplicatio vocabatur: quippe, cubo propoſito, qua illud ratione duplicari poſſet, quærebatur. Porro cum cæteri omnes diu de re hac ſuſpenſi fuiſſent, primus animadvertit Hippocrates Chius, ſi, datis duabus rectis, quarum major dupla minoris eſſet, ratio aliqua inveniretur duas proportionales medias proportione continua ſumendi; tunc cubum duplicatum iri: quo factum eſt, ut difficultas illa in aliam haud minorem difficultatem abierit. Tempore autem poſt aliquo, cum Delii, ingruente morbo, juſſi eſſent ab oraculo quamdem aram duplicare, in eamdem hanc difficultatem incidiſſe dicuntur. Itaque ad Geometras, qui tum in Platonis Academia florebant, quoſdam oratum miſere, ut rem ſibi expedirent. Hi autem cum animum in id acriter intendiſſent, quæſiſſentque, ſi qua ratio iniri poſſet, datis duabus rectis, duas medias ſumendi; dicuntur Architas Tarentinus, et Eudoxus propoſitum confeciſſe; alter quidem per ſemicylindros, alter vero per lineas, quæ curvæ vocantur. Verum contigit, ut hi, aliique omnes rem quidem demonſtrando aperire, non vero manu perficere, et uſui accommodare potuerint; niſi forte aliquo modo Menechmus, et hic quidem ipſe ſatis operoſe. Ego autem inſtrumentum quoddam facile excogitavi, cujus ope inter datas duas rectas non modo duæ mediæ, ſed quot quis imperaverit, invenientur. Porro id cum aſſecuti ſimus, generaliter quis poterit datum ſolidum parallelogrammis comprehenſum in cubum, aut ſimile aliud ſolidum mutare, ſervataque ſimilitudine augere. Quinetiam poterit templa Deum, et aras, et humidorum ſiccorumque menſuras, puta metretam et medimnum, mutare in cubum; et per hujus latus vaſa horum capacia metiri, quantum unumquodque contineat. Præterea inſtrumentum hoc iis quoque utile erit, qui catapultas, baliſtaſque augere volent. Hæc enim omnia proportionaliter au-

καὶ αἱ ΚΔ, ΜΙ, ΜΘ. Ἐπεὶ οὖν ἑκάτερον τῶν ΔΚΑ, ΒΜΖ ἡμικυκλίων ὀρθόν ἐστι πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἐπίπεδον, καὶ ἡ κοινὴ ἄρα αὐτῶν τομὴ ἡ ΜΘ πρὸς ὀρθάς ἐστι τῷ τοῦ κύκλου ἐπιπέδῳ· ὥστε καὶ πρὸς τὴν ΒΖ ὀρθή ἐστιν ἡ ΜΘ. Τὸ ἄρα [w] ὑπὸ τῶν ΘΒ, ΘΖ, τουτέστι τὸ ὑπὸ ΘΑ, ΘΙ, ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ ΜΘ. Ὅμοιον ἄρα τὸ ΑΜΙ τρίγωνον ἑκατέρῳ τῶν ΜΙΘ, ΜΑΘ· καὶ ὀρθὴ ἡ ὑπὸ ΙΜΑ. Ἔστι δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ΔΚΑ ὀρθή. Παράλληλοι ἄρα εἰσὶν αἱ ΚΔ, ΜΙ. [x] Καὶ ἔσται ἀνάλογον, ὡς ἡ ΔΑ πρὸς ΑΚ, τουτέστιν ἡ ΚΑ πρὸς ΑΙ, οὕτως ἡ ΙΑ πρὸς ΑΜ, διὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν τριγώνων. Τέσσαρες ἄρα αἱ ΔΑ, ΑΚ, ΑΙ, ΑΜ ἑξῆς ἀνάλογόν εἰσι. Καί ἐστιν ἡ ΑΜ ἴση τῇ Γ, ἐπεὶ καὶ τῇ ΑΒ. Δύο ἄρα δοθεισῶν τῶν ΑΔ, Γ δύο μέσαι ἀνάλογον [y] εὕρηνται αἱ ΑΚ, ΑΙ.


[z] ΩΣ ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΗΣ.

Βασιλεῖ Πτολεμαίῳ Ἐρατοσθένης χαίρειν.

Τῶν ἀρχαίων τινὰ τραγῳδοποιῶν φασιν, εἰσαγαγεῖν τὸν Μίνω τῷ Γλαύκῳ κατασκευάζοντα τάφον. Πυθόμενον δὲ ὅτι πανταχοῦ ἑκατόμπεδος εἴη, εἰπεῖν, μικρόν γ' ἔλεξας βασιλικοῦ σηκὸν τάφου, διπλάσιος ἔστω. [a] Τοῦ δὲ τοῦ κύβου μὴ σφαλεὶς, διπλασίαζον ἕκαστον κῶλον ἐν τάχει τάφου, ἐδόκει διημαρτηκέναι. Τῶν [b] γὰρ πλευρῶν διπλασιασθεισῶν, τὸ μὲν ἐπίπεδον [c] γίνεται τετραπλάσιον, τὸ δὲ στερεὸν ὀκταπλάσιον. Ἐζητεῖτο δὲ καὶ παρὰ τοῖς Γεωμέτραις, τίνα ἄν τις τρόπον τὸ δοθὲν στερεὸν διαμένον ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι διπλασιάσειεν. Καὶ ἐκαλεῖτο τὸ τοιοῦτον πρόβλημα, κύβου διπλασιασμός· ὑποθέμενοι γὰρ κύβον, ἐζήτουν τοῦτον διπλασιάσαι. Πάντων δὲ διαπορούντων ἐπὶ πολὺν χρόνον, πρῶτος Ἱπποκράτης ὁ Χῖος ἐπενόησεν, ὅτι ἐὰν εὑρεθῇ δύο εὐθειῶν γραμμῶν, ὧν ἡ μείζων τῆς ἐλάσσονος ᾖ διπλασία, δύο μέσας ἀνάλογον λαβεῖν ἐν συνεχεῖ ἀναλογίᾳ, διπλασιασθήσεται ὁ κύβος· ὥστε τὸ ἀπόρημα αὐτὸ εἰς ἕτερον οὐκ ἔλασσον ἀπόρημα κατέστρεφεν. Μετὰ χρόνον δέ [c] τινάς φασι Δηλίους, ἐκβαλλομένους [d] νόσῳ, κατὰ χρησμὸν διπλασιάσαι τινὰ τῶν βωμῶν [e] ἐπιταχθέντας, ἐμπεσεῖν εἰς τὸ αὐτὸ ἀπόρημα. [f] Διαπεμψαμένους δὲ, τοὺς παρὰ τῷ Πλάτωνι ἐν Ἀκαδημίᾳ Γεωμέτρας ἀξιοῦν αὐτοῖς εὑρεῖν τὸ ζητούμενον. Τῶν δὲ φιλοπόνως ἐπιδιδόντων ἑαυτοὺς, καὶ ζητούντων, [g] δύο δοθεισῶν δύο μέσας λαβεῖν, Ἀρχύτας μὲν ὁ Ταραντῖνος λέγεται διὰ τῶν ἡμικυλίνδρων εὑρηκέναι. Εὔδοξος δὲ διὰ τῶν καλουμένων καμπύλων γραμμῶν. Συμβέβηκε δὲ πᾶσιν αὐτοῖς ἀποδεικτικῶς [h] γεγραφέναι, χειρουργῆσαι δὲ, καὶ εἰς χρείαν πεσεῖν μὴ δύνασθαι· πλὴν ἐπὶ βραχύ τι τοῦ Μεναίχμου, καὶ ταῦτα δυσχερῶς. Ἐπινενόηται δέ τις ὑφ' ἡμῶν [i] ὀργανικὴ ῥᾳδία, δι' ἧς εὑρήσομεν, δύο τῶν δοθεισῶν οὐ μόνον δύο μέσας, ἀλλ' ὅσας ἄν τις ἐπιτάξῃ. Τούτου δ' εὑρισκομένου, δυνησόμεθα καθόλου τὸ δοθὲν στερεὸν παραλληλογράμμοις περιεχόμενον εἰς κύβον καθιστάναι, ἢ ἐξ ἑτέρου εἰς ἕτερον [k] σχηματίζειν, καὶ ὅμοιον ποιεῖν, καὶ ἐπαύξειν διατηροῦντας τὴν ὁμοιότητα. Ὥστε καὶ βωμοὺς, καὶ ναοὺς, δυνησόμεθα δὲ καὶ τὰ τῶν ὑγρῶν μέτρα, καὶ ξηρῶν, λέγω δὲ οἷον μετρητὴν ἢ μέδιμνον, εἰς κύβον [l] καθιστάναι, καὶ διὰ τῆς τούτου πλευρᾶς ἀναμετρεῖν τὰ τούτων δεκτικὰ ἀγγεῖα, πόσον χωρεῖ. Χρήσιμον δὲ ἔσται τὸ ἐπινόημα, καὶ τοῖς βουλομένοις ἐπαύξειν καταπαλτικὰ, καὶ λιθοβόλα ὄργανα. Δεῖ γὰρ ἀνάλο-

[w] ὑπὸ τῶν ΘΒΖ τουτέστι τὸ ὑπὸ ΘΑΙ, ἴσον [x] καὶ ἔστω [y] εὕρηνται [z] Ὡς Ἐρατοσθένης φασὶ [a] τοῦ δὲ τοῦ καλοῦ μὴ σφαλεὶς διπλασίαζε ἕκαστον κῶλον ἐν τάχει τάφου [b] γὰρ [c] τινὰς φασὶ [d] νόσῳ in MS. deest. [e] in MS. ἐπιταχθέντας deest. [f] διαπεμψαμένους [g] δύο τῶν δοθεισῶν [h] ἀπογεγράφθαι [i] ὀργανικὴ λῆψις ῥᾳδία [k] μετασχηματίζειν [l] καθιστάσθαι

γὰρ ἅπαντα αὐξηθῆναι, καὶ τὰ πάχη, καὶ τὰ μεγέθη, καὶ τὰς [m] κατατρήσεις, καὶ τὰς χοινικίδας, καὶ τὰ ἐμβαλλόμενα νευρά, εἰ μέλλει καὶ ἡ βολὴ ἀνάλογον ἐπαυξηθῆναι. Ταῦτα δὲ οὐ δυνατὰ γενέσθαι ἄνευ τῆς τῶν μέσων εὑρέσεως. Τὴν δὲ ἀπόδειξιν καὶ τὴν κατασκευὴν τοῦ λεχθέντος ὀργάνου ὑπογέγραφά σοι. Δεδόσθωσαν δύο ἄνισοι εὐθεῖαι, ὧν δεῖ δύο μέσας ἀνάλογον εὑρεῖν, ἐν συνεχεῖ ἀναλογίᾳ, αἱ ΑΕ, ΔΘ. Καὶ κείσθω ἐπί τινος εὐθείας τῆς ΕΘ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΑΕ· καὶ ἐπὶ τῆς ΕΘ τρία συνεστάτω παραλληλόγραμμα ἐφεξῆς, τὰ ΑΖ, ΖΙ, ΙΘ· καὶ ἤχθωσαν διάμετροι ἐν αὐτοῖς, αἱ ΑΖ, ΛΗ, ΙΘ· ἔσονται δὲ αὗται παράλληλοι. Μένοντος δὲ τοῦ μέσου παραλληλογράμμου τοῦ ΖΙ, συνωσθήτω, τὸ μὲν ΑΖ ἐπάνω τοῦ μέσου, τὸ δὲ ΙΘ ὑποκάτω, καθάπερ ἐπὶ τοῦ δευτέρου σχήματος, ἕως οὗ γένηται τὰ Α, Β, Γ, Δ κατ' εὐθεῖαν· καὶ διήχθω διὰ τῶν Α, Β, Γ, Δ [n] σημείων εὐθεῖα, καὶ συμπιπτέτω τῇ ΕΘ ἐκβληθείσῃ κατὰ τὸ Κ. [o] Ἔσται δὴ ὡς ἡ ΑΚ πρὸς ΚΒ, ἐν μὲν ταῖς ΑΕ, ΖΒ παραλλήλοις, ἡ ΕΚ πρὸς ΚΖ· ἐν δὲ ταῖς ΑΖ, ΒΗ παραλλήλοις, ἡ ΖΚ [p] πρὸς ΚΗ. Ὡς ἄρα ἡ ΑΚ πρὸς ΚΒ, ἡ ΕΚ πρὸς ΚΖ, καὶ ἡ ΚΖ πρὸς ΚΗ. Πάλιν ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ ΒΚ πρὸς ΚΓ, ἐν μὲν ταῖς ΒΖ, ΓΗ παραλλήλοις, ἡ ΖΚ πρὸς ΚΗ· ἐν δὲ ταῖς ΒΗ, ΓΘ παραλλήλοις, ἡ ΗΚ πρὸς ΚΘ· ὡς ἄρα ἡ ΒΚ πρὸς ΚΓ, ἡ ΖΚ πρὸς ΚΗ, καὶ ἡ ΗΚ πρὸς ΚΘ. Ἀλλ' ὡς ἡ ΖΚ πρὸς ΗΚ, ἡ ΕΚ πρὸς ΚΖ. Καὶ ὡς ἄρα ἡ ΕΚ πρὸς ΚΖ, ἡ ΖΚ πρὸς ΚΗ, καὶ ἡ ΗΚ πρὸς ΚΘ. Ἀλλ' ὡς ἡ ΕΚ πρὸς ΚΖ, ἡ ΑΕ πρὸς ΒΖ· ὡς δὲ ἡ ΖΚ πρὸς ΚΗ, [q] ἡ ΒΖ πρὸς ΓΗ· ὡς δὲ ἡ ΗΚ πρὸς ΚΘ, ἡ ΓΗ πρὸς ΔΘ. Καὶ ὡς ἄρα ἡ ΑΕ πρὸς ΒΖ, ἡ ΒΖ πρὸς ΓΗ, καὶ ἡ ΓΗ πρὸς ΔΘ. [r] Ηὕρηνται ἄρα τῶν ΑΕ, ΔΘ δύο μέσαι, ἥ τε ΒΖ καὶ ἡ ΓΗ.



Ταῦτα οὖν ἐπὶ τῶν γεωμετρουμένων ἐπιφανειῶν [s] ἀποδέδεικται. Ἵνα δὲ καὶ ὀργανικῶς δυνώμεθα τὰς δύο μέσας λαμβάνειν, διαπήγνυται πλινθίον ξύλινον, ἢ ἐλεφάντινον, ἢ χαλκοῦν ἔχον τρεῖς [t] πινακίσκους ἴσους ὡς λεπτοτάτους· ὧν ὁ μὲν μέσος ἐνήρμοσται, οἱ δὲ δύο ἐπωστοί εἰσιν ἐν χολέδραις, τοῖς δὲ μεγέθεσι καὶ ταῖς συμμετρίαις, ὡς ἕκαστοι ἑαυτοὺς πείθουσι. Τὰ μὲν γὰρ τῆς ἀποδείξεως ὡσαύτως συντελεῖται. Πρὸς δὲ τὸ ἀκριβέστερον λαμβάνεσθαι τὰς γραμμὰς φιλοτεχνητέον, ἵνα ἐν τῷ συνάγεσθαι τοὺς πινακίσκους παράλληλα διαμένῃ πάντα, καὶ ἄσχιστα, καὶ [u] ὁμαλῶς συναπτόμενα ἀλλήλοις. Ἐν δὲ τῷ ἀναθήματι, τὸ μὲν ὀργανικὸν χαλκοῦν ἐστι, καὶ καθήρμοσται ὑπ' αὐτὴν τὴν στεφάνην τῆς στήλης προς [w] μεμολυβδοχημένον. Ὑπ' αὐτοῦ δὲ ἡ ἀπόδειξις συντομώτερον φραζομένη, καὶ τὸ σχῆμα, μετ' αὐτὸ δὲ ἐπίγραμμα. Ὑπογεγράφθω οὖν σοι καὶ ταῦτα, ἵνα ἔχῃς καὶ ὡς ἐν τῷ ἀναθήματι. Τῶν δὲ δύο σχημάτων τὸ δεύτερον γέγραπται ἐν τῇ στήλῃ.

Δύο τῶν δοθεισῶν εὐθειῶν δύο μέσας ἀνάλογον εὑρεῖν ἐν συνεχεῖ ἀναλογίᾳ. Δεδόσθωσαν αἱ ΑΕ, ΔΘ. Συνάγω δὴ

genda ſunt, craſſitudines, magnitudines, foramina, ſchoenicides, quique iis inferuntur funes; ſiquidem jactus ipſe augeri proportionaliter debeat. Neque vero hoc fieri poteſt, quin mediæ inveniantur. Sed inſtrumenti, quod diximus, conſtructionem, demonſtrationemque hic tibi deſcriptam ſubjeci. Datæ ſint inæquales duæ rectæ, quas inter duas proportionales medias proportione continua invenire oporteat, AE, ΔΘ. Ponatur AE ad rectos angulos ſuper recta aliqua EΘ: et excitentur ſuper EΘ tria parallelogramma deinceps poſita AZ, ZI, IΘ: ducanturque in iiſdem diametri AZ, ΛH, IΘ; quæ quidem parallelæ invicem erunt. Itaque, manente medio parallelogrammo ZI, propellantur extrema, alterum quidem ſupra medium, alterum vero infra; ut in ſecunda figura, donec puncta A, B, Γ, Δ in directo jaceant: et ducatur per hæc puncta A, B, Γ, Δ recta, quæ cum EΘ producta in puncto K concurrat. Igitur ut AK ad KB, ita ſe habebit; in parallelis quidem AE, ZB; EK ad KZ; in parallelis vero AZ, BH; ZK ad KH. Quare ut AK ad KB, ita ſe habebit EK ad KZ et KZ ad KH. Rurſus quoniam ut BK ad KΓ, ita ſe habet; in parallelis quidem BZ, ΓH; ZK ad KH; in parallelis vero BH, ΓΘ; HK ad KΘ; ideo ut BK ad KΓ, ita ſe habebit ZK ad KH, et HK ad KΘ. Ut autem ZK ad KH, ita ſe habet EK ad KZ. Igitur ut EK ad KZ, ita etiam ſe habebit ZK ad KH, et HK ad KΘ. Se habet autem, ut EK quidem ad KZ, ita AE ad BZ; ut ZK vero ad KH, ita BZ ad ΓH; denique ut HK ad KΘ, ita ΓH ad ΔΘ. Se habet igitur, ut AE ad BZ, ita BZ ad ΓH, et ΓH ad ΔΘ. Inventæ ſunt igitur inter duas AE, ΔΘ duæ mediæ BZ et ΓH.


Atque hæc quidem in geometricis ſuperficiebus demonſtrata ſunt. Ut autem etiam per inſtrumentum duæ mediæ ſumi poſſint, laterculus elaboretur vel ligneus, vel eburneus, vel æreus, in quo æquales tres tabellæ ſint quam maxime exiles; quarum media fixa ſit, duæ vero aliæ in ſtrigibus mobiles, ea magnitudine, eaque forma, qua cuique libuerit. Quod autem ad demonſtrationem attinet, ea ſimiliter conficietur. Illud vero diligenter animadvertendum eſt, ut tabellis invicem ſubeuntibus, cœtera omnia parallela maneant, eademque non hiantia, ſed æqua lege inter ſe aptata et connexa. In donario inſtrumentum æreum eſt, idque plumbo ferruminatum ſub ipſa columnæ corona collocatum fuit. Demonſtratio infra ipſum eſt breviore ſermone peracta, itemque figura, et poſt ipſam epigramma. Igitur hæc quoque ſubjiciantur; quo rem, etiam ut in donario eſt, cognoſcas. Duarum autem figurarum ſecunda in columna inſculpta eſt.

Datis duabus rectis, duas proportionales medias proportione continua invenire. Datæ ſint AE, ΔΘ. Col-

[m] κατατρήσεις [n] In MS. σημείων deeſt. [o] Ἔσται KZ, ἡ AE πρὸς BE. Ὡς δὲ ἡ ZK πρὸς KN, ἡ BZ πρὸς ΓH. [p] πρὸς KN [q] καὶ ἡ HK πρὸς KΘ, ἀλλ' ὡς ἡ EK πρὸς KZ. Ὡς δὲ ἡ KH πρὸς KΘ, ἡ KΓ πρὸς ΔΘ. Καὶ [r] εὕρηται
[s] ἀποδέδεικται pro ἀποδείκνυται ex MS. [t] πινακίσκας [u] ὁμαλὸς [w] μεμολυβδοχημένον

ligo tabellas, quæ in inſtrumento ſunt, donec puncta A, B, Γ, Δ in directo jaceant: quæ utique intelligantur ita ſe habere, ut eſt in figura ſecunda. Ut igitur AK ad KB, ita ſe habet; in parallelis quidem AE, BZ; EK ad KZ; in parallelis vero AZ, BH; ZK ad KH. Quare ut EK ad KZ, ita ſe habet KZ ad KH: et ut

τοὺς ἐν τῷ ὀργάνῳ πίνακας, ἕως ἂν κατ' εὐθεῖαν γένηται τὰ Α, Β, Γ, Δ σημεῖα· ποιοῦσι δὲ, ὡς ἔχει ἐπὶ τοῦ δευτέρου σχήματος. Ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΑΚ πρὸς ΚΒ, ἐν μὲν ταῖς ΑΕ, ΒΖ παραλλήλοις, ἡ ΕΚ πρὸς ΚΖ· ἐν δὲ ταῖς ΑΖ, ΒΗ, ἡ ΖΚ πρὸς ΚΗ. Ὡς ἄρα ἡ ΕΚ πρὸς ΚΖ, ἡ



ipſæ inter ſe invicem, ita AE ad BZ, et BZ ad ΓH. Eodem modo id quoque demonſtrabitur, ut ZB ad ΓH, ita ſe habere ΓH ad ΔΘ. Proportionales ſunt igitur AE, BZ, ΓH, ΔΘ: et propterea inter datas duas rectas duæ mediæ inventæ ſunt. Quod ſi datæ rectæ æquales ipſis AE, ΔΘ non fuerint; ubi proportionales AE, ΔΘ illis fecerimus, duas inter has ſumemus proportionales medias; regrediendoque ad illas mandatum perficiemus. Sin autem jubeamur plures adhuc medias invenire; diſpoſitis utique in inſtrumento tabellis una pluribus, quam quæ inveniri debent mediæ, id aſſequemur. Cujus rei demonſtratio eadem eſt.

ΚΖ πρὸς ΚΗ· ὡς δὲ αὗται [x] πρὸς ἀλλήλας, ὅτι ἡ ΑΕ πρὸς ΒΖ, καὶ ἡ ΒΖ [y] πρὸς ΓΗ. Ὡσαύτως δὲ δείξομεν, ὅτι καὶ ὡς ἡ ΖΒ πρὸς ΓΗ, ἡ ΓΗ πρὸς ΔΘ. Ἀνάλογον ἄρα αἱ ΑΕ, ΒΖ, ΓΗ, ΔΘ· εὕρηνται ἄρα δύο τῶν δοθεισῶν δύο μέσαι. Ἐὰν δὲ αἱ δοθεῖσαι μὴ ἴσαι ὦσι ταῖς ΑΕ, ΔΘ, ποιήσαντες αὐταῖς ἀνάλογον τὰς ΑΕ, ΔΘ, τούτων ληψόμεθα τὰς μέσας, καὶ ἐπανοίσομεν ἐπ' ἐκείνας, καὶ ἐσόμεθα πεποιηκότες τὸ ἐπιταχθέν. Ἐὰν δὲ πλείους μέσας ἐπιταχθῇ εὑρεῖν, εἰ ἐπὶ πλείους πινακίσκους κατασκευάσομεθα ἐν τῷ ὀργάνῳ τῶν λαμβανομένων μέσων, ταυτὸν γενήσεται. Ἡ δὲ ἀπόδειξις ἡ αὐτή.

Εἰ κύβον ἐξ ὀλίγου διπλάσιον, ὠγαθὲ, τεύχειν
  Φράζεαι, τὴν στερεὴν πᾶσαν ἐς ἄλλο φύσιν
Εὖ μεταμορφῶσαι, τὸ δέ τοι πάρα, κἂν σύ γε μάνδρην,
  Ἢ σίρον, ἢ κοίλου φρείατος εὐρὺ κύτος
Τῇδ' ἀναμετρήσαιο, μέσας ὅτε τέρμασιν ἄκροις
  Συνδρομάδας δισσῶν ἐντὸς ἕλῃς κανόνων.
Μὴ δὲ σύ γ' Ἀρχύτεω δυσμήχανα ἔργα κυλίνδρων,
  Μὴ δὲ Μεναιχμείους κωνοτομεῖν τριάδας
Δίζηαι· μηδ' εἴ τι θεουδέος Εὐδόξοιο
  Καμπύλον ἐν γραμμαῖς εἶδος ἀναγράφεται.
Τοῖσδε δ' ἐν πινάκεσσι μεσόγραφα μυρία τεύχοις
  Ῥεῖά κεν, ἐκ παύρου πυθμένος ἀρχόμενος.
Εὐαίων [z] Πτολεμαῖε πατὴρ, ὅτι παιδὶ [a] συνηβῶν
  Πάνθ' ὅσα καὶ μούσαις καὶ βασιλεῦσι φίλα
Αὐτὸς ἐδωρήσω. τὸ δ' ἐς ὕστερον, οὐράνιε Ζεῦ,
  Καὶ σκήπτρων ἐκ σῆς ἀντιάσειε [b] χερός.
Καὶ τὰ μὲν ὡς τελέοιτο, λέγοι δέ τις [c] ἄνθεμα λεύσσων·
  Τοῦ Κυρηναίου τοῦτ' Ἐρατοσθένεος.

QUA NICHOMEDES
In libro de lineis conchoidibus.

Deſcribit etiam Nicodemes in libro, quem de conchoidibus lineis inſcripſit, inſtrumenti cujuſdam conſtructionem, cujus ope eadem res abſolvitur. Quo quidem in libro magnifice ſeſe jactare videtur, et Eratoſthenis inventa irridere, utpote quæ ardua ſunt, minuſque Geometrica. Itaque ut iis, qui problemati huic operam dederunt, grata res fiat, ſimulque Nicomedes cum Eratoſthene conferri poſſit, cœteris, quos adhuc attulimus, hunc quoque adjungimus hoc fere modo ſcribentem. Intelligendæ ſunt duæ regulæ ad angulos in-

ΩΣ ΝΙΚΟΜΗΔΗΣ
Ἐν τῷ περὶ κογχοειδῶν γραμμῶν.

Γράφει δὲ καὶ Νικομήδης, ἐν τῷ [d] ἐπιγεγραμμένῳ πρὸς αὐτοῦ περὶ κογχοειδῶν συγγράμματι, ὀργάνου κατασκευὴν τὴν αὐτὴν ἀποπληροῦντος [e] χρείαν. Ἐφ' ᾧ καὶ μεγάλα μὲν σεμνυνόμενος φαίνεται ὁ ἀνὴρ, πολλὰ δὲ τοῖς Ἐρατοσθένους ἐπιχλευάζων εὑρήμασιν, ὡς ἀμηχάνοις τε ἅμα καὶ γεωμετρικῆς [f] ἕξεως ἐστερημένοις, [g] τοῦτε ἀπολλενεῖς. Τῶν τοίνυν περὶ τὸ πρόβλημα πονησάντων, τοῖς τε πρὸς Ἐρατοσθένη συγκρίσεως ἕνεκα, καὶ αὐτὸν τοῖς ἄνω γεγραμμένοις συνάψομεν δυνάμει γράφοντα οὕτως.


[x] πρὸς ἀλλήλας εἰσὶν [y] πρὸς ΚΗ [z] Ita MS. [a] Ita MS. [b] χειρὸς [c] ἀνθ' ἱμαλαίσιν [d] περιγεγραμμένῳ [e] χρείας [f] ἕξεως pro δέξιως ex MS. [g] τοῦτε ἀπολλενεῖς pro -οῦ τ' ἐὰν ὄλλεισιν ex MS.


Νοείσθωσαν δύο κανόνες πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλοις συμβεβλημένοι οὕτως, ὥστε μίαν ἀποτελεῖν αὐτοὺς ἐπιφάνειαν καθάπερ εἰσὶν οἱ ΑΒ, ΓΔ· ἐν δὲ τῷ ΑΒ σωλὴν [h] πελεκινοειδής, ἐν ᾧ χελώνιον διατρέχειν δύναται. Ἐν δὲ τῷ ΓΔ κατὰ τὸ μέρος τὸ πρὸς τὸ Δ, [i] ἐς γραμμῇ τῇ διαιρούσῃ δίχα τὸ πλάτος αὐτοῦ, κυλίνδριον συμφυὲς τῷ κανόνι, καὶ βραχὺ ὑπερέχον τῆς ἄνωθεν ἐπιφανείας αὐτοῦ τοῦ κανόνος. Ἄλλον κανόνα, ὡς τὸν ΕΖ, μετὰ βραχύ τι διάστημα τοῦ πρὸς τὸ Ζ πέρατος ἀποτομὴν ἔχοντα, ὡς τὴν ΗΘ, δυναμένην [k] περιβαίνειν τῷ πρὸς τὸ Δ κυλινδρίῳ· πρὸς δὲ τῷ Ε ὀπὴν στρογγύλην, ἥ τις ἐναρμόσεται εἰς τὸ ἀξόνιον, συμφυὲς τῷ διατρέχοντι χελωνίῳ ἐν τῷ πελεκινοειδεῖ σωλῆνι, τῷ ὄντι ἐν τῷ ΑΒ κανόνι. Ἐναρμοσθέντος τοίνυν τοῦ ΕΖ κανόνος, κατὰ μὲν τὴν ΗΘ ἀποτομὴν, ἐν τῷ πρὸς Δ κυλινδρίῳ, κατὰ δὲ τὴν Ε ὀπὴν ἐν τῷ ἀξονίῳ τῷ συμφυεῖ τῷ χελωνίῳ· ἐάν τις ἐπιλαβόμενος τοῦ Κ ἄκρου τοῦ κανόνος κινῇ αὐτὸν ἐπὶ τὰ πρὸς τὸ Α μέρη, ἔπειτα ἐπὶ τὰ πρὸς τὸ Β· τὸ μὲν Ε σημεῖον ἀεὶ ἐπὶ τοῦ ΑΒ κανόνος ἐνεχθήσεται, ἡ δὲ ΗΘ ἀποτομὴ ἐπὶ τοῦ πρὸς τὸ Δ κυλινδρίῳ κινηθήσεται· ἀεὶ τῆς μέσης [l] τοῦ ΕΖ κανόνος εὐθείας ἐν τῇ κινήσει διὰ τοῦ ἄξονος τοῦ πρὸς τῷ Δ κυλινδρίου γινομένης, τῆς δὲ ΕΚ ὑπεροχῆς τοῦ κανόνος ἀεὶ τῆς αὐτῆς μενούσης. Ἐὰν τοίνυν πρὸς τὸ Κ ἐπινοηθῇ τι γραφεῖον ἐφαπτόμενον τοῦ ἐδάφους, γραφήσεταί τις γραμμὴ, οἵα ἐστὶν ἡ ΛΜΝ, ἥντινα καλεῖ Νικομήδης κογχοειδῆ πρώτην γραμμήν· καὶ διάστημα μὲν τῆς γραμμῆς τὸ ΕΚ, μέγεθος τοῦ κανόνος· πόλον δὲ, τὸ Δ.

Ταύτῃ δὲ τῇ γραμμῇ συμβαίνειν δείκνυσι, τὸ ἀεὶ ἐπ' ἔλαττον μὲν συμπορεύεσθαι τῷ ΑΒ κανόνι· καὶ ἐάν τις εὐθεῖα διαχθῇ μεταξὺ τῆς τε γραμμῆς καὶ τοῦ ΑΒ κανόνος, ὅτι πάντως τέμνει τὴν γραμμήν. Καὶ τὸ μὲν πρότερον τῶν συμβαινόντων ἐστὶν εὐκατανόητον, ἐφ' ἑτέρας καταγραφῆς, κανόνος τε νοουμένου τοῦ ΑΒ, [m] πόλου δὲ τοῦ Γ, διαστήματος δὲ τοῦ ΔΕ, γραμμῆς δὲ κογχοειδοῦς τῆς ΖΕΗ. Προσπιπτέτωσαν ἀπὸ τοῦ Γ δύο αἱ ΓΘ, ΓΖ, ἴσων δῆλον ὅτι γινομένων τῶν ΚΘ, ΛΖ. Λέγω ὅτι ἡ ΖΜ κάθετος ἐλάττων τῆς ΘΝ καθέτου. Μείζονος γὰρ οὔσης τῆς ὑπὸ ΜΛΓ γωνίας τῆς ὑπὸ ΝΚΓ,

vicem rectos ita inter ſe aptatæ et connexæ, ut in una eademque ſuperficie utraque jaceat; cujuſmodi ſunt AB, et ΓΔ: et in AB quidem ſtrix ſecuriclata, in qua ligula moveri poſſit. In ΓΔ vero ab ea parte, in qua eſt Δ, puſillus cylindrus regulæ infixus, atque e ſuperficie ejuſdem regulæ paululum extans; utique in recta, quæ media ipſius latitudinem dividit. Intelligenda item eſt alia regula, puta EZ, modico ab ejus termino Z intervallo rimam habens, puta HΘ, quæ circa cylindrum Δ circumagi poſſit: et ad E foramen rotundum, cui axiculus inſeri debet ligulæ infixus, quæ in ſtrige ſecuriclata, quæ in AB eſt, movetur. Itaque accommodata regula EZ, qua quidem rima HΘ eſt, ad cylindrum Δ; qua vero foramen E, ad axiculum ligulæ inſertum: ſi quis, ſumpto regulæ hujus extremo K, eam primum moveat verſus partes A, deinde verſus partes B; punctum quidem E continuo movebitur in regula AB, rima vero HΘ, in cylindro Δ; utique cum eo ut recta, quæ media regulam EZ dividit, per cylindri Δ axem tranſire intelligatur, reliqua regulæ parte EK eadem continuo manente. Quæ cum ita ſint, ſi intelligatur graphium aliquod per K trajectum pavimentum contingere, deſcribetur quædam linea, cujuſmodi eſt AMN, quam primam conchoiden lineam Nicomedes vocat; atque intervallum quidem lineæ EK vocat magnitudinem regulæ; punctum vero Δ, polum.

Itaque demonſtrat duo hæc potiſſimum huic lineæ contingere: ut ad regulam AB continuo magis magiſque accedat; et ſi qua recta inter regulam AB et ipſam ducatur, ab hac omnino ſecetur. Horum autem primum facile in figura altera deprehenditur, in qua AB regula eſſe intelligitur; Γ polus; ΔE intervallum; denique ZEH linea conchois. Cadant a puncto Γ hæ duæ ΓΘ, ΓZ; æqualibus videlicet inter ſe invicem KΘ, ΛZ. Dico normalem ZM, ΘN normali minorem eſſe. Major enim cum ſit angulus MΛΓ angulo NKΓ, qui re-






[h] πελεκινοειδῆ [i] πρὸς [k] περιμένειν [l] τοῦ Z [m] πόλον [n] πόλῳ

liquus eſt ad duos rectos, M Λ Z, reliquo N K Θ eſt minor. Propterea cum anguli ad puncta M, N ſint recti; major eſt angulus ad punctum Z angulo ad punctum Θ. Quod ſi angulo ad Θ æqualis conſtituatur angulus M Z Ξ; K Θ, hoc eſt Λ Z, ad Θ N eamdem habebit rationem, quam Ξ Z ad Z M. Quare Z Λ minorem ad Θ N rationem habet, quam ad Z M: ideoque Θ N major eſt quam Z M.

Alterum erat: rectam, quæ inter A B, et lineam ducitur, lineam ipſam ſecare; quod item hoc pacto dignoſcitur. Quæ enim ducitur recta, aut parallela eſt ipſi A B, aut non parallela. Sit primo parallela, veluti Z H Θ. Fiat autem ut Δ H ad H Γ, ita Δ E ad aliam quamdam, puta K: deſcriptaque centro quidem Γ, intervallo vero

λοιπῇ ἡ λειπούσῃ εἰς τὰς δύο ὀρθὰς ἡ ὑπὸ Μ Λ Ζ λοιπῆς τῆς ὑπὸ Ν Κ Θ ἐστὶν ἐλάσσων. Καὶ διὰ τοῦτο ὀρθῶν οὐσῶν τῶν πρὸς τοῖς Μ, Ν, μείζων ἐστὶ καὶ ἡ πρὸς τῷ Ζ τῆς πρὸς τῷ Θ. Καὶ ἐὰν τῇ πρὸς τῷ Θ ἴσην συστησώμεθα τὴν ὑπὸ Μ Ζ Ξ, ἡ Κ Θ, τουτέστιν ἡ Λ Ζ, πρὸς Θ Ν τὸν αὐτὸν ἕξει λόγον, ὃν ἡ Ξ Ζ πρὸς Ζ Μ. Ὥστε ἡ Ζ Λ πρὸς τὴν Θ Ν ἐλάττονα λόγον ἔχει, ἤπερ πρὸς τὴν Ζ Μ· καὶ διὰ τοῦτο μείζων ἡ Θ Ν τῆς Ζ Μ.

Τὸ δὲ δεύτερον ἦν τό, τὴν διαγομένην εὐθεῖαν μεταξὺ τῆς τε Α Β καὶ τῆς γραμμῆς τέμνειν τὴν γραμμήν· [a] καὶ τοῦτο δὲ οὕτω γίνεται γνώριμον. Ἡ γὰρ διαγομένη, ἤτοι παράλληλός ἐστι τῇ Α Β, [b] ἢ οὔ. Ἔστω πρότερον παράλληλος ὡς ἡ Ζ Η Θ. Καὶ γεγονέτω ὡς ἡ Δ Η πρὸς Η Γ, οὕτως ἡ Δ Ε πρὸς ἄλλην τινὰ τὴν Κ· καὶ κέντρῳ τῷ Γ, διαστήματι δὲ τῷ Κ περι-




K circumferentia ſecet Z H in puncto Z: et jungatur Γ Z. Ut igitur Δ H ad H Γ, ita ſe habet Λ Z ad Z Γ. Ut autem Δ H ad H Γ, ita ſe habet Δ E ad K, hoc eſt Γ Z. Æqualis eſt igitur Δ E ipſi Λ Z: quod fieri non poteſt. Oportet enim punctum Z ad lineam eſſe. At vero, quæ ducitur recta, parallela non ſit, cujuſmodi eſt M H N: ducaturque per punctum H, Z H ipſi A B parallela. Occurret igitur Z H, atque adeo multo magis M N ipſi lineæ. Itaque cum hæc ex inſtrumenti conſtructione conſequuntur, quod in rem noſtram facit hoc pacto demonſtratur.

Dato rurſus angulo A, punctoque extra ipſum Γ, ducere rectam Γ H, atque in ea K H datæ æqualem efficere. Ducatur a puncto Γ ad A B normalis Γ Θ, eaque producatur. Sit autem Δ Θ æqualis datæ: et polo quidem Γ,

φέρεια γραφεῖσα τεμνέτω τὴν Ζ Η κατὰ τὸ Ζ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ Γ Ζ. Ἔστιν ἄρα ὡς ἡ Δ Η πρὸς Η Γ, οὕτως ἡ Λ Ζ πρὸς Ζ Γ. Ἀλλ' ὡς ἡ Δ Η πρὸς Η Γ, οὕτως ἦν ἡ Δ Ε πρὸς τὴν Κ, τουτέστι τὴν Γ Ζ. Ἴση ἄρα ἡ Δ Ε τῇ Λ Ζ [c] ὅπερ ἀδύνατον. Δεῖ γὰρ εἶναι τὸ Ζ πρὸς τῇ γραμμῇ. Ἀλλὰ δὴ μὴ ἔστω ἡ [d] διαγομένη παράλληλος, καὶ ἔστω ὡς ἡ Μ Η Ν· καὶ ἤχθω διὰ τοῦ Η παράλληλος τῇ Α Β, ἡ Ζ Η. Ἡ ἄρα Ζ Η συμπεσεῖται τῇ γραμμῇ, ὥς τε πολλῷ μᾶλλον ἡ Μ Ν. Τούτων δὲ ὄντων τῶν παρακολουθημάτων διὰ τοῦ ὀργάνου, τὸ χρήσιμον εἰς τὸ προκείμενον δείκνυται οὕτως.

Πάλιν γωνίας δοθείσης τῆς Α, καὶ σημείου ἐκτὸς τοῦ Γ, διάγειν τὴν Γ Η, καὶ ποιεῖν τὴν Κ Η ἴσην τῇ δοθείσῃ. Ἤχθω κάθετος ἀπὸ τοῦ Γ σημείου ἐπὶ τὴν Α Β, ἡ Γ Θ, καὶ



intervallo vero data Δ Θ, denique regula A B, prima deſcribatur linea conchois E Δ Z; quæ quidem cum ipſa


ἐκβεβλήσθω. Καὶ τῇ δοθείσῃ ἴση ἔστω ἡ Δ Θ· καὶ [e] πόλῳ μὲν τῷ Γ, διαστήματι δὲ τῷ δοθέντι τῷ Δ Θ, κανόνι δὲ τῷ Α Β, γε-

[a] καὶ τοῦτο δῆλος. Οὕτω γὰρ γνώριμον. [b] ἢ οὕτως [c] ὅπερ ex MS. [d] διαλεγομένη [e] πόλῳ

γράφθω κογχοειδὴς γραμμὴ πρώτη ἡ ΕΕΖ. Συμβάλλει ἄρα τῇ ΛΗ, διὰ τὸ προδειχθὲν· συμβαλλέτω κατὰ τὸ Η, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΓΗ. Ἴση ἄρα ἡ ΚΗ τῇ δοθείσῃ.

Τούτων δειχθέντων, δεδόσθωσαν δύο εὐθεῖαι αἱ ΓΛ, ΛΑ πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλαις, ὧν δεῖ δύο μέσας ἀνάλογον κατὰ τὸ συνεχὲς εὑρεῖν. Καὶ συμπεπληρώσθω τὸ ΑΒΓΛ παραλληλόγραμμον· καὶ τετμήσθω δίχα ἑκατέρα τῶν ΑΒ, ΒΓ, τοῖς Δ, Ε σημείοις· καὶ ἐπιζευχθεῖσα μὲν ἡ ΔΛ ἐκβεβλήσθω, καὶ συμπιπτέτω τῇ ΓΒ ἐκβληθείσῃ, κατὰ τὸ Η. Τῇ δὲ ΒΓ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΕΖ· καὶ προσβεβλήσθω ἡ ΓΖ ἴση οὖσα τῇ ΑΔ· καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΖΗ, καὶ αὐτῇ παράλληλος [t] ἡ ΓΘ. Καὶ γωνίας οὔσης τῆς ὑπὸ τῶν ΚΓΘ, ἀπὸ δοθέντος τοῦ Ζ, διήχθω ἡ ΖΘΚ, ποιοῦσα [u] ἴσην τὴν ΘΚ τῇ ΑΔ, ἢ τῇ ΓΖ. Τοῦτο γὰρ ὡς δυνατὸν ἐδείχθη διὰ τῆς κογχοειδοῦς. Καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΚΛ ἐκβεβλήσθω, καὶ συμπιπτέτω τῇ ΑΒ ἐκβληθείσῃ κατὰ τὸ Μ. Λέγω ὅτι ἐστὶν, ὡς ἡ ΓΛ πρὸς ΚΓ, ἡ ΚΓ πρὸς ΜΑ, καὶ ἡ ΜΑ πρὸς τὴν ΑΛ.

Ἐπεὶ ἡ ΒΓ τέτμηται δίχα τῷ Ε, καὶ πρόσκειται αὐτῇ ἡ ΚΓ· τὸ ἄρα ὑπὸ ΒΚΓ, μετὰ τοῦ ἀπὸ ΓΕ, ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ ΕΚ. Κοινὸν προσκείσθω, τὸ ἀπὸ ΕΖ. Τὸ ἄρα ὑπὸ ΒΚΓ μετὰ τῶν ἀπὸ ΓΕ, ΕΖ, τουτέστι τοῦ ἀπὸ ΓΖ, ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ ΚΕ, ΕΖ, τουτέστι τῷ ἀπὸ ΚΖ. Καὶ ἐπεὶ ὡς ἡ ΜΑ πρὸς ΑΒ, [w] ἡ ΜΛ πρὸς ΛΚ· ὡς δὲ ἡ ΜΛ πρὸς ΛΚ, οὕτως ἡ ΒΓ πρὸς ΓΚ· καὶ ὡς ἄρα ἡ ΜΑ πρὸς ΑΒ, οὕτως ἡ ΒΓ πρὸς ΓΚ. Καί ἐστι τῆς μὲν ΑΒ ἡμίσεια ἡ ΑΔ, τῆς δὲ ΒΓ διπλῆ ἡ ΓΗ· ἐπεὶ καὶ ἡ ΛΓ [x] τῇ ΑΔ. Ἔσται ἄρα καὶ ὡς ἡ ΜΑ πρὸς ΑΔ, οὕτως ἡ ΗΓ πρὸς ΓΚ. Ἀλλ' ὡς [y] ἡ ΗΓ πρὸς ΓΚ, οὕτως ἡ ΖΘ πρὸς ΘΚ, διὰ τὰς παραλλήλους τὰς ΗΖ, ΓΘ. Καὶ συνθέντι ἄρα ὡς ἡ ΜΔ πρὸς ΔΑ, ἡ ΖΚ πρὸς ΚΘ. Ἴση δὲ ὑπόκειται καὶ ἡ ΑΔ τῇ ΘΚ, ἐπεὶ καὶ τῇ ΓΖ [z] ἴση ἐστὶν ἡ ΑΔ. Ἴση ἄρα καὶ ἡ ΜΔ τῇ ΖΚ· ἴσον ἄρα καὶ τὸ ἀπὸ ΜΔ τῷ ἀπὸ ΖΚ. Καί ἐστι τῷ μὲν ἀπὸ ΜΔ, ἴσον τὸ ὑπὸ ΒΜΑ, μετὰ τοῦ ἀπὸ ΔΑ· τῷ δὲ ἀπὸ ΖΚ, ἴσον ἐδείχθη τὸ ὑπὸ ΒΚΓ, [a] μετὰ τοῦ ἀπὸ ΓΖ. Ἴσον ἄρα τὸ ὑπὸ ΒΜΑ, μετὰ τοῦ ἀπὸ ΑΔ, τῷ ὑπὸ ΒΚΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ ΓΖ· ὧν τὸ ἀπὸ ΑΔ ἴσον τῷ ἀπὸ ΓΖ, ἴση γὰρ ὑπόκειται ἡ ΑΔ τῇ ΓΖ. Ἴσον ἄρα καὶ τὸ ὑπὸ ΒΜΑ τῷ ὑπὸ ΒΚΓ. Ὡς ἄρα ἡ ΜΒ πρὸς ΒΚ, ἡ ΚΓ πρὸς ΑΜ. Ἀλλ' ὡς ἡ ΒΜ πρὸς ΒΚ, ἡ ΓΛ πρὸς ΓΚ. Καὶ ὡς ἄρα ἡ ΓΛ [b] πρὸς ΓΚ, οὕτως ἡ ΓΚ πρὸς ΑΜ. [c] Ἔστι δὲ καὶ ὡς ἡ ΛΓ πρὸς ΓΚ, ἡ ΜΑ πρὸς ΑΛ. Καὶ ὡς ἄρα ἡ ΛΓ πρὸς ΓΚ, ἡ ΓΚ πρὸς ΑΜ, καὶ ἡ ΑΜ πρὸς ΑΛ.



ΛΗ, ut demonſtratum eſt, concurret. Concurrat utique in puncto Η: et jungatur ΓΗ. Eſt igitur ΚΗ datæ æqualis.

Quoniam vero data eſt ratio cum ipſius ΔΛ ad ΛΧ, tum ipſius ΡΛ ad ΛΧ; data eſt etiam ratio ipſius ΡΛ ad ΛΔ. Quoniam enim ut utraque ſimul ΚΒ,ΒΧ ad ΒΧ, hoc eſt ΖΧ ad ΧΒ, ita ſe habet ΛΧ ad ΧΔ; convertendo, ut ΧΖ ad ΖΒ, ita ſe habet ΧΛ ad ΛΔ; et invertendo, ut ΒΖ ad ΖΧ, ita ΛΔ ad ΛΧ. Data eſt autem ratio ipſius ΒΖ ad ΖΧ. Nam ΖΒ æqualis eſt ei, quæ a ſphæræ centro ducitur; et ΒΧ, ideoque tota etiam ΧΖ data eſt, datis utique prioris illius terminis Β et Χ; eo quod ſphæra plano per ΑΓ, ut ponitur, ſecta, ΔΒ ipſi ΑΓ ad rectos angulos eſt. Quare data eſt ratio ipſius ΧΖ ad ΖΒ; et, quod conſequitur, ipſius ΛΧ ad ΛΔ. Rurſus quoniam data eſt ſegmentorum ratio, data eſt etiam ratio coni ΛΑΓ ad conum ΑΡΓ. Quare etiam ratio ipſius ΛΧ ad ΧΡ: coni ſiquidem ſe invicem habent ut altitudines: et totius ΡΛ ad ΛΧ eſt data. Quoniam igitur ratio utriuſque ſimul ΡΛ, ΛΔ ad ΛΧ data eſt; ratio quoque ipſius ΡΛ ad ΛΔ eſt data. Quæ enim ad idem datam habent rationem, ea datam etiam inter ſe invicem rationem habent.

Itaque quoniam ratio ipſius ΡΛ ad ΛΧ componitur tum ex ea, quam habet ΡΛ ad ΛΔ, tum ex ea, quam ΛΔ habet ad ΛΧ. Rationum quidem compoſitionem hic inſtitui, ſumpta media ΛΔ, quemadmodum etiam in elementis inſtituitur, manifeſtum eſt. Quoniam vero totum hoc forma caret, nec omnino ita ſe habet, ut ſcientiam pariat, quemadmodum deprehendere eſt in multis Pappi, Theonis, et Arcadii ſcriptis, quæ hoc ipſum inductione, non demonſtratione patefaciunt; haud abſurdum fuerit paulo longiore oratione iiſdem lucis aliquid afferre. Itaque dico, ſi inter duos numeros duaſve magnitudines medius aliquis terminus ſumatur, numerorum, qui ſumpti initio ſunt, rationem componi cum ex ea, quam primus habet ad medium, tum ex ea, quam medius habet ad tertium. Illud autem prius in mentem revocandum eſt, quando ratio ex rationibus componi dicatur. Nimirum, haud ſecus quam in Elementis, cum rationum quantitates in ſe invicem ductæ quantitatem aliquam fecerint; ſi quantitatis nomine numerum intelligas, a quo data ratio denominatur, uti docent cum alii, tum Nicomachus in primo de Muſica libro, et Heronas in Commentario, quem in Arithmeticas Inſtitutiones conſcripſit. Hoc autem idem eſt ac ſi quantitas

καὶ ἐναλλὰξ, ὡς ἡ ΛΔ πρὸς ΔΚ, ἡ ΔΧ πρὸς ΧΒ. Ἦν δὲ καὶ ὡς ἡ ΔΧ πρὸς ΧΒ, ἡ ΚΒ πρὸς ΒΡ. Ὡς ἄρα ἡ ΛΔ πρὸς ΔΚ, ἡ ΔΧ πρὸς ΧΒ, καὶ ἡ ΚΒ πρὸς ΒΡ. Καὶ ὅλη ἄρα ἡ ΡΛ πρὸς ὅλην ΚΛ ἐστὶν, ὡς ἡ ΚΛ πρὸς ΛΔ. Ὡς γὰρ ἓν πρὸς ἓν, οὕτως ἅπαντα τὰ ἡγούμενα πρὸς ἅπαντα τὰ ἑπόμενα. Ὡς ἄρα ἡ ΡΛ πρὸς ΛΔ, τὸ ἀπὸ ΚΛ πρὸς τὸ ἀπὸ ΛΔ. Ἐπεὶ γάρ ἐστιν ὡς ἡ ΡΛ πρὸς ΚΛ, ἡ ΚΛ πρὸς ΛΔ, καὶ ὡς ἄρα ἡ πρώτη πρὸς τὴν τρίτην, οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς πρώτης πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δευτέρας. Ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΡΛ πρὸς ΛΔ, οὕτως τὸ ἀπὸ ΡΛ πρὸς τὸ ἀπὸ ΚΛ. [q] Ἀλλὰ ὡς τὸ ἀπὸ ΡΛ πρὸς τὸ ἀπὸ ΚΛ, οὕτως τὸ ἀπὸ ΚΛ πρὸς τὸ ἀπὸ ΛΔ. Ἀνάλογον γάρ εἰσιν. Ὡς ἄρα ἡ ΡΛ πρὸς ΛΔ, οὕτως τὸ ἀπὸ ΚΛ πρὸς τὸ ἀπὸ ΛΔ. Κείσθω τῇ ΚΒ ἴση ἡ ΒΖ. Ὅτι γὰρ ἐκτὸς τοῦ Ρ πεσεῖται, δῆλον. Ἐπεὶ γάρ ἐστιν ὡς ἡ ΧΔ πρὸς ΧΒ, οὕτως ἡ ΚΒ πρὸς ΒΡ· μείζων δὲ ἡ ΔΧ τῆς ΒΧ· μείζων ἄρα καὶ ἡ ΚΒ τῆς ΒΡ. Ἐκτὸς ἄρα τοῦ Ρ πίπτει τὸ Ζ.

Ἐπεὶ δὲ λόγος ἐστὶ τῆς ΔΛ πρὸς ΛΧ δοθείς, καὶ τῆς ΡΛ πρὸς ΛΧ, καὶ τῆς ΡΛ ἄρα πρὸς ΛΔ λόγος ἐστὶ δοθείς. Ἐπεὶ γάρ ἐστιν ὡς συναμφότερος ἡ ΚΒ, ΒΧ, πρὸς ΒΧ, τουτέστιν ἡ ΖΧ πρὸς ΧΒ, οὕτως ἡ ΛΧ πρὸς ΧΔ, ἀναστρέψαντι ὡς ἡ ΧΖ πρὸς ΖΒ, οὕτως [r] ἡ ΧΛ πρὸς ΛΔ· καὶ ἀνάπαλιν, ὡς ἡ ΒΖ πρὸς ΖΧ, ἡ ΛΔ πρὸς ΛΧ. Δίδοται δὲ ὁ τῆς ΒΖ πρὸς ΖΧ λόγος. Ἐπειδὴ ἡ μὲν ΖΒ ἴση ἐστὶ τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς δεδομένης σφαίρας· ἡ δὲ ΒΧ, τῶν Β, Χ περάτων αὐτῆς δεδομένων, καθ᾽ ὑπόθεσιν τετμημένης τῆς σφαίρας ὑπὸ τοῦ διὰ τῆς ΑΓ ἐπιπέδου, καὶ τῆς ΔΒ πρὸς ὀρθὰς οὔσης τῇ ΑΓ, δίδοται. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὅλη ἡ ΧΖ· καὶ ὁ τῆς ΧΖ πρὸς ΖΒ· ὥστε καὶ ὁ [s] τῆς ΛΧ πρὸς ΛΔ λόγος ἐστὶ δοθείς. Πάλιν ἐπειδὴ δίδοται ὁ λόγος τῶν τμημάτων, καὶ ὁ τοῦ ΛΑΓ κώνου πρὸς ΑΡΓ κῶνον λόγος [t] ἐστι δοθείς. Ὥστε καὶ ὁ τῆς ΛΧ πρὸς ΧΡ· πρὸς ἀλλήλους γάρ εἰσιν ὡς τὰ ὕψη· καὶ ὅλης ἄρα τῆς ΡΛ πρὸς τὴν ΛΧ λόγος ἐστὶ δοθείς. Ἐπεὶ οὖν ἑκατέρας τῶν ΡΛ, ΛΔ πρὸς τὴν ΛΧ λόγος ἐστὶ δοθείς, καὶ τῆς ΡΛ ἄρα πρὸς ΛΔ λόγος ἐστὶ δοθείς. Τὰ γὰρ πρὸς τὸ αὐτὸ λόγον ἔχοντα δεδομένον, καὶ πρὸς ἄλληλα λόγον ἔχει δεδομένον.

Ἐπεὶ οὖν ὁ τῆς ΡΛ πρὸς ΛΧ λόγος συνῆπται ἔκ τε τοῦ ὃν ἔχει ἡ ΡΛ πρὸς ΛΔ, καὶ ἡ ΛΔ πρὸς ΛΧ. Ὅτι μὲν ἡ σύνθεσις τῶν λόγων λαμβάνεται, τῆς ΛΔ μέσης λαμβανομένης, ὡς κἀν τῇ στοιχειώσει ἐλαμβάνετο, φανερόν. Ἐπεὶ δὲ τὸ λεγόμενον [u] ἀδιαρθρώτως, καὶ οὐχ οὕτως, ὥς τι τὴν ἐπιστήμην ἀναπληροῦσαι, λέλεκται, ὡς ἔστιν εὑρεῖν ἐντυγχάνοντας Πάππῳ τε καὶ Θέωνι καὶ Ἀρκαδίῳ, ἐν πολλοῖς συντάγμασιν οὐκ [w] ἀποδεικτικῶς, ἀλλ᾽ ἐπαγωγῇ τὸ λεγόμενον παριστῶσιν· [x] οὐκ ἄτοπον πρὸς βραχὺ [y] διατρίψαντας τῷ λόγῳ [z] τὸ σαφέστερον παραστῆσαι. Φημὶ τοίνυν, ὅτι ἐὰν δύο ἀριθμῶν, ἤτοι μεγεθῶν μέσος τις ὅρος ληφθῇ, ὁ τῶν ἐξ ἀρχῆς ληφθέντων ἀριθμῶν λόγος σύγκειται ἔκ τε τοῦ λόγου ὃν ἔχει ὁ πρῶτος πρὸς τὸν μέσον, καὶ τοῦ ὃν ἔχει ὁ μέσος πρὸς τὸν τρίτον. Ὑπομνηστέον δὲ πρότερον πῶς ἐλέγετο λόγος ἐκ λόγων συγκεῖσθαι. Ὡς γὰρ ἐν τῇ Στοιχειώσει, ὅταν αἱ τῶν λόγων πηλικότητες ἐφ᾽ ἑαυτὰς πολλαπλασιασθεῖσαι ποιῶσί τινα· πηλικότητος δηλονότι λεγομένης τοῦ ἀριθμοῦ, οὗ παρώνυμός ἐστιν ὁ δοθεὶς λόγος, ὥς φασιν ἄλλοι τε καὶ Νικόμαχος ἐν τῷ πρώτῳ τῷ περὶ Μουσικῆς, καὶ Ἡρωνᾶς ἐν τῷ Ὑπομνήματι τῷ εἰς τὴν Ἀριθμητικὴν Εἰσαγωγήν. Ταυτὸν δὲ εἰπεῖν καὶ τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ πολλαπλασιαζομένου ἐπὶ τὸν ἑπόμενον ὅρον τοῦ λόγου,

[q] ἀλλὰ ὡς τὸ ἀπὸ ΡΛ πρὸς τὸ ἀπὸ ΛΚ ex MS. [r] ἡ ΧΖ [s] τῆς ΔΛ [t] δοθείς ἐστι [u] ἀδιαρθρώτως πως καὶ οὐχ [w] Sic MS. [x] Sic MS. [y] ἐνδιατρίψαντας [z] Forte τῷ δὲ

καὶ ποιοῦντος τὸν ἡγούμενον. Καὶ κυριώτερον μὲν ἐπὶ τῶν πολλαπλασίων ἡ πηλικότης ἂν λαμβάνοιτο· ἐπὶ δὲ τῶν ἐπιμορίων, ἢ ἐπιμερῶν, ὡς ἔτι πλὴν πηλικότητα δυνατὸν λαμβάνειν, ἀδιαιρέτου μενούσης τῆς μονάδος. Ὡς τ' ἐπ' ἐκείνων διαιρετέον τὴν μονάδα· εἰ καὶ μὴ κατὰ τὸ πρέπον τῇ Ἀριθμητικῇ, ἀλλὰ τῇ Λογιστικῇ τυγχάνει. Διαιρεῖται δὲ ἡ μονὰς κατὰ τὸ μέρος, ἢ τὰ μέρη, ἀφ' ὧν ὀνόμασται ὁ λόγος· ὥστε ἴσαι ὡς ἐν σαφεστέρῳ τῷ λέγειν, τοῦ μὲν ἡμιολίου λόγου πηλικότητα πρὸς τῇ μονάδι καὶ τὸ ἥμισυ τῆς μονάδος· τοῦ δὲ ἐπιτρίτου, πρὸς τῇ μονάδι τὸ τρίτον· ὥστε, καθὰ καὶ ἀνωτέρω εἴρηται, τὴν πηλικότητα τοῦ λόγου ἐπὶ τὸν ἑπόμενον ὅρον πολλαπλασιαζομένην ποιεῖν τὸν ἡγούμενον. Τὰ γὰρ ἐννέα πρὸς τὰ ἓξ ἡμιολίου πηλικότης, [a] ἡ μονὰς καὶ τὸ ἥμισυ πολλαπλασιασθεῖσα ἐπὶ τὸν ϛ' ποιεῖ τὸν θ'. Καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ τὸ αὐτὸ ἔξεστι κατανοεῖν. Τούτων δὲ προσαφηνισθέντων, ἐπανακτέον ἐπὶ τὸ προτεθέν. Ἔστωσαν γὰρ οἱ δοθέντες δύο ἀριθμοὶ οἱ Α, Β, μέσος δὲ αὐτῶν εἰλήφθω τις ὁ Γ. Δεικτέον δή, ὅτι ὁ τοῦ Α πρὸς τὸν Β λόγος συνῆπται ἐκ τοῦ ὃν ἔχει ὁ Α πρὸς τὸν Γ, καὶ ὁ Γ πρὸς τὸν Β. Εἰλήφθω γὰρ τοῦ μὲν ΑΓ λόγου πηλικότης, ὁ Δ· τοῦ δὲ ΓΒ, ὁ Ε· [a] ὁ ἄρα Ε τὸν Δ πολλαπλασιάσας τὸν Ζ ποιείτω. Λέγω ὅτι ὁ Ζ πηλικότης ἐστὶ τοῦ τοῦ Α πρὸς τὸν Β λόγου, τουτέστιν, ὅτι ὁ Ζ τὸν Β πολλαπλασιάσας τὸν Α ποιεῖ. Ὁ γὰρ Β [b] τὸν Ζ πολλαπλασιάσας, τὸν Η ποιείτω. Ἐπεὶ οὖν ὁ Β τὸν μὲν Ζ πολλαπλασιάσας τὸν Η πεποίηκεν, τὸν δὲ Ε πολλαπλασιάσας τὸν Γ· ἔστιν ἄρα ὡς ὁ Ζ πρὸς τὸν Ε, ὁ Η πρὸς τὸν Γ. Πάλιν ἐπεὶ ὁ Δ τὸν μὲν Ε πολλαπλασιάσας τὸν Ζ πεποίηκεν, τὸν δὲ Γ πολλαπλασιάσας τὸν Α πεποίηκεν· ἔστιν ἄρα ὡς ὁ Ε πρὸς τὸν Γ, ὁ Ζ [c] πρὸς τὸν Α. Ἐναλλάξ, ὡς ὁ Ε πρὸς τὸν Ζ, ὁ Γ πρὸς τὸν Α. Καὶ ἀνάπαλιν, ὡς ὁ Ζ πρὸς τὸν Ε, οὕτως ὁ Α πρὸς τὸν Γ. Ἀλλ' ὡς ὁ Ζ πρὸς τὸν Ε, ἐδείχθη ὁ Η πρὸς τὸν Γ. Καὶ ὡς ἄρα ὁ Η πρὸς τὸν Γ, ὁ Α πρὸς τὸν Γ. Ἴσος ἄρα ὁ Α τῷ Η. Ἀλλ' ὁ Β τὸν Ζ πολλαπλασιάσας, τὸν Η πεποίηκεν. Καὶ ὁ Β ἄρα τὸν Ζ πολλαπλασιάσας τὸν Α ποιεῖ. Ὁ Ζ ἄρα πηλικότης ἐστὶ [d] τοῦ τοῦ Α πρὸς τὸν Β λόγου. Καί ἐστιν ὁ Ζ, τοῦ Δ ἐπὶ τὸν Ε πολλαπλασιασθέντος, τουτέστι τῆς πηλικότητος τοῦ ΑΓ λόγου, ἐπὶ τὴν πηλικότητα τοῦ ΓΒ λόγου. Ὁ ἄρα τοῦ Α [e] πρὸς τὸν Β λόγος, σύγκειται ἐκ τοῦ ὃν ἔχει ὁ Α πρὸς τὸν Γ, καὶ ὁ Γ πρὸς τὸν Β· ὅπερ ἔδει δεῖξαι.



Ἵνα δὲ καὶ ἐπὶ ὑποδείγματος φανερὸν γένηται τὸ εἰρημένον, παρεμπιπτέτω τοῦ ιβ', καὶ τοῦ β' μέσος τις ἀριθμὸς ὁ δ'. Λέγω ὅτι ὁ τοῦ ιβ' πρὸς τὸν β' λόγος, τουτέστιν ὁ ἑξαπλάσιος, σύγκειται ἔκ τε τοῦ τριπλασίου τοῦ ιβ' πρὸς τὸν δ', καὶ τοῦ διπλασίου τοῦ δ' πρὸς τὸν β'. Ἐὰν γὰρ τὰς πηλικότητας [f] τῶν λόγων πολλαπλασιάσωμεν ἐπ' ἀλλήλας, τουτέστι τὸν γ' ἐπὶ τὸν β', [g] γίνεται ὁ ϛ', πηλικότης ὢν τοῦ ιβ' πρὸς τὸν β' λόγου· καί ἐστιν ἑξαπλάσιος, ὅπερ καὶ πρόκειτο ὑποδεῖξαι. Εἰ δὲ καὶ ὁ μέσος παρεμπίπτων μὴ ὑπάρχῃ τοῦ μὲν μείζονος ἐλάττων, τοῦ δὲ ἐλάττονος μείζων, ἀλλ' ἢ τὸ ἀνάπαλιν, ἢ ἀμφοτέρων μείζων, ἢ ἀμφοτέρων ἐλάττων· καὶ οὕτως ἡ σύνθεσις ἡ προειρημένη ἀκολουθήσει. Τοῦ θ' καὶ τοῦ ϛ' μέσος τις παρεμπιπτέτω, ἀμφοτέρων μείζων, ὁ ιβ'. Λέγω ὅτι ἐκ τε [h] τοῦ ὑφ' ἐπιτρίτου, τοῦ θ' πρὸς τὸν ιβ' λόγου, καὶ τοῦ διπλασίου, τοῦ ιβ' πρὸς τὸν ϛ',

illa numerus eſſe dicatur, qui in ſequentem rationis terminum ductus præcedentem facit. Cœterum magis proprie in multiplicibus rationibus quantitas ſumetur; cum in ſuper particularibus, aut ſuper partientibus ea ſumi nequeat quin unitas ſecetur. Quare in iis ſecanda eſt unitas; licet hoc non Arithmeticæ, ſed Logiſticæ conveniat. Porro unitas ſecatur ſecundum partem, aut partes, a quibus ratio denominatur: ita ut ſeſquialteræ quidem rationis quantitas ſit, ut clarius dicam, præter unitatem dimidia unitatis pars; ſeſquitertiæ vero, præter unitatem pars unitatis tertia: ut rationis quantitas, quemadmodum et ſupra dictum eſt, in ſequentem terminum ducta præcedentem faciat. Novenarii enim ad ſenarium ſeſquialteræ rationis quantitas, quæ unitas eſt cum dimidio, in ſenarium ducta novenarium facit. Hoc idem de aliis quoque intelligere licet. Itaque his explicatis ad id, quod propoſitum eſt, redeamus. Sint dati duo numeri A, B; quos inter medius aliquis ſumatur Γ. Oportet demonſtrare rationem ipſius A ad B componi ex ratione, quam habet cum A ad Γ, tum Γ ad B. Sumatur enim quantitas rationis quidem AΓ, numerus Δ; rationis vero ΓB, numerus E: ductuſque E in Δ faciat numerum Z. Dico Z quantitatem eſſe rationis ipſius A ad B; hoc eſt ductum in B facere A. B enim in Z ductus faciat H. Quoniam igitur B in Z ductus fecit H, et ductus in E fecit Γ; ideo ut Z ad E, ita ſe habet H ad Γ. Rurſus quoniam Δ in E ductus fecit Z, et ductus in Γ fecit A; ideo ut E ad Γ, ita ſe habet Z ad A. Et permutando, ut E ad Z, ita ſe habet Γ ad A. Et invertendo, ut Z ad E ita ſe habet A ad Γ. Demonſtratum autem eſt, ut Z ad E, ita ſe habere H ad Γ. Igitur etiam ut H ad Γ, ita ſe habet A ad Γ. Eſt igitur A ipſi H æqualis. B autem in Z ductus fecit H. Idem igitur B ductus in Z facit A. Igitur Z quantitas eſt rationis ipſius A ad B. Factus eſt autem Z ex Δ in E ducto; hoc eſt ex quantitate rationis AΓ in rationis ΓB quantitatem. Ratio igitur ipſius A ad B componitur ex ratione, quam habet cum A ad Γ, tum Γ ad B: quod oportebat demonſtrare.

Sed ut exemplo etiam manifeſta res fiat, inter numeros 12, et 2 medius aliquis cadat 4. Dico, rationem ipſius 12 ad 2, nempe ſexcuplam, ex ratione cum tripla ipſius 12 ad 4, tum dupla ipſius 4 ad 2 componi. Si enim harum rationum quantitates in ſe invicem ducantur, id eſt 3 in 2, fit 6; qui numerus quantitas eſt rationis ipſius 12 ad 2; nempe ſexcupla, qualis demonſtranda proponebatur. Quod ſi medius, qui intercidit numerus, non ſit majore quidem minor, minore vero major; ſed viciſſim, aut utroque major, aut utroque minor; tunc ſequetur compoſitio quoque, quam diximus. Inter numeros 9 et 6 medius aliquis cadat utroque major, 12. Dico rationem ipſius 9 ad 6 ſeſquialteram componi ex ratione cum ſeſquitertia ipſius 9 ad 12, tum dupla ipſius 12 ad 6. Quantitas enim

* ὥστε ἡ μονὰς
τὸν Ζ ποιείτω· λέγω
MS. γίνεται deeſt.

a ὁ ἄρα Γ πολλαπλασιάσας τὸν Α ποιεῖ. Ὁ δὲ Β τὸν Ε πολλαπλασιάσας τὸν Γ. Ὁ δὲ Δ τὸν Ε πολλαπλασιάσας
b πρὸς τὸν Ζ c πρὸς τὸν ΖΑ d τὸ Α e πρὸς τὸν Θ f τῶν λόγων in MS. deſunt. g In
h τοῦ ἐπιτρίτου

rationis ipſius 9 ad 12 idem eſt ac tres quartæ partes, hoc eſt dimidium et pars quarta: et quantitas rationis ipſius 12 ad 6, idem eſt ac 2. Si igitur 2 in dimidium et partem quartam ducatur, fit unitas cum dimidio; quæ quidem quantitas eſt ſeſquialteræ rationis, quam 9 habet ad 6. Pariter vero ſi inter 9 et 6 medius cadat 4, ſeſquialtera ratio componitur ex ratione cum duplo ſeſquiquarta ipſius 9 et 4, tum ſubſeſquitertia ipſius 4 ad 6. Rurſus enim ſi quantitas rationis duplo ſeſquiquartæ, nempe duo et pars quarta, in ſubſeſquialteræ rationis quantitatem, hoc eſt in duas tertias partes, ducatur; fiet unitas cum dimidio: quæ ſeſquialteræ rationis, ut diximus, quantitas eſt. Atque eadem hæc argumentatio omnibus convenit. Manifeſtum eſt autem ex iis, quæ dicta ſunt, ſi inter datos duos numeros, duaſve magnitudines non unus ſed plures medii termini cadant, extremorum rationem componi ex omnibus rationibus, quas numeri habent deinceps poſiti; ſi incipias ab eorum primo, et in ultimum deſinas, eo ordine, quo ſeſe invicem excipiunt. Cadant enim inter terminos Α, et Β plures quam unus Γ et Δ. Dico rationem ipſius Α ad Β componi ex ratione, quam habet tum Α ad Γ, tum Γ ad Δ, tum Δ ad Β. Quoniam enim ratio ipſius Α ad Β componitur ex ratione, quam habet cum Α ad Δ, tum Δ ad Β, ut ſupra dictum eſt; ratio vero ipſius Α ad Δ ex ratione componitur, quam habet cum Α ad Γ, tum Γ ad Δ; ideo ratio ipſius Α ad Β componitur ex ratione, quam habet tum Α ad Γ, tum Γ ad Δ tum Δ ad Β. Idem de cœteris demonſtrabitur.



Α Γ Δ Β

Amplius in theoremate dicit: atque ut ΡΛ quidem ad ΛΔ, ita demonſtrandum eſt ſe habere quadratum, quod a ΒΔ deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a ΔΧ. Quoniam enim demonſtratum eſt, ut ΡΛ ad ΛΔ, ita ſe habere quadratum, quod a ΛΚ deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a ΔΛ; et ut quadratum, quod a ΚΛ deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a ΛΔ, ita quadratum, quod a ΒΔ deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a ΔΧ: demonſtratum enim eſt, ut ΚΛ ad ΛΔ, ita ſe habere ΒΔ ad ΔΧ, propter rationis compoſitionem: ideo ut ΡΛ ad ΛΔ, ita ſe habet quadratum, quod a ΒΔ deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a ΔΧ. Jam fiat ut ΡΛ ad ΛΧ, ita ΒΖ ad ΖΘ. Ubicunque punctum Θ, ſive hoc, ſive illo modo poſitum, ceciderit, argumentatio, ad concluſionem, quod attinet, recte ſe habet. At vero id punctum inter puncta Β, Ρ ſemper cadere, ſi ponatur, ut eſt in figura, hoc pacto conſtat. Quoniam enim, ut ΛΚ ad ΔΚ, hoc eſt ad ΚΒ, ita ſe habet ΚΡ ad ΡΒ; ideo ut una ad unam, ita etiam omnes ad omnes; nimirum ut ΛΡ ad ΡΚ, ita ΚΡ ad ΡΒ. Habet autem ΛΡ ad ΡΧ majorem rationem quam ΛΡ ad ΡΚ. Habet igitur etiam ΛΡ ad ΡΧ majorem rationem, quam ΚΡ ad ΒΡ; hoc eſt ΖΒ ad ΒΡ. Et convertendo, ΡΛ ad ΛΧ minorem rationem habet, quam ΒΖ ad ΖΡ. Itaque ſi fiat ut ΡΛ ad ΛΧ, ita ΒΖ ad aliam quandam; major hæc erit quam ΖΡ. Hinc vero manifeſtum eſt, ipſam ΖΘ majorem eſſe quam ΘΒ. Quoniam enim demonſtratum eſt; ut ΛΔ ad ΔΚ, ita ſe habere cum ΔΧ ad ΧΒ, tum ΚΒ ad ΒΡ; majorque eſt ΔΧ quam ΧΒ; ideo major etiam eſt ΛΔ quam ΔΚ, et ΚΒ quam ΒΡ; et, quod conſequitur, ΛΔ quam ΒΡ. Major eſt igitur tota ΛΧ quam ΧΡ; ideoque etiam ΘΖ quam ΘΒ.

σύγκειται ὁ ἡμιόλιος τῷ θ' πρὸς τὸν ϛ'. Ἡ γὰρ πηλικότης τοῦ θ' πρὸς τὸν ιβ' λόγου ἐστὶ τρία τέταρτα, τουτέστιν ἥμισυ καὶ τέταρτον· ὁ δὲ πηλικότης τοῦ ιβ' πρὸς τὸν ϛ' ἐστὶν ὁ β'. Ἐὰν οὖν πολλαπλασιάσωμεν [i] τὸν β' ἐπὶ τὸ ἥμισυ καὶ τέταρτον, [k] γίνεται μονὰς * καὶ ἥμισυ, ὅ ἐστι πηλικότης ἐστὶ τοῦ ἡμιολίου λόγου, ὃν ἔχει [l] καὶ ὁ θ' πρὸς τὸν ϛ'. Ὁμοίως δὲ κἂν τοῦ θ' καὶ τοῦ ϛ' μέσος ἐμπέσῃ ὁ δ'· ἐκ τοῦ θ' πρὸς δ' [m] διπλασιεπιτετάρτου, καὶ τοῦ δ' πρὸς ϛ' ὑφημιολίου, σύγκειται ὁ ἡμιόλιος λόγος. Πάλιν γὰρ τὴν πηλικότητα τοῦ [n] διπλασιεπιτετάρτου, τὰ δύο τέταρτα, ἐπὶ τὴν πηλικότητα τοῦ ὑφημιολίου, τουτέστι τὰ δύο τρίτα, πολλαπλασιάσαντες ἕξομεν τὸ ἓν καὶ ἥμισυ· πηλικότητα τοῦ ἡμιολίου, ὡς εἴρηται, λόγου. Καὶ ἐπὶ πάντων ὁμοίως ὁ αὐτὸς ἁρμόσει λόγος. Συμφανὲς δὲ ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡς ἐὰν δύο δοθέντων ἀριθμῶν, ἤτοι [o] μεγέθων, κἂν μὴ εἷς μέσος, πλείους δὲ παρεμπέσωσιν ὅροι, ὁ τῶν ἄκρων λόγος σύγκειται ἐκ πάντων τῶν λόγων, οὓς ἔχουσιν οἱ κατὰ τὸ ἑξῆς [p] κείμενοι, † ἀρχόμενοι ἀπὸ πρώτου, καὶ λήγοντες εἰς τὸν ἔσχατον τῇ κατὰ τοὺς ἑχομένους τάξει. [q] Δύο γὰρ ὅρων τῶν Α, Β παρεμπεπτωκέτωσαν πλείους ἑνὸς οἱ Γ, Δ. Λέγω ὅτι ὁ τοῦ Α πρὸς τὸν Β λόγος, σύγκειται ἔκ τε τοῦ ὃν ἔχει ὁ Α πρὸς τὸν Γ, καὶ ὁ Γ πρὸς τὸν Δ, καὶ ὁ Δ πρὸς τὸν Β. Ἐπεὶ γὰρ ὁ τοῦ Α πρὸς τὸν Β σύγκειται ἔκ τε τοῦ ὃν ἔχει ὁ Α πρὸς τὸν Δ, καὶ ὁ Δ πρὸς τὸν Β, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, ὁ δὲ τοῦ Α πρὸς τὸν Δ λόγος σύγκειται ἔκ τε τοῦ ὃν ἔχει ὁ Α πρὸς τὸν Γ, καὶ ὁ Γ πρὸς τὸν Δ· ἔχει ὁ ἄρα τοῦ Α πρὸς τὸν Β λόγος, συνῆπται ἔκ τε τοῦ [r] ὃν ὁ Α πρὸς τὸν Γ, καὶ ὁ Γ πρὸς τὸν Δ, καὶ ὁ Δ πρὸς τὸν Β. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν δειχθήσονται.

Ἔτι ἐν τῷ ῥητῷ φησίν· Ἀλλ' ὡς μὲν ἡ ΡΛ πρὸς ΛΔ, ἐδείχθη τὸ ἀπὸ ΒΔ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΧ. Ἐπεὶ γὰρ δέδεικται ὡς ἡ ΡΛ πρὸς ΛΔ, τὸ ὑπὸ ΛΚ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΛ· ὡς δὲ τὸ ὑπὸ ΚΛ πρὸς τὸ ὑπὸ ΛΔ, οὕτως τὸ ὑπὸ ΒΔ πρὸς τὸ [s] ὑπὸ ΔΧ· ἐδείχθη γὰρ, ὡς ἡ ΚΛ πρὸς ΛΔ, ἡ ΒΔ πρὸς ΔΧ, διὰ τοῦ συνθέντι· ὡς ἄρα ἡ ΡΛ πρὸς ΛΔ, τὸ ὑπὸ ΒΔ, πρὸς τὸ ὑπὸ ΔΧ. Πεποιήσθω δὲ ὡς ἡ ΡΛ πρὸς ΛΧ, [t] ἡ ΒΖ πρὸς ΖΘ. Τὸ Θ σημεῖον ὅπου δὲ πέσῃ, ὅτε ποτὲ μὲν ἂν τεθῇ, ὅσον πρὸς τὴν ἀκολουθίαν τῆς ἀποδείξεως, κατ' οὐδὲν ἐμποδὼν γίνεται τῷ λόγῳ. Ὅτι δὲ, καθὰ ἐν τῇ καταγραφῇ κεῖται ἀεὶ μεταξὺ τῶν Β, Ρ πίπτει, [u] οὕτω δηλοῦται. Ἐπεὶ γάρ ἐστιν ὡς ἡ ΛΚ πρὸς ΔΚ, τουτέστι πρὸς ΚΒ, οὕτως ἡ ΚΡ πρὸς ΡΒ· καὶ ὡς ἄρα ἓν πρὸς ἓν οὕτως ἅπαντα πρὸς ἅπαντα, ὡς ἡ ΛΡ πρὸς ΡΚ, ἡ ΚΡ πρὸς ΡΒ. Μείζονα δὲ λόγον ἔχει ἡ ΛΡ πρὸς ΡΧ, ἤπερ ἡ ΛΡ πρὸς ΡΚ. Καὶ ἡ ΛΡ ἄρα πρὸς ΡΧ μείζονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ ΚΡ πρὸς ΒΡ· τουτέστιν ἡ ΖΒ πρὸς [w] ΒΡ. Ἀναστρέψαντι ἡ ΡΛ πρὸς ΛΧ ἐλάσσονα ἔχει λόγον, ἤπερ ἡ ΒΖ πρὸς ΖΡ. Ἐὰν ἄρα ποιήσωμεν ὡς ΡΛ πρὸς ΛΧ, οὕτως τὴν ΒΖ πρὸς ἄλλην τινὰ, [x] ἔσται πρὸς μείζονα τῆς ΖΡ. Φανερὸν δὲ αὐτόθεν ὅτι ἡ ΖΘ τῆς ΘΒ μείζων ἐστίν. Ἐπεὶ γὰρ δέδεικται, ὡς ἡ ΛΔ πρὸς ΔΚ, ἡ ΔΧ πρὸς ΧΒ, καὶ ἡ ΚΒ πρὸς ΒΡ, μείζων δὲ ἡ ΔΧ τῆς ΧΒ· μείζων ἄρα καὶ ἡ ΛΔ τῆς ΔΚ [y] καὶ ἡ ΚΒ τῆς ΒΡ· ὥστε καὶ ἡ ΛΔ τῆς ΒΡ. Καὶ ὅλη ἄρα ἡ ΛΧ τῆς ΧΡ μείζων ἐστὶν, ὥστε καὶ ἡ ΘΖ τῆς ΘΒ.

[i] τὸ Β [k] In MS. γίνεται deeſt. [l] In MS. καὶ deeſt. [m] διπλάσιος ἐπὶ τετάρτῳ [n] διπλασίου ἐπὶ τετάρτῳ [o] μεγέθων [p] κείμενοι ὅροι [q] δύο γὰρ ὄντων ὅρων [r] ὃν ἔχει ὁ Α [s] ἀπὸ ΒΧ [t] ἡ ΒΨΖ πρὸς [u] οὕτως [w] ἔσω ἔθλαν [x] ΖΡ· ἀναστρέψαντι ἡ ΡΛ πρὸς ΡΛΧ ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ ΒΖ πρὸς ΖΡ ex MS. [y] ἔσω ἄρα μείζων


* Meibomius legit: μία † Meibomius adjicit: ὅροι

Λοιπὸς ἄρα ἐστὶν ὡς τὸ ἀπὸ ΒΔ, τουτέστι τὸ δοθὲν, πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΧ, οὕτως ἡ ΖΧ πρὸς ΖΘ. Ἐπεὶ γὰρ τῷ τῆς ΒΖ πρὸς ΘΖ λόγῳ ὁ αὐτὸς ἐδείχθη ὁ συγκείμενος ἐκ τε τοῦ ἀπὸ ΒΔ πρὸς τὸ [y] ἀπὸ ΔΧ, καὶ τοῦ τῆς ΒΖ πρὸς ΖΧ· ὁ αὐτὸς δὲ τῷ τῆς ΒΖ πρὸς ΖΘ ἐστὶ, καὶ ὁ συγκείμενος ἐκ τοῦ τῆς ΒΖ πρὸς ΖΧ, καὶ τοῦ τῆς ΖΧ πρὸς ΖΘ λόγου· καὶ ὁ συγκείμενος ἄρα ἐκ τοῦ ἀπὸ ΒΔ πρὸς τὸ [z] ἀπὸ ΔΧ, καὶ τοῦ τῆς ΒΖ πρὸς [a] ΖΧ λόγου ὁ αὐτός ἐστι τῷ συγκειμένῳ ἐκ τοῦ τῆς ΒΖ [b] πρὸς ΖΧ, καὶ τοῦ [c] τῆς ΧΖ πρὸς ΖΘ. Ἐὰν οὖν τὸν ἐν ἀμφοτέροις τοῖς λόγοις κοινὸν ἀφέλωμεν τὸν τῆς ΒΖ πρὸς ΖΧ, λοιπὸς ὁ τοῦ ἀπὸ ΒΔ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΧ λόγος, ὁ αὐτός ἐστι τῷ τῆς ΧΖ πρὸς ΖΘ. Καὶ [d] δεῖ δοθεῖσαν [e] τὴν ΔΖ τεμεῖν δεῖ κατὰ τὸ Χ, καὶ ποιεῖν ὡς τὴν ΧΖ πρὸς δοθεῖσαν, τουτέστι τὴν ΖΘ, οὕτως τὸ δοθὲν, τουτέστι τὸ ἀπὸ ΒΔ, πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΧ. Τοῦτο δὲ οὕτως [f] ἁπλῶς μὲν λεγόμενον ἔχει διορισμόν. Προστιθεμένων δὲ τῶν προβλημάτων τῶν ἐνθάδε ὑπαρχόντων, τουτέστι τοῦ διπλασίαν εἶναι τὴν ΔΒ τῆς ΒΖ, καὶ τοῦ μείζονα τὴν ΒΖ τῆς ΖΘ, ὡς κατὰ τὴν ἀνάλυσιν, οὐκ ἔχει διορισμόν. Καὶ ἔσται πρόβλημα τοιοῦτον. Δύο δοθεισῶν εὐθειῶν τῶν ΔΒ, ΒΖ, καὶ διπλασίας οὔσης τῆς ΔΒ τῆς ΒΖ, καὶ σημείου ἐπὶ τῆς ΒΖ τοῦ Θ, τεμεῖν τὴν ΔΒ κατὰ τὸ Χ, καὶ ποιεῖν ὡς τὸ ἀπὸ ΔΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΧ, τὴν ΧΖ πρὸς ΖΘ. Ἑκάτερα δὲ ταῦτα ἐπὶ τέλει ἀναλυθήσεται, καὶ συντεθήσεται. Ἐπὶ τέλει μὲν τὸ προρρηθὲν ἐπηγγείλατο δεῖξαι, ἐν οὐδενὶ δὲ τῶν ἀντιγράφων εὑρεῖν ἔστι τὸ ἐπάγγελμα. Ὅθεν καὶ Διονυσόδωρον μὲν εὑρίσκομεν μὴ τῶν αὐτῶν ἐπιτυχόντα, ἀδυνατήσαντα δὲ [g] ἐπιβάλλειν τῷ καταλειφθέντι λήμματι, ἐφ' ἑτέραν ὁδὸν τοῦ ὅλου προβλήματος ἐλθεῖν, ἣν τινα ἑξῆς γράψομεν. Διοκλῆς μέντοι καὶ [h] αὐτὸς ἐν τῷ περὶ πυρίων αὐτῷ συγγεγραμμένῳ βιβλίῳ, ἐπαγγείλασθαι νομίζων τὸν Ἀρχιμήδην, [i] μὴ πεποιηκέναι δὲ τὸ ἐπάγγελμα, αὐτὸς ἀναπληροῦν ἐπεχείρησε. Καὶ τὸ ἐπιχείρημα ἑξῆς γράψομεν. Ἔστι γὰρ καὶ αὐτὸ οὐδένα μὲν ἔχον πρὸς τὰ [k] προλελειμμένα λόγον, ὁμοίως δὲ τῷ Διονυσοδώρῳ δι' ἑτέρας ἀποδείξεως κατασκευάζον τὸ πρόβλημα. Ἔν τινι μέντοι παλαιῷ βιβλίῳ, οὐδὲ γὰρ τῆς ἐπὶ πολλὰ ζητήσεως ἀπέστημεν, ἐπετύχομεν θεωρήμασι γεγραμμένοις, οὐκ [l] ὀλίγην τὴν ἐκ τῶν πταισμάτων ἔχουσι ἀσάφειαν περί τε τὰς καταγραφὰς πολυτρόπως ἡμαρτημένοις. Τῶν μέντοι ζητουμένων εἶχεν τὴν ὑπόστασιν, ἐν μέρει δὲ τὴν Ἀρχιμήδει φίλην Δωρίδα γλῶσσαν ἀπέσωζεν, καὶ τοῖς συνήθεσι τῷ ἀρχαίῳ τῶν πραγμάτων ὀνόμασιν ἐγέγραπτο· τῆς μὲν παραβολῆς ὀρθογωνίου κώνου τομῆς ὀνομαζομένης, τῆς δ' ὑπερβολῆς ἀμβλυγωνίου κώνου τομῆς· ὡς ἐξ αὐτῶν διανοηθῆναι, μὴ ἄρα καὶ αὐτὸς εἴη τὰ ἐν τῷ τέλει ἐπηγγελμένα ἐπερχόμενος γράφεσθαι. Ὅθεν σπουδαιότερον ἐντυγχάνοντες, αὐτὸ μὲν τὸ ῥητὸν, ὡς γέγραπται, διὰ πλῆθος, ὡς εἴρηται, τῶν πταισμάτων δυσχερὲς εὑρόντες, τὰς ἐννοίας κατὰ μικρὸν ἀποσυλήσαντες κοινοτέρᾳ καὶ σαφεστέρᾳ κατὰ τὸ δυνατὸν λέξει γράφομεν. Καθόλου δὲ πρῶτον τὸ θεώρημα γραφήσεται, ἵνα τὸ λεγόμενον ὑπ' αὐτοῦ σαφηνισθῇ περὶ τῶν διορισμῶν. Εἶτα καὶ τοῖς ἀναλελυμένοις ἐν τῷ προβλήματι προσαρμοσθήσεται.

Reliqua eſt igitur ratio, in qua, ut quadratum, quod a BΔ deſcribitur, hoc eſt datum, ad quadratum, quod deſcribitur a ΔX, ita ſe habet ZX ad ZΘ. Quoniam enim demonſtratum eſt, rationem, quæ componitur ex ea, quam habet quadratum, quod a BΔ deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a ΔX, et ex ea, quam BZ habet ad ZX, eamdem eſſe atque rationem ipſius BZ ad ΘZ: ratio autem ipſius BZ ad ΘZ eadem eſt atque illa, quæ componitur ex ea, quam habet BZ ad ZX, et ex ea, quam ZX habet ad ZΘ: ideo quæ ratio componitur ex ea, quam habet quadratum, quod a BΔ deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a ΔX, et ex ea, quam BZ habet ad ZX, eadem eſt atque illa, quæ componitur ex ea, quam habet BZ ad ZX, et ex ea, quam XZ habet ad ZΘ. Itaque ſi ratio, quam habet BZ ad ZX, utrique rationi communis, auferatur; quæ reliqua eſt ratio, nempe illa, quam habet quadratum, quod a BΔ deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a ΔX, eadem eſt atque ratio quam XZ habet ad ZΘ. Oportet igitur datam ΔZ ſecare in puncto X, atque facere, ut XZ ad datam ZΘ, ita datum quadratum, quod a BΔ deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a ΔX. Atque hoc quidem ſi univerſaliter proferatur, determinationem habet: ſin autem hæc addantur, quæ hic reperta ſunt, problemata, nimirum ΔB duplam eſſe ipſius BZ, et BZ majorem quam ZΘ, ut ex analyſi, nullam habet determinationem. Atque problema erit hujuſmodi. Datis duabus rectis ΔB, BZ, quarum altera ΔB alterius BZ dupla ſit, datoque item in BZ puncto Θ, ΔB ipſam in puncto X ſecare, atque facere, ut quadratum, quod a BΔ deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a ΔX, ita XZ ad ZΘ. Horum autem utrumque in fine reſolvetur, et componetur. Id quidem Archimedes ſe facturum in fine pollicitus eſt; nec tamen in ullo exemplari invenitur, quod pollicitus erat, eum præſtitiſſe. Quapropter Dionyſodorus a diverſis principiis orſus cum in lemma, quod Archimedes ſibi ſumpſit, incidere non potuerit, aliam totius problematis conficiendi rationem iniit, quam deinceps deſcribemus. Diocles quidem ipſe in libro, quem de igniariis conſcripſit, exiſtimans Archimedem promiſſo, quod hac de re fecerat, nunquam ſatisfeciſſe, eidem ſatisfacere aggreſſus eſt. Quam autem rationem inierit, deinceps videbimus. Nihil enim habet ne iſta quidem, quod cum lemmate illo conveniat; quippe, haud ſecus quam Dionyſodorus, aliam ingreſſus demonſtrandi viam problema conficit. Porro hæc theoremata in vetuſto quodam libro; plures enim conquiſivimus; ſcripta invenimus, quæ valde obſcura erant propter menda, quæ irrepſerant, figuraſque multifariam depravatas. Quæ porro quærուntur, propoſita erant Dorica lingua, quam Archimedes imprimis amat, aliqua ex parte ſervata nominibuſque rerum apud veteres uſitatis. Quippe parabole, et hyperbole, altera quidem rectanguli, altera vero obtuſianguli coni ſectio vocabatur: ut ex iis animum ſubeat cogitatio, num ipſe ſit, qui, quod in fine ſe facturum pollicitus erat, id præſtare aggrediatur. Quocirca ſtudioſius conati, cum orationem, ut diximus, difficilem propter mendorum multitudinem nacti ſimus, ſingulas ejus ſententias paulatim aperire, magiſque clare ac populariter, quantum fieri verbis poterit, explicare conabimur. Ac primo quidem theorema ipſum generaliter deſcribetur, ut quod de eo circa determinationes dictum eſt clarum fiat. Deinde vero ad ea, quæ in problemate reſoluta ſunt, idem accommodabitur.

[y] ἀπὸ ΔΚ ἢ τῆς ΒΖ πρὸς ΖΚ. Τῷ δὲ αὐτῷ τῷ τῆς ΒΖ πρὸς ΖΘ ὁ αὐτός ἐστι καὶ ὁ συγκείμενος ἐκ τοῦ τῆς ΒΖ πρὸς ΖΚ. Καὶ τῆς ΧΖ πρὸς ΖΘ. Καὶ ὁ &c. [z] ἀπὸ ΔΚ [a] ΖΚ [b] πρὸς ΒΧ [c] ΖΒ [d] In MS. δὲ deeſt. [e] τῆς ΔΖ [f] ἁπλῶς in MS. deeſt. [g] ἐπιβαλεῖν [h] αὐτὸς pro αὐτὸ ex MS. [i] μήτι [k] παραλελειμμένα [l] ὀλίγον μὲν

Data recta A B, aliaque item A Γ, ſpatioque Δ; proponatur ſumendum in A B punctum aliquod E ejuſmodi, ut quemadmodum A E ad A Γ, ita ſe habeat ſpatium Δ ad quadratum, quod ab E B deſcribitur. Factum ſit; et ponatur A Γ ad rectos angulos ipſi A B; junctaque Γ E producatur ad Z. Ducatur autem per punctum Γ ipſi A B parallela Γ H; et per punctum B, Z B H parallela ipſi A Γ, eademque cum utraque Γ E, Γ H concurrens. Compleatur porro parallelogrammum H Θ: ducaturque per punctum E, K E Λ utrilibet Γ Θ, H Z parallela: ſpatioque Δ æquale ſit ſpatium, quod ſub Γ H M continetur. Quoniam igitur ut E A ad A Γ, ita ſe habet ſpatium Δ ad quadratum, quod ab E B deſcribitur: ut autem E A ad A Γ, ita ſe habet Γ H ad H Z; et ut Γ H ad H Z, ita quadratum, quod a Γ H deſcribitur, ad ſpatium, quod ſub Γ H Z continetur: ideo ut quadratum, quod a Γ H deſcribitur, ad ſpatium, quod ſub Γ H Z continetur, ita ſe habet ſpatium Δ ad quadratum, quod ab E B, hoc eſt ad id, quod a K Z deſcribitur. Et permutando, ut quadratum, quod a Γ H deſcribitur, ad ſpatium Δ; hoc eſt ad ſpatium, quod ſub Γ H M continetur; ita ſe habet ſpatium, quod ſub Γ H Z continetur, ad quadratum, quod a Z K deſcribitur. Ut autem quadratum, quod a Γ H deſcribitur, ad ſpatium, quod ſub Γ H M continetur, ita ſe habet Γ H ad H M. Igitur etiam ut Γ H ad H M, ita ſe habet ſpatium, quod ſub Γ H Z continetur, ad quadratum, quod a Z K deſcribitur. Ut autem Γ H ad H M, ita, ſumpta communi altitudine H Z, ſpatium, quod ſub Γ H Z continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub M H Z. Ut igitur ſpatium, quod ſub Γ H Z continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub M H Z, ita ſpatium, quod ſub Γ H Z continetur, ad quadratum, quod a Z K deſcribitur. Æquale eſt igitur ſpatium, quod ſub M H Z continetur, quadrato, quod a Z K deſcribitur. Itaque ſi circa axem Z H parabole per punctum H deſcribatur, ita ut quæ a ſectione ducuntur poſſint ſpatia, quæ ad H M applicantur, hæc per punctum K tranſibit; dataque erit poſitione, cum data magnitudine ſit H M, quæ una cum data H Γ datum ſpatium Δ comprehendit. Punctum igitur K datam poſitione parabolen contingit. Deſcribatur, ut dictum eſt, eaque ſit H K. Rurſus quoniam ſpatium Θ Λ æquale eſt ſpatio Γ B; nempe illud, quod ſub Θ K Λ continetur, illi, quod continetur ſub A B H; ſi circa aſymtotos Θ Γ, Γ H per punctum B hyperbole deſcribatur, hæc, per reciprocationem duodecimi theorematis libri Conicorum Apollonii Elementorum ſecundi, per punctum K tranſibit, eademque data erit poſitione; cum utraque Θ Γ, Γ H, et amplius punctum B poſitione datum ſit. Deſcribatur, ut dictum eſt, eaque ſit K B. Punctum igitur K datam poſitione hyperbolen contingit. Contigebat autem et datam poſitione parabolen. Datum eſt igitur punctum K. Ducta eſt autem ab hoc puncto ad datam poſitione A B normalis K E. Punctum igitur E eſt datum. Et quoniam ut E A ad datam A Γ, ita ſe habet datum ſpatium Δ ad quadratum, quod ab E B deſcribitur; ideo duorum ſolidorum, quorum quidem baſes ſunt quadratum, quod deſcribitur ab E B, et ſpatium Δ;




Εὐθείας δοθείσης τῆς A B, καὶ ἑτέρας τῆς A Γ, καὶ χωρίου τοῦ Δ, προκείσθω λαβεῖν ἐπὶ τῆς A B σημεῖον ὡς τὸ E, ὥστε εἶναι ὡς τὴν A E πρὸς A Γ, οὕτως τὸ Δ χωρίον πρὸς τὸ ἀπὸ E B. Γεγονέτω, καὶ κείσθω ἡ A Γ πρὸς ὀρθὰς τῇ A B· καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ Γ E διήχθω ἐπὶ τὸ Z. Καὶ ἤχθω διὰ τοῦ Γ τῇ A B παράλληλος ἡ Γ H, διὰ δὲ τοῦ B τῇ A Γ παράλληλος ἡ Z B H συμπίπτουσα ἑκατέρᾳ τῶν Γ E, Γ H. Καὶ συμπεπληρώσθω τὸ H Θ παραλληλόγραμμον, καὶ διὰ τοῦ E ὁποτέρᾳ τῶν Γ Θ, H Z παράλληλος ἤχθω ἡ K E Λ· καὶ τῷ Δ ἴσον ἔστω τὸ ὑπὸ Γ H M. Ἐπεὶ οὖν ἐστὶν ὡς ἡ E A πρὸς A Γ, οὕτως τὸ Δ πρὸς τὸ ἀπὸ E B· ὡς δὲ ἡ E A πρὸς A Γ, [m] οὕτως ἡ Γ H πρὸς H Z· ὡς δὲ ἡ Γ H πρὸς H Z, οὕτως τὸ ἀπὸ Γ H πρὸς τὸ ὑπὸ Γ H Z· ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ Γ H πρὸς τὸ ὑπὸ Γ H Z, οὕτως τὸ Δ πρὸς τὸ ἀπὸ E B, τουτέστι πρὸς τὸ ἀπὸ K Z. Καὶ ἐναλλάξ, ὡς τὸ ἀπὸ Γ H πρὸς τὸ Δ, τουτέστι πρὸς τὸ ὑπὸ Γ H M, οὕτως τὸ ὑπὸ Γ H Z πρὸς τὸ ἀπὸ Z K. Ἀλλ' ὡς τὸ ἀπὸ Γ H πρὸς τὸ ὑπὸ Γ H M, οὕτως ἡ Γ H πρὸς H M. Καὶ ὡς ἄρα ἡ Γ H πρὸς H M, [n] οὕτως τὸ ὑπὸ Γ H Z πρὸς τὸ ἀπὸ Z K. Ἀλλ' ὡς ἡ Γ H πρὸς H M, τῆς H Z κοινοῦ ὕψους λαμβανομένης, οὕτως τὸ ὑπὸ Γ H Z πρὸς τὸ ὑπὸ M H Z. Ὡς ἄρα τὸ ὑπὸ Γ H Z πρὸς τὸ ὑπὸ M H Z, οὕτως τὸ ὑπὸ Γ H Z πρὸς τὸ ἀπὸ Z K. Ἴσον ἄρα τὸ ὑπὸ M H Z τῷ ἀπὸ Z K. Ἐὰν ἄρα περὶ ἄξονα τὴν Z H γραφῇ διὰ τοῦ H παραβολή, ὥστε τὰς καταγομένας δύνασθαι παρὰ τὴν H M, ἥξει διὰ τοῦ K· καὶ ἔσται θέσει δεδομένη, διὰ τὸ δεδομένην εἶναι τὴν H M τῷ μεγέθει, περιέχουσαν μετὰ τῆς H Γ δεδομένης δοθὲν τὸ Δ. Τὸ ἄρα K ἅπτεται θέσει δεδομένης παραβολῆς. Γεγράφθω οὖν, ὡς εἴρηται, καὶ ἔστω ὡς ἡ H K. Πάλιν ἐπειδὴ τὸ Θ Λ χωρίον ἴσον ἐστὶ τῷ Γ B, τουτέστι τὸ ὑπὸ Θ K Λ τῷ ὑπὸ A B H· ἐὰν διὰ τοῦ B περὶ ἀσυμπτώτους τὰς Θ Γ, Γ H γραφῇ [o] ὑπερβολή, ἥξει διὰ τοῦ K, διὰ τὴν ἀντιστροφὴν τοῦ ιβ' θεωρήματος δευτέρου βιβλίου τῶν Ἀπολλωνίου Στοιχείων, καὶ ἔσται θέσει δεδομένη, διὰ τὸ καὶ ἑκατέραν τῶν Θ Γ, Γ H, ἔτι μὲν καὶ τὸ B τῇ θέσει δεδόσθαι. Γεγράφθω, ὡς εἴρηται, καὶ ἔστω [p] ὡς ἡ K B. Τὸ ἄρα K ἅπτεται θέσει δεδομένης ὑπερβολῆς. Ἥπτετο δὲ καὶ θέσει δεδομένης παραβολῆς. Δέδοται ἄρα τὸ K. Καὶ ἐστὶν ἀπ' αὐτοῦ κάθετος ἡ K E ἐπὶ θέσει δεδομένην τὴν A B. Δέδοται ἄρα τὸ E. Ἐπεὶ οὖν ἐστὶν ὡς ἡ E A πρὸς τὴν δοθεῖσαν τὴν A Γ, οὕτως δοθὲν τὸ Δ πρὸς τὸ ἀπὸ E B· δύο ἄρα στερεῶν, ὧν βάσεις τὸ ἀπὸ E B, καὶ τὸ Δ, ὕψη δὲ αἱ

[m] οὕτως τὸ ἀπὸ Γ H   [n] ἀλλ' ὡς τὸ ὑπὸ   [o] ἡ γραφεῖσα ὑπερβολὴ   [p] ὡς ἡ K

ΕΑ, ΑΓ, ἀντιπεπόνθασιν αἱ βάσεις ταῖς ὕψεσιν· ὥστε ἴσα ἐστὶ τὰ στερεά. Τὸ [1] ἄρα ἀπὸ ΕΒ ἐπὶ τὴν ΕΑ, ἴσον ἐστὶ τῷ δοθέντι τῷ Δ ἐπὶ δοθεῖσαν τὴν ΓΑ. Ἀλλὰ τὸ ἀπὸ ΒΕ ἐπὶ τὴν ΕΑ μέγιστόν ἐστι πάντων τῶν ὁμοίως λαμβανομένων ἐπὶ τῆς ΒΑ, ὅταν [2] ᾖ διπλασία ἡ ΒΕ τῆς ΕΑ, ὡς δειχθήσεται. Δεῖ ἄρα τὸ δοθὲν ἐπὶ τὴν δοθεῖσαν μὴ μεῖζον εἶναι τοῦ ἀπὸ τῆς ΒΕ ἐπὶ τὴν ΕΑ.

Συντεθήσεται δὲ οὕτως. Ἔστω ἡ μὲν δοθεῖσα εὐθεῖα ἡ ΑΒ, ἄλλη δέ τις δοθεῖσα ἡ ΑΓ, τὸ δὲ δοθὲν χωρίον τὸ Δ. Καὶ δέον ἔστω τεμεῖν τὴν ΑΒ, ὥστε εἶναι ὡς τὸ ἓν τμῆμα πρὸς τὴν δοθεῖσαν τὴν ΑΓ, οὕτως τὸ δοθὲν τὸ Δ πρὸς τὸ ἀπὸ τοῦ λοιποῦ τμήματος. Εἰλήφθω τῆς ΑΒ τρίτον μέρος ἡ ΑΕ. Τὸ ἄρα Δ ἐπὶ τὴν ΑΓ, ἤτοι μεῖζόν ἐστι [3] τοῦ ἀπὸ τῆς ΒΕ ἐπὶ τὴν ΕΑ, ἢ ἴσον ἢ ἔλασσον. Εἰ μὲν οὖν μεῖζόν ἐστιν, οὐ συντεθήσεται, ὡς ἐν τῇ ἀναλύσει δέδεικται. Εἰ δὲ ἴσον ἐστί, τὸ Ε σημεῖον ποιήσει τὸ πρόβλημα. Ἴσων γὰρ ὄντων τῶν στερεῶν ἀντιπεπόνθασιν αἱ βάσεις τοῖς ὕψεσιν· καὶ ἔστιν ὡς ἡ ΕΑ πρὸς ΑΓ, οὕτως τὸ Δ πρὸς τὸ ἀπὸ ΒΕ. Εἰ δὲ ἔλασσόν ἐστι τὸ Δ ἐπὶ τὴν ΑΓ, τοῦ ἀπὸ ΒΕ ἐπὶ τὴν ΕΑ, συντεθήσεται οὕτως. Κείσθω ἡ ΑΓ πρὸς ὀρθὰς τῇ ΑΒ· καὶ διὰ τοῦ Γ τῇ ΑΒ παράλληλος ἤχθω ἡ ΓΖ· διὰ δὲ τοῦ Β τῇ ΑΓ παράλληλος ἤχθω ἡ ΒΖ, [4] καὶ συμπιπτέτω τῇ ΓΕ ἐκβληθείσῃ κατὰ τὸ Η. Καὶ συμπεπληρώσθω τὸ ΖΘ παραλληλόγραμμον, καὶ διὰ τοῦ Ε τῇ ΖΗ παράλληλος ἤχθω ἡ ΚΕΛ. Ἐπεὶ οὖν τὸ Δ ἐπὶ τὴν ΑΓ, ἔλασσόν ἐστι τοῦ ἀπὸ ΒΕ ἐπὶ τὴν ΕΑ· ἔστιν ὡς ἡ ΕΑ πρὸς ΑΓ, οὕτως τὸ Δ πρὸς ἔλασσόν τι τοῦ ἀπὸ τῆς ΒΕ, τουτέστι τοῦ ἀπὸ τῆς ΗΚ. Ἔστω οὖν ὡς ἡ ΕΑ πρὸς ΑΓ, οὕτως τὸ Δ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΜ· καὶ τῷ Δ ἴσον ἔστω τὸ ὑπὸ ΓΖΝ. Ἐπεὶ οὖν ἐστιν ὡς ἡ ΕΑ πρὸς ΑΓ, οὕτως τὸ Δ, τουτέστι τὸ ὑπὸ ΓΖΝ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΜ· ἀλλ' ὡς ἡ ΕΑ πρὸς ΑΓ, οὕτως ἡ ΓΖ πρὸς ΖΗ, ὡς δὲ ἡ ΓΖ πρὸς ΖΗ,



οὕτως τὸ ἀπὸ ΓΖ πρὸς τὸ ὑπὸ ΓΖΗ· ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ ΓΖ πρὸς τὸ ὑπὸ ΓΖΗ, οὕτως τὸ ὑπὸ ΓΖΝ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΜ. Καὶ ἐναλλάξ, ὡς τὸ ἀπὸ ΓΖ πρὸς τὸ ὑπὸ ΓΖΝ, οὕτως τὸ ὑπὸ ΓΖΗ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΜ. Ἀλλ' ὡς τὸ ἀπὸ ΓΖ [5] πρὸς τὸ ὑπὸ ΓΖΝ, οὕτως ἡ ΓΖ πρὸς ΖΝ· ὡς δὲ ἡ ΓΖ πρὸς ΖΝ, τῆς ΖΗ κοινοῦ ὕψους λαμβανομένης, οὕτως τὸ ὑπὸ ΓΖΗ πρὸς τὸ ὑπὸ ΝΖΗ. Καὶ ὡς ἄρα τὸ ὑπὸ ΓΖΗ πρὸς τὸ ὑπὸ ΝΖΗ, οὕτως τὸ ὑπὸ ΓΖΗ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΜ. Ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ ἀπὸ ΗΜ τῷ ὑπὸ ΗΖΝ. Ἐὰν ἄρα διὰ τοῦ Ζ περὶ ἄξονα τὴν ΖΗ γρά-

altitudines vero EA, et AΓ; baſes, et altitudines reciprocantur: et propterea ſolida æqualia ſunt. Quadratum igitur, quod ab EB deſcribitur, ductum in EA, æquale eſt dato ſpatio Δ ducto in datam ΓA. Quod autem quadratum a BE deſcribitur, id in ea ductum, maximum eſt omnium, quæ in BA ſimili modo ſumuntur, quando BE ipſius EA eſt dupla, quemadmodum demonſtrabitur. Oportet igitur datum ſpatium in datam rectam ductum quadrato majus non eſſe, quod a BE deſcribitur, ducto in EA.

Componetur autem problema hoc pacto. Sit data quidem recta, AB; data vero quædam alia, AΓ; denique datum ſpatium, Δ. Oporteat autem AB ita ſecare, ut quemadmodum alterum ejus ſegmentum ad datam AΓ, ita ſe habeat datum ſpatium Δ ad quadratum, quod ab altero ſegmento deſcribitur. Sumatur tertia ipſius AB pars, AE. Itaque ſpatium Δ in AΓ ductum quadrato, quod a BE deſcribitur, ducto in EA, aut majus eſt, aut æquale, aut minus. Et ſi quidem majus, problema non componetur, ut in reſolutione demonſtratum eſt. Sin æquale, punctum E illud confecerit. Solida enim æqualia cum ſint, eorum baſes, et altitudines reciprocantur: atque ut EA ad AΓ, ita ſe habet ſpatium Δ ad quadratum, quod a BE deſcribitur. Si denique ſpatium Δ in AΓ ductum minus eſt quadrato, quod a BE deſcribitur, ducto in EA, componetur hoc pacto. Ponatur AΓ ipſi AB ad rectos angulos: ducaturque per punctum Γ ipſi AB parallela ΓZ; et per punctum B parallela ipſi AΓ, BZ; eaque cum ΓE producta in puncto H concurrat. Compleatur porro parallelogrammum ZΘ; et per punctum E ipſi ZH parallela ducatur KEΛ. Quoniam igitur ſpatium Δ in AΓ ductum minus eſt quadrato, quod a BE deſcribitur, ducto in EA; ideo ut EA ad AΓ ita ſe habet ſpatium Δ ad ſpatium aliquod minus quadrato, quod a BE, hoc eſt HK, deſcribitur. Itaque ut EA ad AΓ, ita ſe habeat ſpatium Δ ad quadratum, quod deſcribitur ab HM; ſpatioque Δ æquale ſit ſpatium, quod continetur ſub ΓZN. Et quoniam ut EA ad AΓ, ita ſe habet ſpatium Δ; hoc eſt illud, quod ſub ΓZN continetur, ad quadratum, quod ab HM deſcribitur: ut autem EA ad AΓ, ita ſe habet ΓZ ad ZH; et ut ΓZ ad ZH, ita quadratum, quod a ΓZ deſcribitur, ad ſpatium, quod ſub ΓZH continetur: ideo etiam ut quadratum, quod a ΓZ deſcribitur, ad ſpatium, quod ſub ΓZH continetur, ita ſe habet ſpatium, quod continetur ſub ΓZN, ad quadratum, quod deſcribitur ab HM. Et permutando, ut quadratum, quod a ΓZ deſcribitur, ad ſpatium, quod continetur ſub ΓZN, ita ſe habet ſpatium, quod ſub ΓZH continetur, ad quadratum, quod deſcribitur ab HM. Ut autem quadratum, quod a ΓZ deſcribitur, ad ſpatium, quod continetur ſub ΓZN, ita ſe habet ΓZ ad ZN; et ut ΓZ ad ZN, ita, ſumpta communi altitudine ZH, ſpatium, quod ſub ΓZH continetur, ad ſpatium quod continetur ſub NZH. Ut igitur ſpatium, quod ſub ΓZH con-

[1] In MS. ἄρα deeſt. [2] ᾖ ... [3] τοῦ ἀπὸ τῆς ΒΕ ἐπὶ τὴν ΕΑ ἢ ἴσον, ἢ ἔλασσον. Εἰ μὲν οὖν in MS. deſunt. [4] καὶ συμπιπτέτω τῇ ΓΕ in MS. deſunt. [5] πρὸς τὸ ὑπὸ ΓΖΝ, ἡ ΓΖ πρὸς ΖΝ· ὡς &c.

tinetur, ad ſpatium, quod continetur ſub N Z H, ita ſe habet ſpatium, quod ſub Γ Z H continetur, ad quadratum, quod deſcribitur ab H M. Æquale eſt igitur quadratum, quod deſcribitur ab H M ſpatio, quod continetur ſub H Z N. Itaque ſi circa axem Z H per punctum Z parabole deſcribatur, ita ut quæ ad axem ducuntur poſſint ſpatia, quæ applicantur ad Z N; hæc per punctum M tranſibit. Deſcribatur, eaque ſit M Ξ Z. Et quoniam æquale eſt ſpatium Θ Λ ſpatio A Z; nempe illud, quod ſub Θ K Λ continetur, illi, quod continetur ſub A B Z; ſi circa aſymptotos Θ Γ, Γ Z per punctum B deſcribatur hyperbole, hæc per reciprocationem duodecimi theorematis libri Conicorum Apollonii Elementorum ſecundi, tranſibit per punctum K. Deſcribatur, eaque ſit B Ξ K parabolen ſecans in puncto Ξ: ducaturque a puncto Ξ ipſi A B normalis Ξ O Π; et parallela eidem A B per idem punctum, P Ξ Σ. Quoniam igitur B Ξ K hyperbole eſt, ejuſque aſymptoti Θ Γ, Γ Z; ductæque ſunt rectæ P Ξ, Ξ Π rectis A B, B Z parallelæ; ideo æquale eſt ſpatium, quod ſub P Ξ Π continetur, ſpatio, quod continetur ſub A B Z; et propterea etiam ſpatium P O æquale ſpatio O Z. Itaque ſi a puncto Γ ad Σ recta jungatur, per punctum O tranſibit. Tranſeat, eaque ſit Γ O Σ. Quoniam igitur ut O A ad A Γ, ita ſe habet O B ad B Σ, hoc eſt Γ Z ad Z Σ: ut autem Γ Z ad Z Σ, ita, ſumpta communi altitudine Z N, ſpatium, quod ſub Γ Z N continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub Σ Z N: ideo etiam ut O A ad A Γ, ita ſe habet ſpatium, quod ſub Γ Z N continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub Σ Z N. Æquale eſt autem ſpatio quidem, quod ſub Γ Z N continetur, ſpatium Δ; ſpatio vero, quod continetur ſub Σ Z N, quadratum, quod a Σ Ξ, hoc eſt B O, deſcribitur, propter parabolen. Ut igitur O A ad A Γ, ita ſe habet ſpatium Δ ad quadratum, quod a B O deſcribitur. Inventum eſt igitur punctum O, quod problema conficit.


At vero quadratum, quod a B E deſcribitur, in E A ductum, omnium eſſe maximum, quæ in B A ſimili modo ſumuntur, quando B E dupla fuerit ipſius E A, hoc pacto demonſtrabitur. Sit enim rurſus, ut in analyſi, data recta A Γ ad rectos angulos ipſi A B: junctaque Γ E producatur, eademque cum recta, quæ per punctum B ipſi A Γ parallela ducitur, in puncto Z concurrat. Ducatur porro per puncta Γ, Z ipſi A B parallelæ, Θ Z, Γ H; et producatur Γ A ad punctum Θ: ducaturque per punctum E huic parallela K E Λ. Denique fiat, ut E A ad A Γ, ita ſpatium, quod ſub Γ H M continetur, ad quadratum, quod ab E B deſcribitur. Quod igitur quadratum a B E deſcribitur, id in E A ductum æquale eſt ſpatio, quod ſub Γ H M continetur, ductum in A Γ; eo quod duorum horum ſolidorum baſes et altitudines reciprocantur. Itaque dico, ſpatium, quod ſub Γ H M continetur, ductum in A Γ, omnium eſſe maximum, quæ in B A ſimili modo ſumuntur. Deſcribatur enim circa axem Z H per punctum H parabole, ita ut, quæ ad axem ducuntur, poſſint ſpatia, quæ ad H M applicantur. Hæc utique per punctum K tranſibit, ut in analyſi demonſtratum eſt, et producta cum Θ Γ, quæ ſectionis diametro parallela eſt, per theorema ſextum et vigeſimum primi libri Conicorum Apollonii Elementorum, concurret. Producatur, eademque concurrat in puncto N: et circa aſymptotos N Γ H hyperbole deſcribatur. Hæc item per punctum K, ut in analyſi dictum eſt, tranſibit. Itaque tranſeat, veluti B K: et ponatur ipſi Z H productæ æqualis H Ξ: junctaque Ξ K producatur ad punctum O. Manifeſtum igitur eſt hanc parabolen contingere, per reciprocationem theorematis tertii et tri-

ψομεν παραβολήν, ὥστε τὰς καταγομένας δύνασθαι παρὰ τὴν Ζ Ν, ἥξει διὰ τοῦ Μ. Γεγράφθω, καὶ ἔστω ἡ Μ Ξ Ζ. Καὶ ἐπεὶ ἴσον ἐστὶ τὸ Θ Λ τῷ Α Ζ, τουτέστι τὸ ὑπὸ Θ Κ Λ τῷ ὑπὸ Α Β Ζ· ἐὰν διὰ τοῦ Β περὶ ἀσυμπτώτους τὰς Θ Γ, Γ Ζ γράψωμεν ὑπερβολήν, ἥξει διὰ τοῦ Κ, διὰ τὸ ἀντίστροφον τοῦ ιβ' θεωρήματος [w] τοῦ δευτέρου βιβλίου τῶν Ἀπολλωνίου Κωνικῶν Στοιχείων. Γεγράφθω, καὶ ἔστω ὡς ἡ Β Ξ Κ, τέμνουσα τὴν παραβολὴν κατὰ τὸ Ξ· καὶ ἀπὸ τοῦ Ξ ἐπὶ τὴν Α Β κάθετος ἤχθω ἡ Ξ Ο Π· καὶ διὰ τοῦ Ξ τῇ Α Β παράλληλος ἤχθω [x] ἡ Ρ Ξ Σ. Ἐπεὶ οὖν ὑπερβολή ἐστιν ἡ Β Ξ Κ, ἀσύμπτωτοι δὲ αἱ Θ Γ, Γ Ζ, καὶ παράλληλοι ἠγμέναι εἰσὶν αἱ Ρ Ξ, Ξ Π ταῖς Α Β, Β Ζ· ἴσον ἐστὶ τὸ ὑπὸ Ρ Ξ Π τῷ ὑπὸ Α Β Ζ· ὥστε καὶ [y] τὸ Ρ Ο τῷ Ο Ζ. Ἐὰν ἄρα ἀπὸ τοῦ Γ ἐπὶ τὸ Σ ἐπιζευχθῇ [z] εὐθεῖα, ἥξει διὰ τοῦ Ο. Ἐρχέσθω, καὶ ἔστω ὡς ἡ Γ Ο Σ. Ἐπεὶ οὖν ἐστιν ὡς ἡ Ο Α πρὸς Α Γ, οὕτως ἡ Ο Β πρὸς Β Σ, τουτέστιν ἡ Γ Ζ πρὸς Ζ Σ· ὡς δὲ ἡ Γ Ζ πρὸς Ζ Σ, τῆς Ζ Ν κοινοῦ ὕψους λαμβανομένης, οὕτως τὸ ὑπὸ Γ Ζ Ν πρὸς τὸ ὑπὸ Σ Ζ Ν· καὶ ὡς ἄρα ἡ Ο Α πρὸς Α Γ, οὕτως τὸ ὑπὸ Γ Ζ Ν πρὸς τὸ ὑπὸ Σ Ζ Ν. Καὶ ἴσον τῷ μὲν [a] ὑπὸ Γ Ζ Ν, τὸ Δ χωρίον, τῷ δὲ ὑπὸ Σ Ζ Ν, ἴσον τὸ ἀπὸ Σ Ξ, τουτέστι τὸ ἀπὸ Β Ο, διὰ τὴν παραβολήν. Ὡς ἄρα ἡ Ο Α πρὸς Α Γ, οὕτως τὸ Δ χωρίον πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Β Ο. Εἴληπται ἄρα τὸ Ο σημεῖον, ποιοῦν τὸ πρόβλημα.

Ὅτι δὲ διπλασίας οὔσης τῆς Β Ε τῆς Ε Α, τὸ ἀπὸ τῆς Β Ε ἐπὶ τὴν Ε Α μέγιστόν ἐστι πάντων τῶν ὁμοίως λαμβανομένων ἐπὶ τῆς Β Α, δειχθήσεται οὕτως. Ἔστω γάρ, ὡς ἐν [b] τῇ ἀναλύσει, πάλιν δοθεῖσα εὐθεῖα πρὸς ὀρθὰς τῇ Α Β, ἡ Α Γ· καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ Γ Ε ἐκβεβλήσθω, καὶ συμπιπτέτω τῇ διὰ τοῦ Β παραλλήλῳ ἀγομένῃ τῇ Α Γ κατὰ τὸ Ζ. Καὶ διὰ τῶν Γ, Ζ παράλληλοι τῇ Α Β ἤχθωσαν αἱ Θ Ζ, Γ Η· καὶ ἐκβεβλήσθω ἡ Γ Α ἐπὶ τὸ Θ· καὶ ταύτῃ παράλληλος διὰ τοῦ Ε ἤχθω ἡ Κ Ε Λ. Καὶ γινέσθω, ὡς ἡ Ε Α πρὸς Α Γ, οὕτως τὸ ὑπὸ Γ Η Μ πρὸς τὸ ἀπὸ Ε Β. Τὸ ἄρα ἀπὸ Β Ε ἐπὶ τὴν Ε Α, ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ Γ Η Μ ἐπὶ τὴν Α Γ, διὰ τὸ δύο στερεῶν ἀντιπεπονθέναι τὰς βάσεις τοῖς ὕψεσι. Λέγω οὖν, ὅτι τὸ ὑπὸ Γ Η Μ ἐπὶ τὴν Α Γ, μέγιστόν ἐστι [c] πάντων τῶν ὁμοίως ἐπὶ τῆς Β Α λαμβανομένων. Γεγράφθω γὰρ διὰ τοῦ Η περὶ ἄξονα τὴν Ζ Η παραβολή, ὥστε τὰς καταγομένας δύνασθαι παρὰ τὴν Η Μ. Ἥξει δὴ διὰ τοῦ Κ, ὡς ἐν τῇ ἀναλύσει δέδεικται· καὶ συμπεσεῖται ἐκβαλλομένη τῇ Θ Γ παραλλήλῳ οὔσῃ τῇ διαμέτρῳ τῆς τομῆς, διὰ τὸ ἕκτον καὶ εἰκοστὸν θεώρημα τοῦ πρώτου βιβλίου τῶν Ἀπολλωνίου Κωνικῶν Στοιχείων. Ἐκβεβλήσθω καὶ συμπιπτέτω κατὰ τὸ Ν· καὶ διὰ τοῦ Β περὶ ἀσυμπτώτους τὰς Ν Γ Η, γεγράφθω ὑπερβολή. Ἥξει ἄρα διὰ τοῦ Κ, ὡς ἐν τῇ ἀναλύσει εἴρηται. Ἐρχέσθω οὖν ὡς ἡ Β Κ· καὶ ἐκβληθείσῃ τῇ Ζ Η ἴση κείσθω ἡ Η Ξ· καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ Ξ Κ, ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ Ο. Φανερὸν ἄρα ὅτι ἐφάπτεται τῆς παραβολῆς διὰ τὴν ἀντιστροφὴν τοῦ τρίτου καὶ

[w] τοῦ δευτέρου βιβλίου in MS. deſunt. [x] ἡ Ρ Ξ Ζ [y] τὸ Ρ Θ [z] εὐθεῖα ex MS. [a] ὑπὸ Γ Ζ Ν ἴσον τὸ Δ
[b] τῇ ex MS. pro τῆς [c] πάντων τῶν ὁμοίων

τριακοστοῦ θεωρήματος τοῦ πρώτου βιβλίου τῶν Ἀπολλωνίου Κωνικῶν Στοιχείων. Ἐπεὶ οὖν διπλῆ ἐστιν ἡ ΒΕ τῆς ΕΑ, οὕτως γὰρ ὑπόκειται, τουτέστιν ἡ ΖΚ τῆς ΚΘ· καί ἐστιν ὅμοιον τὸ ΟΘΚ τρίγωνον τῷ ΞΖΚ τριγώνῳ· διπλασία ἄρα καὶ ἡ ΞΚ τῆς ΚΟ. Ἔστι δὲ καὶ ἡ [d] ΞΚ τῆς ΚΠ διπλῆ, διὰ τὸ καὶ τὴν ΞΖ τῆς ΞΗ, καὶ παράλληλον εἶναι τὴν ΠΗ τῇ ΚΖ. Ἴση ἄρα ἡ ΟΚ τῇ ΚΠ. Ἡ ἄρα ΟΚΠ ἐφάπτεται τῆς [e] παραβολῆς, καὶ μεταξὺ οὖσα τῶν ἀσυμπτώτων δίχα τέμνεται. Ἐφάπτεται ἄρα τῆς ὑπερβολῆς διὰ τὴν ἀντιστροφὴν τοῦ τρίτου θεωρήματος τοῦ δευτέρου βιβλίου τῶν Ἀπολλωνίου Κωνικῶν Στοιχείων. [f] Ἐφάπτεται δὲ καὶ τῆς παραβολῆς κατὰ τὸ αὐτὸ Κ. Ἡ ἄρα παραβολὴ τῆς ὑπερβολῆς ἐφάπτεται κατὰ τὸ Κ. Νενοήσθω οὖν καὶ ἡ ὑπερβολὴ προσεκβαλλομένη ὡς ἐπὶ τὸ Ρ· καὶ εἰλήφθω ἐπὶ τῆς ΑΒ τυχὸν σημεῖον τὸ Σ· καὶ διὰ τοῦ Σ [g] τῇ ΚΛ παράλληλος ἤχθω ἡ ΤΣΥ, καὶ συμβαλλέτω τῇ ὑπερβολῇ κατὰ τὸ Τ· καὶ διὰ τοῦ Τ τῇ ΓΗ παράλληλος ἤχθω ἡ ΦΤΧ. Ἐπεὶ οὖν διὰ τὴν ὑπερβολὴν καὶ τὰς ἀσυμπτώτους, ἴσον ἐστὶ τὸ ΦΥ τῷ ΓΒ, κοινοῦ ἀφαιρεθέντος τοῦ ΓΣ, ἴσον ἄρα τὸ ΣΦ τῷ ΣΗ· καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἀπὸ τοῦ Γ ἐπὶ τὸ Χ ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα ἥξει διὰ τοῦ Σ. Ἐρχέσθω, καὶ ἔστω ὡς ἡ ΓΣΧ. Καὶ ἐπεὶ τὸ ἀπὸ ΨΧ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΧΗΜ, διὰ τὴν παραβολήν· τὸ ἀπὸ ΤΧ ἔλασσόν ἐστι τοῦ ὑπὸ ΧΗΜ. Γινέσθω οὖν τῷ ἀπὸ ΤΧ ἴσον τὸ [h] ὑπὸ ΧΗΩ. Ἐπεὶ οὖν ἐστιν ὡς ἡ ΣΑ πρὸς ΑΓ, οὕτως ἡ ΓΗ πρὸς ΗΧ· ἀλλ᾽ ὡς ἡ ΓΗ πρὸς ΗΧ, τῆς ΗΩ κοινοῦ ὕψους λαμβανομένης, οὕτως τὸ ὑπὸ ΓΗΩ πρὸς τὸ [i] ὑπὸ ΧΗΩ, καὶ πρὸς τὸ ἴσον αὐτῷ, τὸ ἀπὸ ΧΤ, τουτέστι τὸ ἀπὸ ΒΣ. Τὸ ἄρα ἀπὸ ΒΣ ἐπὶ τὴν ΣΑ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΓΗΩ ἐπὶ τὴν ΓΑ. Τὸ δὲ ὑπὸ ΓΗΩ, ἐπὶ τὴν ΓΑ ἔλασσόν ἐστι τοῦ ὑπὸ ΓΗΜ ἐπὶ τὴν ΓΑ. Τὸ ἄρα ἀπὸ ΒΣ ἐπὶ τὴν ΣΑ ἔλαττόν ἐστι τοῦ ἀπὸ ΒΕ ἐπὶ τὴν ΕΑ. Ὁμοίως δὲ δειχθήσεται καὶ ἐπὶ πάντων τῶν σημείων τῶν μεταξὺ λαμβανομένων τῶν Ε, Β. Ἀλλὰ δὴ εἰλήφθω μεταξὺ τῶν Ε, Α σημεῖον τὸ ς. Λέγω ὅτι καὶ οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς ΒΕ ἐπὶ τὴν [k] ΕΑ μεῖζόν ἐστι τοῦ ἀπὸ Βς ἐπὶ τὴν ςΑ. Τῶν γὰρ αὐτῶν κατεσκευασμένων, ἤχθω διὰ τοῦ ς τῇ ΚΛ παράλληλος ἡ ηςΡ· καὶ συμβαλλέτω τῇ ὑπερβολῇ κατὰ τὸ Ρ, συμβαλεῖ γὰρ αὐτῇ διὰ τὸ παράλληλον εἶναι τῇ ἀσυμπτώτῳ· καὶ διὰ τοῦ Ρ παράλληλος ἤχθω τῇ ΑΒ ἡ Α͵ΡΒ͵, συμβαλλέτω τῇ ΗΖ ἐκβαλλομένῃ κατὰ τὸ Β͵. Καὶ ἐπεὶ πάλιν, διὰ τὴν ὑπερβολήν, ἴσον ἐστὶ τὸ Γ͵υ τῷ ΑΗ· ἡ ἀπὸ τοῦ Γ ἐπὶ τὸ Β͵ ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα, ἥξει διὰ τοῦ ς. Ἐρχέσθω, καὶ



geſimi, primi libri Conicorum Apollonii Elementorum. Quoniam igitur dupla eſt BE ipſius EA; hoc enim ponitur; id eſt ZK ipſius KΘ: et triangulum OΘK ſimile triangulo ΞZK; ideo etiam ΞK ipſius KO eſt dupla. Dupla eſt autem et ΞK ipſius KΠ, eo quod ΞZ ipſius ΞH dupla eſt; et ΠH ipſi KZ parallela. Æqualis eſt igitur OK ipſi KΠ. Quocirca recta OKΠ, quæ parabolen contingit, eademque poſita eſt inter aſymptotos, in duas æquas partes ſecatur. Itaque contingit hyperbolen per reciprocationem tertii theorematis libri ſecundi Conicorum Apollonii Elementorum. Contingebat autem et parabolen in puncto eodem K. Parabole igitur hyperbolen in puncto K contingit. Itaque intelligatur hyperbole producta eſſe, puta ad punctum P: et ſumatur in AB quodvis punctum Σ: ducaturque per punctum Σ ipſi KΛ parallela TΣY, quæ cum hyperbola in puncto T concurrat: et per punctum T ducatur ΦTX parallela ipſi ΓH. Quoniam igitur propter hyperbolen et aſymptotos æquale eſt ſpatium ΦY ſpatio ΓB; communi ablato ΓΣ, ſpatium ΦΣ ſpatio ΣH eſt æquale: et propterea quæ a puncto Γ ad X recta jungitur, per punctum Σ tranſibit. Tranſeat, eaque ſit ΓΣX. Et quoniam quadratum, quod a ΨX deſcribitur, æquale eſt ſpatio, quod ſub XHM continetur, propter parabolen; ideo quadratum, quod deſcribitur a TX, minus eſt ſpatio, quod continetur ſub XHM. Itaque quadrato, quod deſcribitur a TX æquale fiat ſpatium, quod continetur ſub XHΩ. Quoniam igitur ut ΣA ad AΓ, ita ſe habet ΓH ad HX: ut autem ΓH ad HX, ita, ſumpta communi altitudine HΩ, ſpatium, quod ſub ΓHΩ continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub XHΩ; hoc eſt quadratum eidem æquale, quod a XT, id eſt BΣ, deſcribitur. Ideo quadratum, quod a BΣ deſcribitur, in ΣA ductum, æquale eſt ſpatio, quod ſub ΓHΩ continetur, ducto in ΓA. Spatium autem, quod ſub ΓHΩ continetur, in ΓA ductum, minus eſt ſpatio, quod ſub ΓHM continetur, ducto in ΓA. Quod igitur quadratum a BΣ deſcribitur, id in ΣA ductum quadrato eſt minus, quod deſcribitur a BE, ducto in EA. Idem hoc demonſtrabitur etiam in omnibus punctis, quæ inter E et B ſumuntur. At vero ſumatur inter E, et A punctum ς. Dico tunc quoque quadratum, quod a BE deſcribitur, in EA ductum, quadrato majus eſſe, quod deſcribitur a Bς, ducto in ςA. Iiſdem enim conſtructis, ducatur per punctum ς ipſi KΛ parallela ηςP, quæ utique cum hyperbole in puncto P concurret, utpote quæ aſymptoto parallela eſt: et ducatur item per punctum P, A͵PB͵ parallela ipſi AB, eaque concurrat cum HZ producta in puncto B͵. Et quoniam

[d] ZK [e] ὑπερβολῆς [f] ἀφήπτετο [g] τῇ ΚΑ [h] ὑπὸ ΧΝΩ [i] ὑπὸ ΧΝΩ [k] ΒΑ

turſus, propter hyperbolen, æquale eſt ſpatium, Γ, ſpatio A H; quæ a puncto Γ ad B recta jungitur, per punctum ς tranſibit. Tranſeat, eaque ſit, Γ ς B. Et quoniam rurſus, propter parabolen, æquale eſt quadratum, quod ab A B deſcribitur, ſpatio, quod ſub B H M continetur; ideo quadratum, quod deſcribitur a P B, minus eſt ſpatio, quod continetur ſub B H M. Fiat quadratum, quod deſcribitur a P B, æquale ſpatio, quod continetur ſub B H Ω. Quoniam igitur ut ς A ad A Γ, ita ſe habet Γ H ad H B: ut autem Γ H ad H B, ita, ſumpta communi altitudine H Ω, ſpatium, quod ſub Γ H Ω continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub B H Ω; hoc eſt ad quadratum, quod a P B, id eſt B ς, deſcribitur: ideo quadratum, quod a B ς deſcribitur, in ς A ductum, æquale eſt ſpatio, quod ſub Γ H Ω continetur, ductum in Γ A. Majus eſt autem ſpatium, quod ſub Γ H M continetur, ſpatio, quod continetur ſub Γ H Ω. Majus eſt igitur et quadratum, quod a B E deſcribitur, in E A ductum, quadrato, quod deſcribitur a B ς, ducto in ς A. Idem hoc demonſtrabitur in omnibus punctis, quæ inter E, et A ſumuntur. Demonſtratum autem eſt et in cœteris omnibus, quæ ſumuntur inter E, et B. Quadratum igitur, quod a B E deſcribitur, ductum in E A, omnium eſt maximum, quæ in AB ſimili modo ſumuntur; quando B E ipſius E A dupla fuerit. Cognoſcere autem ea quoque oportet, quæ in allata figura contingunt. Quoniam enim demonſtratum eſt, quadratorum utrumvis, tum quod a B Σ deſcribitur, tum quod deſcribitur a B ς, alterum quidem in Σ A, alterum vero in ς A ductum, minus eſſe quadrato, quod deſcribitur a B E, ducto in E A; fieri utique poteſt, ut cum datum quoque ſpatium in datam rectam ductum eodem hoc quadrato, quod deſcribitur a B E, ducto in E A, ſit minus; problema, quod initio propoſitum eſt conficiatur, AB in duobus punctis ſecta. Hoc autem contingit, ſi intelligatur circa diametrum X H deſcripta eſſe parabole, ita ut quæ ad axem ducuntur, poſſint ſpatia, quæ ad H Ω applicantur. Hæc ſi quidem parabole omnino tranſit per punctum T. Et quoniam neceſſe eſt, eamdem cum Γ N, quæ diametro ipſi parallela eſt, concurrere; conſtat ſecare hyperbolen in puncto alio ſuperiore quam K, ut hic in P. Quæ autem a puncto P ad A B normalis ducitur, ut hic P ς, hæc A B ſecat in puncto ς; ita ut punctum hoc ς problema conficiat: æqualeque fiat quadratum, quod a B Σ deſcribitur in Σ A ductum, quadrato, quod deſcribitur a B ς, ducto in ς A; quemadmodum ex ſuperioribus demonſtrationibus manifeſtum eſt. Cum itaque fieri poſſit, ut duo puncta in B A ſumantur, quæ propoſitum conficiant, utro quis malit, hoc ei uti licet; ſive illo, quod inter E, B; ſive etiam illo, quod inter E, A interjicitur. Si enim eo utatur, quod interjicitur inter E, B; deſcripta, ut dictum eſt, per puncta H, T parabola, quæ hyperbolen in duobus punctis ſecet; horum quidem alterum, quod puncto H, hoc eſt axi paraboles, propius eſt, punctum definiet, quod inter E, B interjicitur: ut hic T punctum Σ definit; alterum vero, quod ab eodem puncto remotius eſt, definiet punctum, quod interjicitur inter E, A: ut hic P definit punctum ς.


Hoc igitur modo problema generaliter reſolutum, compoſitumque eſt. Ut autem hoc ipſum ad Archemedis verba accommodetur, intelligatur, ut in allata figura, diameter quidem ſphæræ eſſe Δ B; quæ vero ex ejus centro, B Z; denique data recta, Z Θ. Eo igitur devenimus, inquit, ut Δ Z in puncto X ita ſecare oporteat, ut quemadmodum X Z ad datam rectam, ita ſe habeat datum ſpatium ad quadratum, quod a Δ X deſcribitur. Atque hoc quidem ſi univerſaliter proferatur determi-

Si longa ſphærois plano ſecetur, ad axem non recto, ſectio erit acutianguli coni ſectio. Cujus quidem major diameter erit recta, quæ abſcinditur in ſphæroide a ſectione planorum; tum ejus, quod figuram ſecat, tum ejus, quod rectum ad id, quod ſecat, planum per axem agitur.

Et ſi quidem ſecetur ſive per axem, ſive ſecundum axem, manifeſta res eſt. Itaque ſecetur plano alio: eademque ſecta per axem plano ad id, quod ſecat, planum recto, ſit ſphæroidis quidem ſectio acutianguli coni ſectio ΑΒΓΔ; plani vero, quod ipſam ſecat, recta ΓΑ. Ac ſit ſphæroidis axis, idemque acutianguli coni ſectionis diameter, ΒΔ: centrum punctum Χ: minorque diameter ΠΡ. Ducatur autem ΒΤ ad rectos angulos ipſi ΒΔ: et ΗΝ ipſi ΑΓ parallela, eademque contingens acutianguli coni ſectionem in puncto Ν: ducaturque etiam ΜΛ per punctum Χ, parallela ipſi ΑΓ. Pariter ac ſupra demonſtrabuntur quadrata, quæ a normalibus a ſectione ad ΑΓ ductis deſcribuntur, ad ſpatia, quæ ſub ſegmentis ipſius ΑΓ continentur, eamdem habere rationem, quam quadratum, quod a ΒΤ deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a ΤΝ. Itaque ſectionem quidem eſſe acutianguli coni ſectionem, et diametrum ipſius eſſe ΑΓ, manifeſtum eſt: at vero majorem eſſe, hoc oportet demonſtrare. Quod enim ſpatium ſub ΠΧ, ΧΡ continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub ΜΧ, ΧΛ eamdem habet rationem, quam quadratum, quod a ΒΤ deſcribitur ad quadratum, quod deſcribitur a ΝΤ; quoniam ΠΡ, ΜΛ contingentibus parallelæ ſunt. Minus eſt autem ſpatium, quod ſub ΠΧ, ΧΡ continetur ſpatio, quod continetur ſub ΜΧ, ΧΛ; quoniam etiam ΧΠ ipſa ΧΛ minor eſt. Minus eſt igitur quadratum, quod a ΒΤ deſcribitur quadrato, quod deſcribitur a ΤΝ. Quare et quæ a normalibus a ſectione ad ΑΓ ductis quadrata deſcribuntur minora ſunt ſpatiis, quæ ſub ſegmentis ipſius ΑΓ continentur. Conſtat igitur ipſam ΓΑ majorem eſſe diametrum.

Si lata ſphærois plano ſecetur, alia quidem eadem erunt: diametrorum vero ea erit minor, quæ in ſphæroide abſcinditur.

Porro ex his illud in figuris omnibus manifeſtum eſt, ſi parallelis planis ſecentur, eorum ſectiones ſimiles fore. Quæ enim a normalibus qua-



ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιε.

Αἴκα καὶ τὸ παραμᾶκες σφαιροειδὲς ἐπιπέδῳ τμαθῇ, μὴ ποτ' ὀρθὰς τῷ ἄξονι, ἁ τομὰ ἐσσεῖται ὀξυγωνίου κώνου τομά. Διάμετρος δὲ αὐτᾶς ἁ μείζων ἐσσεῖται ἁ ἐναπολαφθεῖσα ἐν τῷ [a] σφαιροειδεῖ ἀπὸ τᾶς γινομένας τομᾶς τῶν ἐπιπέδων, τοῦ τέμνοντος τὸ σχῆμα, καὶ τοῦ ἀχθέντος διὰ τοῦ ἄξονος ὀρθοῦ ποτὶ τὸ τέμνον ἐπίπεδον.

Εἰ μὲν οὖν κατμαθῇ διὰ τοῦ ἄξονος, ἢ παρὰ τὸν ἄξονα, δῆλον. Τετμάσθω δὲ ἄλλῳ ἐπιπέδῳ· τμαθέντος δὲ αὐτοῦ διὰ τοῦ ἄξονος ὀρθῷ ποτὶ τὸ τέμνον, τοῦ σφαιροειδέος τομὰ ἔστω ἁ ΑΒΓΔ ὀξυγωνίου κώνου τομά· τοῦ δὲ τέμνοντος αὐτὸ ἐπιπέδου, ἁ ΓΑ εὐθεῖα· Ἄξων δὲ ἔστω τοῦ σφαιροειδέος, καὶ διάμετρος τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς ἁ ΒΔ· κέντρον δὲ τὸ Χ· καὶ ἐλάσσων διάμετρος ἔστω ἁ ΠΡ. Ἄχθω δὲ ἁ μὲν ΒΤ ποτ' ὀρθὰς τᾷ ΒΔ· ἁ δὲ ΗΝ παρὰ τὰν ΑΓ, ἐπιψαύουσα τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς κατὰ τὸ Ν· ἄχθω δὴ καὶ ἁ ΜΛ διὰ τοῦ Χ παρὰ τὰν ΑΓ. Ὁμοίως δὴ τοῖς πρότερον δειχθησοῦντι τὰ τετράγωνα, τὰ ἀπὸ τᾶν καθετᾶν τᾶν ἀπὸ τᾶς τομᾶς ἐπὶ τὰν ΑΓ [b] ἀγομέναν, ποτὶ τὰ περιεχόμενα ὑπὸ τῶν τᾶς ΑΓ τμαμάτων, τὸν αὐτὸν ἔχοντα λόγον, ὃν τὸ ἀπὸ τᾶς ΒΤ τετράγωνον, ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΤΝ. Ὅτι μὲν οὖν ἁ τομά ἐστιν ὀξυγωνίου κώνου τομά, καὶ διάμετρος αὐτᾶς ἁ ΓΑ, δῆλον· ὅτι δὲ μείζων, δεικτέον. Τὸ γὰρ ὑπὸ τᾶν ΠΧ, ΧΡ περιεχόμενον ποτὶ τὸ ὑπὸ ΜΧ, ΧΛ, τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν τὸ ἀπὸ τᾶς ΒΤ ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΝΤ· ἐπεὶ παρὰ τὰς ἐπιψαυούσας ἐντὶ αἱ ΠΡ, ΜΛ. Ἔλασσον δέ ἐστι τὸ ὑπὸ τᾶν ΠΧ, ΧΡ περιεχόμενον τοῦ ὑπὸ τᾶν ΜΧ, ΧΛ· ἐπεὶ καὶ ἁ ΧΠ τᾶς ΧΛ. Ἔλασσον ἄρα ἐστὶ καὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΒΤ τετράγωνον τοῦ ἀπὸ τᾶς ΤΝ. Ὥς τε καὶ τὰ ἀπὸ τᾶν καθετᾶν τετράγωνα τᾶν ἀπὸ τᾶς τομᾶς ἐπὶ τὰν ΑΓ ἀγομέναν ἐλάσσονα ἐντὶ τῶν ὑπὸ τῶν τμαμάτων τᾶς ΑΓ περιεχομένων. Δῆλον οὖν ὅτι μείζων ἐντὶ διάμετρος ἁ ΓΑ.

Αἴκα τὸ ἐπιπλατὺ σφαιροειδὲς ἐπιπέδῳ τμαθῇ, τὰ μὲν ἄλλα τὰ αὐτὰ ἐσσεῖται· τᾶν δὲ διαμέτρων ἐλάσσων ἐσσεῖται ἁ ἐναπολαφθεῖσα ἐν τῷ σφαιροειδεῖ.

Ἐξ αὐτῶν δὲ φανερὸν ἐν πᾶσι τοῖς [c] σχημάτεσσιν, ὅτι αἴκα παραλλήλοις ἐπιπέδοις τμαθῇ, αἱ αὐτῶν τομαὶ ὁμοίαι ἐσσεῦνται. Τὰ γὰρ τετράγωνα τὰ ἀπὸ

[a] Sic MS. [b] ἀγομένας [c] σχήμασιν

τᾶν καθετᾶν ποτὶ τὰ περιεχόμενα ὑπὸ τᾶν τμαμάτων τὲς αὐτὰς λόγως ἑξοῦντι.

drata deſcribuntur, hæc ad ſpatia, quæ ſub ſegmentis continentur, eamdem rationem habebunt.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιϛʹ.

Ἐν τῷ ὀρθογωνίῳ κωνοειδεῖ, ἀπὸ παντὸς ὁτουοῦν σαμείου τῶν ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ τῶ κωνοειδέος τᾶν ἀγομέναν εὐθειᾶν παρὰ τὸν ἄξονα, αἱ μὲν ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἀγόμεναι, ἐφ' ἃ ἐντὶ τὰ κυρτὰ αὐτῶ, ἐκτὸς πεσοῦνται τῶ κωνοειδέος· αἱ δὲ ἐπὶ θάτερα ἐντός.

Ἀχθέντος γὰρ ἐπιπέδου διά τε τῶ ἄξονος καὶ τοῦ σαμείου, ἀφ' οὗ ἁ παράλλαλος ἄγεται τῷ ἄξονι, τομὰ ἐσσεῖται ὀρθογωνίου κώνου τομά· διάμετρος δὲ αὐτᾶς ὁ ἄξων τῶ κωνοειδέος. Ἐν δὲ τᾷ τῶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾷ ἀπὸ παντὸς σαμείου τοῦ ἐπὶ τᾶς τομᾶς τᾶν ἀγομέναν παρὰ τὰν διάμετρον εὐθειᾶν, αἱ μὲν ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἀγόμεναι, ἐφ' ἃ ἐντὶ τὰ κυρτὰ αὐτᾶς, ἐκτὸς πίπτοντι, αἱ δὲ ἐπὶ τὰ[a] θάτερα, ἐντός. Δῆλον ὦν τὸ προτεθέν.

Ἐν τῷ ἀμβλυγωνίῳ κωνοειδεῖ ἀπὸ παντὸς σαμείου τῶν ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ αὐτῶ τᾶν ἀγομέναν εὐθειᾶν παρὰ τινὰ γραμμάν, ἅ ἐστιν ἐν τῷ κωνοειδεῖ ἀγομένα διὰ τᾶς κορυφᾶς τῶ κώνου τῶ περιέχοντος[b] τὸ κωνοειδές, αἱ μὲν ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἀγόμεναι, ἐφ' ἃ ἐντὶ τὰ κυρτὰ αὐτῶ, ἐκτὸς πεσοῦνται τῶ κωνοειδέος· αἱ δὲ ἐπὶ θάτερα, ἐντός.

Ἀχθέντος γὰρ ἐπιπέδου διά τε τᾶς εὐθείας τᾶς ἐν τῷ κωνοειδεῖ ἀγομένας διὰ τᾶς κορυφᾶς τῶ κώνου τῶ περιέχοντος τὸ κωνοειδές, καὶ διὰ τῶ σαμείου, ἀφ' οὗ ἄγεται ἁ ἐς αὐτά, ἁ τομὰ ἐσσεῖται ἀμβλυγωνίου κώνου τομά· διάμετρος δὲ αὐτᾶς ἁ ἀπὸ τᾶς κορυφᾶς τοῦ κώνου ἐν τῷ κωνοειδεῖ ἀγομένα. Ἐν δὲ τᾷ τῶ ἀμβλυγωνίου κώνου τομᾷ ἀπὸ παντὸς σαμείου τοῦ ἐπὶ[c] τᾶς τομᾶς τᾶν ἀγομέναν εὐθειᾶν παρὰ τὰν οὕτως ἀγμέναν γραμμάν, αἱ μὲν ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἀγόμεναι, ἐφ' ἅ ἐστιν αὐτᾶς τὰ κυρτά, ἐκτὸς πίπτοντι· αἱ δὲ ἐπὶ θάτερα, ἐντός.

Αἴκα τῶν κωνοειδέων σχημάτων ἐπίπεδον ἐφάπτηται, μὴ τέμνον τὸ κωνοειδές, καθ' ἓν μόνον ἅψεται σαμεῖον· καὶ τὸ διὰ τᾶς ἁφᾶς καὶ τῶ ἄξονος ἐπίπεδον ἀχθὲν, ὀρθὸν ἐσσεῖται ποτὶ τὸ ἐπιψαῦον ἐπίπεδον.

Ἐφαπτέσθω γὰρ εἰ δυνατὸν κατὰ πλείονα σαμεῖα. Λαφθέντων δὲ δύο σαμείων, καθ' ἃ ἅπτεται, τὸ ἐπιψαῦον ἐπίπεδον τῶ κωνοειδέος, καὶ ἀφ' ἑκατέρου παρὰ τὸν ἄξονα[d] εὐθειᾶν ἀχθεισᾶν· ἀπὸ ἧ τᾶν ἀχθεισᾶν παρὰ τὸν ἄξονα ἐπίπεδον ἐκβληθέντων, ἤτοι διὰ τοῦ ἄξονος, ἢ παρὰ τὸν ἄξονα ἐσσεῖται ἀγμένον. Ὥς τε τὰν τομὰν ποιήσει κώνου τομάν, καὶ τὰ σαμεῖα ἐσσεῖται ἐν τᾷ τοῦ κώνου τομᾷ. Ἐπεὶ ὦν ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ ἐντὶ, καὶ ἐν τῷ ἐπιπέδῳ. Ἁ οὖν μεταξὺ τῶν σαμείων εὐθεῖα ἐντὸς ἐσσεῖται τᾶς τοῦ κώνου τομᾶς, ὥς τε καὶ τᾶς τοῦ κωνοειδέος ἐπιφανείας ἐντὸς ἐσσεῖται. Ἐστὶ δὲ ἁ εὐθεῖα

[a] φάτερα [b] τῷ κωνοειδεῖ [c] τὰς τομὰς τὰν ἀγομέναν [d] εὐθειᾶν

PROP. XVI. Theor.

In rectangula conoide, rectarum, quæ a quolibet puncto eorum, quæ in ejuſdem ſuperficie ſunt, axi parallelæ ducuntur; quæ quidem ducuntur ad eas partes, in quibus conoidis convexa ſunt, extra conoiden cadent, quæ vero ad contrarias, intra.

Ducto enim plano per axem, et per id punctum, a quo, quæ axi parallela eſt, ducitur; ſectio erit rectanguli coni ſectio: ejuſque diameter erit axis conoidis. At in rectanguli coni ſectione, rectarum, quæ a quolibet puncto eorum, quæ in ſectione ſunt diametro parallelæ ducuntur; quæ quidem ducuntur ad eas partes, in quibus ſectionis convexa ſunt, extra ſectionem cadunt, quæ vero ad contrarias, intra. Conſtat igitur, quod propoſitum erat.


In obtuſiangula conoide, rectarum, quæ a quolibet puncto eorum, quæ in ejuſdem ſuperficie ſunt, ducuntur parallelæ cuidam rectæ, quæ a vertice coni conoiden continentis in conoide ipſa ducta eſt; quæ quidem ducuntur ad eas partes, in quibus conoidis convexa ſunt, extra conoiden cadent, quæ vero ad contrarias, intra.

Ducto enim plano per rectam, quæ per verticem coni conoiden continentis in conoide ducta eſt, et per id punctum, a quo ea ducitur, quæ rectæ huic parallela eſt, ſectio erit obtuſianguli coni ſectio: ejuſque diameter erit recta, quæ a vertice coni in conoide ducitur. At in obtuſianguli coni ſectione, rectarum, quæ a quolibet puncto eorum, quæ in ſectione ſunt, rectæ cuidam, ut modo diximus, ductæ parallelæ ducuntur; quæ quidem ducuntur ad eas partes, in quibus ſectionis convexa ſunt, extra ſectionem cadunt, quæ vero ad contrarias, intra.

Si conoideas figuras planum contingat, quod ipſas non ſecet, in uno tantum puncto continget; et planum, quod per contactum, axemque agitur, rectum erit ad planum contingens.

Contingat enim, ſi fieri poteſt, in pluribus punctis. Sumptis autem punctis duobus, in quibus planum conoiden contingit, ductiſque ab utroque rectis axi parallelis, ſi per has planum agatur, actum utique erit ſive per axem, ſive ſecundum axem. Quare ſectionem faciet coni ſectionem; et puncta in ipſa coni ſectione erunt. Quoniam igitur in ſuperficie ſunt, etiam in plano ſunt. Quæ igitur recta inter puncta interjicitur, hæc intra coni ſectionem erit; ideoque etiam intra conoidis ſuperficiem. Eſt autem eadem recta etiam in plano contingente; quoniam

et puncta in eo ſunt. Igitur contingentis plani pars aliqua intra conoiden erit. Quod fieri non poteſt. Poſitum enim fuerat non ſecare. In uno igitur tantum puncto continget. Ipſum autem planum, quod per contactum axemque agitur, rectum fore ad planum contingens, ſi quidem in conoidis vertice contigerit, manifeſtum eſt. Actis enim per axem duobus planis, conoidis ſectiones coni ſectiones erunt, diametrum habentes ipſum axem. Quæ autem rectæ contingentis plani ſectiones in diametri termino contingunt, hæ cum diametro ipſa rectos angulos efficiunt. Duæ igitur rectæ erunt in contingente plano ad rectos angulos axi. Planum igitur rectum erit ad axem; ideoque etiam ad planum, quod per axem agitur. At vero planum non contingat conoiden in vertice: planumque agatur per contactum et axem. Ac ſit conoidis quidem ſectio coni ſectio A B Γ: et conoidis axis, eademque ſectionis diameter, B Δ: contingentis vero plani ſectio ſit recta E Θ Z coni ſectionem in puncto Θ contingens. Ducatur autem a puncto Θ ad B Δ normalis Θ K: et excitetur planum ad axem rectum. Hoc utique ſectionem faciet circulum, cujus centrum punctum K. Atque plani hujus, et contingentis alterius ſectio recta erit circulum contingens, quæ ideo rectos cum Θ K angulos efficiet. Quare recta erit ad id planum, in quo ſunt K Θ, B Δ. Conſtat igitur planum contingens rectum ad idem planum eſſe; quoniam et, quæ in eo ſunt, rectæ lineæ.



αὐτὰ ἐν τῷ ἐπιψαύοντι ἐπιπέδῳ· διότι καὶ τὰ σαμεῖα. Τοῦ ἄρα ἐπιψαύοντος ἐπιπέδου ἐσσεῖταί τι ἐντὸς τοῦ κωνοειδέος. Ὅπερ ἀδύνατον. Ὑπέκειτο γὰρ, μὴ τέμνειν. Καθ' ἓν ἄρα μόνον ἅψεται σαμεῖον. Ὅτι δὲ καὶ διὰ τᾶς ἁφᾶς καὶ τοῦ ἄξονος ἐπίπεδον ἀχθὲν, ὀρθὸν ἐσσεῖται ποτὶ τὸ ἐπιψαῦον, εἰ κατὰ τὰν κορυφὰν τοῦ κωνοειδέος ἐφάπτηται, δῆλον. Ἀχθέντων γὰρ διὰ τοῦ ἄξονος δύο ἐπιπέδων, τοῦ κωνοειδέος αἱ τομαὶ ἐσσοῦνται κώνων τομαὶ, διάμετρον ἔχουσαι τὸν ἄξονα. Τοῦ δὲ ἐπιψαύοντος ἐπιπέδου αἱ εὐθεῖαι ἐπιψαύονται τᾶν τῶν κώνων τομᾶν κατὰ τὸ πέρας τᾶς διαμέτρου, ὀρθὰς ποιοῦντι γωνίας ποτὶ τὰν διάμετρον. Ἐσσοῦνται δὴ ἐν τῷ ἐπιψαύοντι ἐπιπέδῳ δύο εὐθεῖαι ποτ' ὀρθὰς τῷ ἄξονι. Ὀρθὸν δὴ ἐσσεῖται ποτὶ τὸν ἄξονα τὸ ἐπίπεδον· ὥς τε καὶ ποτὶ τὸ διὰ τοῦ ἄξονος. Ἀλλὰ ἔστω μὴ κατὰ τὰν κορυφὰν τοῦ κωνοειδέος ἐπιψαῦον τὸ ἐπίπεδον· ἄχθω δὴ ἐπίπεδον διὰ τᾶς ἁφᾶς καὶ τοῦ ἄξονος. Καὶ τοῦ μὲν κωνοειδέος τομὰ ἔστω ἁ A B Γ κώνου τομά· ἄξων δὲ ἔστω καὶ διάμετρος τᾶς τομᾶς ἁ B Δ· τοῦ δὲ ἐπιψαύοντος ἐπιπέδου τομὰ ἔστω ἁ E Θ Z εὐθεῖα τᾶς τοῦ κώνου τομᾶς ἁπτομένα κατὰ τὸ Θ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Θ καθετὸς ἄχθω ἐπὶ τὰν B Δ ἁ Θ K· καὶ ἐπίπεδον ἀνεστακέτω ὀρθὸν ἐπὶ τὸν ἄξονα. Ποιήσει δὲ τοῦτο τὰν τομὰν κύκλον, οὗ κέντρον τὸ K. Ἁ δὲ τομὰ τούτου τοῦ ἐπιπέδου καὶ τοῦ ἐπιψαύοντος ἐσσεῖται ἐπιψαύουσα τοῦ κύκλου· ὀρθὰς ἄρα ποιήσει γωνίας ποτὶ τὰν Θ K. Ὥς τε ὀρθὰ ἐσσεῖται ποτὶ τὸ ἐπίπεδον, τὸ ἐν ᾧ ἐντὶ αἱ K Θ, B Δ. Δῆλον οὖν ὅτι καὶ τὸ ἐπιψαῦον ἐπίπεδον ὀρθόν ἐστι ποτὶ τὸ αὐτὸ ἐπίπεδον· ἐπεὶ καὶ αἱ ἐν αὐτῷ εὐθεῖαι.

PROP. XVII. Theor.

Si ſphæroideon figurarum utramlibet planum contingat, quod ipſas non ſecet, in uno tantum puncto continget: et planum, quod per contactum, axemque agitur, rectum erit ad planum contingens.

Contingat enim in pluribus punctis. Sumptis autem punctis duobus, in quibus planum ſphæroiden contingit, ductiſque ab utroque rectis axi parallelis, ſi per has planum agatur, ſectio erit acutianguli coni ſectio: et puncta in ipſa coni ſectione erunt. Quæ igitur recta inter puncta interjicitur, hæc intra coni ſectionem erit; ideoque etiam intra ſphæroidis ſuperficiem. Eſt autem eadem recta etiam in plano contingente; quoniam et puncta in eo ſunt. Igitur contingentis plani pars aliqua intra ſphæroiden erit. Non eſt autem. Poſitum enim fuerat non ſecare. Conſtat igitur in uno tantum puncto contingere. Ipſum autem planum, quod per con-

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιζ'.

Αἴκα τῶν σφαιροειδέων σχημάτων ὁποτέρου οὖν ἐπίπεδον ἅπτηται, μὴ τέμνον τὸ σχῆμα, καθ' ἓν μόνον ἅψεται σαμεῖον· καὶ τὸ διὰ τᾶς ἁφᾶς καὶ τοῦ ἄξονος ἐπίπεδον ἀχθὲν, ὀρθὸν ἐσσεῖται ποτὶ τὸ ἐπιψαῦον ἐπίπεδον.

Ἁπτέσθω γὰρ κατὰ πλείονα σαμεῖα. Λαφθέντων δὲ τῶν σαμείων καθ' ἃ ἅπτεται τὸ ἐπίπεδον τοῦ σφαιροειδέος, καὶ ἀφ' ἑκατέρου αὐτῶν παρὰ τὸν ἄξονα εὐθειᾶν ἀχθεισᾶν, καὶ διὰ τᾶν ἀχθεισᾶν ἐπιπέδου ἐκβληθέντος, ἁ τομὰ ἐσσεῖται ὀξυγωνίου κώνου τομά· καὶ τὰ σαμεῖα ἐσσοῦνται ἐν τᾷ τοῦ κώνου τομᾷ. Ἁ ἄρ' ἂν μεταξὺ τῶν σαμείων εὐθεῖα ἐντὸς ἐσσεῖται τᾶς τοῦ κώνου τομᾶς· ὥς τε καὶ τᾶς τοῦ σφαιροειδέος ἐπιφανείας ἐντὸς ἐσσεῖται. Ἔστι δὲ ἁ εὐθεῖα ἐν τῷ ἐπιψαύοντι ἐπιπέδῳ· διότι καὶ τὰ σαμεῖα. Τοῦ οὖν ἐπιψαύοντος ἐπιπέδου ἐσσεῖταί τι ἐντὸς τοῦ σφαιροειδέος. Οὐκ ἔστι δέ. Ὑπέκειτο γὰρ μὴ τέμνειν. Δῆλον οὖν ὅτι καθ' ἓν σαμεῖον μόνον ἅψεται. Ὅτι δὲ τὸ διὰ τᾶς

ἀφᾶς, καὶ τοῦ ἄξονος ἐπίπεδον ἀχθὲν, ὀρθὸν ἐσσεῖται ποτὶ τὸ ἐπίπεδον τὸ ἐπιψαῦον, ὁμοίως τοῖς περὶ τῶν κωνοειδέων σχημάτων δείξομες.

Αἴκα τῶν κωνοειδέων, ἢ σφαιροειδέων σχημάτων ὁποιονοῦν ἐπιπέδῳ τμαθῇ διὰ τοῦ ἄξονος, καὶ τᾶς γενομένας τομᾶς ἐπιψαύουσά τις [e] ἀχθῇ εὐθεῖα, καὶ διὰ τᾶς ἐπιψαυούσας ἐπίπεδον ἀνασταθῇ ὀρθὸν ποτὶ τὸ τέμνον, ἐπιψαύσει τοῦ σχήματος κατὰ τὸ αὐτὸ σαμεῖον, καθ' ὃ καὶ ἁ εὐθεῖα ἐπιψαύει τᾶς τοῦ κώνου τομᾶς.

Οὐ γὰρ ἅψεται κατ' ἄλλο σαμεῖον τᾶς ἐπιφανείας αὐτοῦ· εἰ δὲ μὴ ἁ ἀπὸ τοῦ σαμείου καθέτος ἀγομένα ἐπὶ τὸ τέμνον ἐπίπεδον πεσεῖται ἐκτὸς τᾶς τοῦ κώνου τομᾶς. [f] Ἐπὶ γὰρ τὰν ἐπιψαύουσαν πεσεῖται, ἐπεὶ ὀρθὰ ποτ' ἄλλαλα ἐντὶ ἐπίπεδα. Ὅπερ ἀδύνατον. Ἐδείχθη γὰρ ὅτι ἐντὸς πεσεῖται.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιη'.

Αἴκα τῶν σφαιροειδέων τινὸς σχημάτων δύο ἐπίπεδα παράλληλα ἐπιψαύωντι, ἁ τὰς ἀφὰς ἐπιζευγνύουσα εὐθεῖα διὰ τοῦ κέντρου τοῦ σφαιροειδέος πορεύσεται.

Ὅτι μὲν οὖν κατ' ὀρθὰς τῷ ἄξονι τὰ ἐπίπεδα ἐόντι, δῆλον. Ἀλλ' ἔστω μὴ ποτ' ὀρθάς. Τὸ δὴ ἐπίπεδον τὸ ἀχθὲν διὰ τοῦ ἄξονος καὶ τᾶς ἀφᾶς τᾶς ἑτέρας ὀρθὸν ἐσσεῖται [g] ποτὶ τὸ ἐπιψαῦον ἐπίπεδον· ὥστε καὶ ποτὶ τὸ παράλληλον αὐτῷ. Ἀναγκαῖον ἄρα τὸ αὐτὸ εἶμεν ἐπίπεδον, τὸ διὰ τοῦ ἄξονος, καὶ ἑκατέραν ἀφὰν ἀγμένον. Εἰ δὲ μὴ, ἐσσοῦνται δύο ἐπίπεδα ποτὶ τὸ αὐτὸ ἐπίπεδον ὀρθὰ διὰ τᾶς αὐτᾶς γραμμᾶς ἀγμένα, οὐκ ἐούσας ὀρθᾶς ποτὶ τὸ ἐπίπεδον. Ὑπέκειτο γὰρ ὁ ἄξων μὴ εἶμεν ὀρθὸς ποτὶ τὰ παράλληλα ἐπίπεδα. Ἐν τῷ αὐτῷ ἄρα ἐσσοῦνται ἐπιπέδῳ ὅ τε ἄξων καὶ αἱ ἀφαί· καὶ τετμαμένον ἐσσεῖται τὸ σφαιροειδὲς διὰ τοῦ ἄξονος. Ἁ οὖν τομὰ ἐσσεῖται ὀξυγωνίου κώνου τομά· αἱ δὲ τῶν ἐπιψαυόντων ἐπιπέδων τομαὶ παράλληλοι ἐσσοῦνται, αἳ ἐπιψαύονται τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς κατὰ τὰς ἀφὰς τῶν ἐπιπέδων. Αἱ δὲ δύο εὐθεῖαι ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς ἐπιψαύοντι παράλληλοι ἐοῦσαι, τό τε κέντρον τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου [h] τομᾶς, καὶ αἱ ἀφαὶ ἐπ' εὐθείας ἐντί.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιθ'.

Αἴκα τῶν σφαιροειδέων σχημάτων ὁποτερουοῦν δύο παράλληλα ἐπίπεδα [i] ἀχθῇ ἐπιψαύοντα· ἀχθῇ δέ τι ἐπίπεδον διὰ τοῦ κέντρου τοῦ σφαιροειδέος παρὰ τὰ ἐπιψαύοντα· αἱ διὰ τᾶς γενομένας τομᾶς [k] ἀγόμεναι, παρὰ τὰν τὰς ἀφὰς ἐπιζευγνύουσαν, ἐκτὸς πεσοῦνται τοῦ σφαιροειδέος.

Ὑποκείσθω τὰ εἰρημένα· καὶ λελάφθω τι σαμεῖον ἐπὶ τᾶς γενομένας τομᾶς· καὶ διὰ τοῦ γενομένου σαμείου, καὶ τᾶς εὐθείας [l] τὰς τὰς ἀφὰς ἐπιζευγνυούσας ἐπίπεδον ἄχθω. [m] Τέμνει δὴ τοῦτο τὸ σφαιροει-

[e] ἀχθῇ [f] Sic MS. [g] Sic MS. [h] Sic MS. [i] ἀχθῇ [k] ἀγόμεναι εὐθεῖαι παρὰ τὰν τὰς ἀφὰς ἐπιζευγνύουσαι [l] In MS. τᾶς deeſt. [m] τέμνει

tactum, axemque agitur, rectum fore ad planum contingens, pariter atque in conoidibus demonſtrabimus.

Si conoideon, aut ſphæroideon figurarum utralibet plano per axem ſecetur, ducaturque recta aliqua ſectionem, quæ oritur, contingens; et excitetur per contingentem planum ad id, quod ſecat, planum rectum; continget hoc figuram in eodem puncto, in quo et recta illa coni ſectionem contingit.

Non enim continget in alio puncto ejuſdem ſuperficiem: alioquin linea ab eo puncto ad id, quod ſecat, planum normalis ducitur, extra coni ſectionem cadet. Cadet enim in contingentem, quoniam plana recta ſibi invicem ſunt. Quod fieri non poteſt. Demonſtrata enim eſt cadere intra.

PROP. XVIII. Theor.

Si ſphæroideon figurarum aliquam duo parallela plana contingant; quæ recta contactus jungit per ſphæroidis centrum tranſibit.


Et ſi quidem plana axi ad rectos angulos fuerint, manifeſta res eſt. Sin minus, planum, quod per axem, et contactum alterum agitur, rectum erit ad id, quod ſecat, planum; ideoque etiam ad planum eidem parallelum. Neceſſe igitur eſt idem eſſe planum, quod per axem, et utrumque contactum agitur: alioquin duo erunt plana recta ad idem planum per eamdem rectam lineam acta, quæ ad id planum recta non ſit. Poſitus eſt enim axis rectus ad parallela plana non eſſe. In eodem igitur plano erunt contactus, et axis: ſectaque erit ſphærois per axem. Itaque ſectio erit acutianguli coni ſectio: planorumque contingentium ſectiones, quæ in ipſis planorum contactibus acutianguli coni ſectionem contingunt, erunt parallelæ. Si autem rectæ ſibi invicem parallelæ acutianguli coni ſectionem contingant; acutianguli coni ſectionis centrum, et contactus in directo jacent.

PROP. XIX. Theor.

Si ſphæroideon figurarum utramlibet duo parallela plana contingant: agatur autem per ſphæroidis centrum planum aliquod contingentibus planis parallelum; quæ rectæ per ſectionem, quæ oritur, ei, quæ contactus jungit, parallelæ ducuntur, extra ſphæroiden cadent.

Ponantur quæ dicta ſunt: ſumaturque punctum aliquod in ea, quæ oritur ſectione; et per id punctum, rectamque, quæ contactus jungit, agatur planum. Hoc utique ſphæroiden, et pa-

rallela plana ſecat. Itaque ſit ſphæroidis ſectio acutianguli coni ſectio ΑΒΓΔ: planorumque contingentium ſectiones rectæ ΕΖ, ΗΘ: quod ſumptum eſt punctum, Α: denique quæ contactus jungit, ΒΔ. Hæc utique per centrum tranſibit. Sectio autem plani contingentibus planis paralleli ſit ΓΑ. Atque hæc etiam per centrum tranſibit; quoniam et ipſum, in quo eſt, planum. Quoniam igitur ſectio ΑΒΓΔ aut circulus eſt, aut acutianguli coni ſectio; eamque duæ rectæ contingunt ΕΖ, ΗΘ; ductaque per centrum eſt ΑΓ iiſdem parallela; conſtat, quæ a punctis Α, Γ ipſi ΒΔ parallelæ ducuntur, has contingere ſectionem, atque extra ſphæroiden cadere. Quod ſi planum contingentibus planis parallelum actum per centrum non ſit, cujusmodi eſt ΚΛ; conſtat fore, ut rectarum, quæ a ſectione ducuntur, quæ quidem ducuntur ad eas partes, in quibus eſt minus ſegmentum, extra ſphæroiden cadent; quæ vero ad contrarias, intra.




δέος, καὶ τὰ παράλληλα ἐπίπεδα. Ἔστω οὖν ἁ μὲν τοῦ σφαιροειδέος τομὰ ἁ ΑΒΓΔ ὀξυγωνίου κώνου τομά· αἱ δὲ τῶν ἐπιπέδων τῶν ψαυόντων τομαὶ, αἱ ΕΖ, ΗΘ εὐθεῖαι· τὸ δὴ λαφθὲν σαμεῖον, τὸ Α· ἁ δὲ τὰς ἁφὰς ἐπιζευγνύουσα ἔστω, ἁ ΒΔ. Πεσεῖται δὴ αὐτὰ διὰ τοῦ κέντρου. Ἁ δὲ τοῦ παραλλήλου ἐπιπέδου τοῖς ἐπιψαυόντεσσιν ἐπιπέδοις τομὰ, ἁ ΓΑ. Ἐσσεῖται δὴ αὕτα διὰ τοῦ κέντρου [a] ἀγομένα· ἐπεὶ καὶ τὸ ἐπίπεδον. Ἐπεὶ οὖν ἐστιν ἁ ΑΒΓΔ, ἤτοι κύκλος, ἢ ὀξυγωνίου κώνου τομὰ, καὶ ἐπιψαύοντι [b] αὐτᾶς αἱ δύο εὐθεῖαι αἱ ΕΖ, ΗΘ· διὰ δὲ [p] τοῦ κέντρου παράλληλος αὐταῖς ἄκται ἁ ΑΓ· δῆλον ὡς αἱ ἀπὸ τῶν Α, Γ ἀγόμεναι σαμείων παρὰ τὰν ΒΔ ἐπιψαύοντι τᾶς τομᾶς καὶ ἐκτὸς πεσοῦνται τοῦ σφαιροειδέος. Εἰ δὲ καὶ τὸ παράλληλον ἐπίπεδον τοῖς ἐπιψαυόντεσσιν ἐπιπέδοις, μὴ διὰ τοῦ κέντρου ἀγμένον ὡς τὸ ΚΛ· δῆλον ὡς τᾶν ἀπὸ τᾶς τομᾶς τᾶν γινομένων εὐθειᾶν, αἱ μὲν ἐπὶ τὰ αὐτὰ γενόμεναι τῷ τε ἐλάσσονι τμάματι, ἐκτὸς πεσοῦνται τοῦ σφαιροειδέος. αἱ δὲ ἐπὶ θάτερα, ἐντός.

PROP. XX. Theor.

Quælibet ſphæroidea figura ſecta plano per centrum acto, ſecatur in duas æquas partes ab hoc plano tum ipſa, tum ipſius ſuperficies.

Secetur enim ſphærois plano per centrum acto: ſecabiturque ſive per axem; et ad angulos ſive rectos, ſive etiam non rectos axi. Et ſi quidem ſecetur ſive per axem, ſive ad rectos angulos axi; conſtat tum ipſam, tum ipſius ſuperficiem in duas æquas partes ſecari. Manifeſtum eſt enim partem ipſius alteram cum altera; et ſuperficiem partis alterius cum alterius ſuperficie convenire. Sed neque ſecetur per axem, neque ad rectos angulos axi. Itaque ſecta per axem ſphæroide plano ad id, quod ſecat, planum recto, ipſius quidem figuræ ſectio ſit acutianguli coni ſectio ΑΒΓΔ; cujus diameter, idemque ſphæroidis axis, recta ΒΔ; centrum punctum Θ; plani vero, quod per centrum ſphæroiden ſecat, ſectio ſit recta ΑΓ. Sumatur præterea alia ſphærois huic æqualis, et ſimilis: eademque ſecta plano per axem acto, ſectio ſit acutianguli coni ſectio ΕΖΗΝ; ejuſque diameter, idemque ſphæroidis axis, ΕΗ; et centrum punctum Κ. Ducatur autem per



ΠΡΟΤΑΣΙΣ κʹ.

Πᾶν σχῆμα σφαιροειδὲς ἐπιπέδῳ τμαθὲν διὰ τοῦ κέντρου δίχα τέμνεται ὑπὸ τοῦ ἐπιπέδου, καὶ αὐτὸ, καὶ ἁ ἐπιφάνεια αὐτοῦ.

Τετμάσθω γὰρ τὸ σφαιροειδὲς ἐπιπέδῳ διὰ τοῦ κέντρου, ἤτοι δὴ καὶ διὰ τοῦ ἄξονος ἐσσεῖται τετμαμένον, ἢ ποτ᾽ ὀρθὰς, ἢ μὴ ποτ᾽ ὀρθὰς τῷ ἄξονι. [q] Εἰ μὲν οὖν διὰ τοῦ ἄξονος τέμνεται, ἢ ποτ᾽ ὀρθὰς τῷ ἄξονι, δῆλον ὡς δίχα τέμνεται τὸ αὐτὸ, καὶ ἁ ἐπιφάνεια αὐτοῦ. Φανερὸν γὰρ ὅτι ἐφαρμόζει τὸ ἕτερον μέρος αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ἕτερον, καὶ ἁ ἐπιφάνεια τοῦ ἑτέρου μέρεος ἐπὶ τὰν ἑτέρου. Ἀλλ᾽ ἔστω μὴ διὰ τοῦ ἄξονος τετμαμένον, μήτε ποτ᾽ ὀρθὰς τῷ ἄξονι. Τμαθέντος δὴ τοῦ σφαιροειδέος ἐπιπέδῳ ὀρθῷ ποτὶ τὸ τέμνον ἐπίπεδον διὰ τοῦ ἄξονος, αὐτοῦ μὲν τοῦ σχήματος τομὰ ἔστω ἁ ΑΒΓΔ ὀξυγωνίου κώνου τομά· διάμετρος δὲ αὐτᾶς ἔστω, καὶ ἄξων τοῦ σφαιροειδέος, ἁ ΒΔ· καὶ κέντρον τὸ Θ· τοῦ δ᾽ ἐπιπέδου τοῦ τετμακότος διὰ τοῦ κέντρου τὸ σφαιροειδὲς, ἔστω τομὰ ἁ ΑΓ εὐθεῖα. Λελάφθω δή τι καὶ ἄλλο σφαιροειδὲς ἴσον καὶ ὁμοῖον τούτῳ καὶ τμαθέντος αὐτοῦ διὰ τοῦ ἄξονος ἐπιπέδῳ, τομὰ ἔστω ἁ ΕΖΗΝ ὀξυγωνίου κώνου τομά· διάμετρος δὲ αὐτᾶς, καὶ ἄξων τοῦ σφαιροειδέος ἁ ΕΗ· καὶ κέντρον τὸ Κ.

[a] ἀγμένα [b] Sic MS. [p] τοῦ κέντρου ἄκται [q] Εἰ μὲν οὖν διὰ τοῦ ἄξονος τέμνεται, ἢ ποτ᾽ ὀρθὰς τῷ ἄξονι in MS. deſunt.

Καὶ διὰ τοῦ Κ ἄχθω ἁ ΖΝ γωνίαν ποιοῦσα τὰν Κ ἴσαν τᾷ Θ· ἀπὸ δὲ τᾶς ΖΝ ἐπίπεδον ἔστω ἀνεστακὸς ὀρθὸν ποτὶ τὸ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ ἐστιν ἁ ΕΖΗΝ τομά. Ἐντὶ δὴ τῶν ὀξυγωνίων κώνων τομαὶ αἱ ΑΒΓΔ, ΕΖΗΝ ἴσαι καὶ ὁμοῖαι ἀλλάλαις. Ἐφαρμόζοντι ὦν ἐπ᾽ ἀλλάλας τεθείσας τᾶς ΕΗ ἐπὶ τὰν ΒΔ, καὶ τᾶς ΖΝ ἐπὶ τὰν ΑΓ. Ἐφαρμόζει δὴ καὶ τὸ ἐπίπεδον τὸ κατὰ τὰν ΝΖ τῷ ἐπιπέδῳ τῷ κατὰ τὰν ΑΓ· ἐπεὶ ἀπὸ τᾶς αὐτᾶς γραμμᾶς ποτὶ τὸ αὐτὸ ἐπίπεδον ἀμφότερα ἐντί. Ἐφαρμόζει ὦν καὶ τὸ τμᾶμα τὸ ὑπὸ ἐπιπέδου ἀποτεμνόμενον τοῦ κατὰ τὰν ΝΖ, ἀπὸ τοῦ σφαιροειδέος τὰ αὐτὰ τῷ Ε, τὸ ἐπὶ τὰς τῷ ἑτέρῳ τμάματι τῷ ἀποτεμνομένῳ ἀπὸ τοῦ ἑτέρου σφαιροειδέος ὑπὸ τῷ ἐπιπέδῳ τοῦ κατὰ τὰν ΑΓ ἐπὶ τὰ αὐτὰ τῷ Β. Καὶ λοιπὸν τμᾶμα ἐπὶ τὸ λοιπόν· καὶ αἱ ἐπιφάνειαι τῶν τμαμάτων ἐπὶ τὰς ἐπιφανείας. Πάλιν δὲ καὶ τεθείσας τᾶς ΕΗ ἐπὶ τὰν ΒΔ οὕτως, ὥς τε τὸ μὲν Ε κατὰ τὸ Δ κεῖσθαι· τὸ δὲ Η κατὰ τὸ Β· τὰν δὲ μεταξὺ τῶν Ν, Ζ σαμείων γραμμὰν ἐπὶ τὰν μεταξὺ τῶν Α, Γ σαμείων· δῆλον ὡς αἱ τῶν ὀξυγωνίων κώνων τομαὶ ἐφαρμόζοντι ἐπ᾽ ἀλλάλας· καὶ τὸ μὲν Ζ ἐπὶ τὸ Γ πεσεῖται, τὸ δὲ Ν ἐπὶ τὸ Α. Ὁμοίως καὶ τὸ ἐπίπεδον τὸ κατὰ τὰν ΝΖ ἐφαρμόζει τῷ ἐπιπέδῳ τῷ κατὰ τὰν ΑΓ· καὶ τῶν τμαμάτων τῶν ἀποτεμνομένων ὑπὸ τοῦ ἐπιπέδου τοῦ κατὰ τὰν ΝΖ, τὸ μὲν ἐπὶ τὰ αὐτὰ τῷ Η ἐφαρμόζει τῷ τμάματι, τῷ ἀποτεμνομένῳ ὑπὸ τοῦ ἐπιπέδου τοῦ κατὰ τὰν ΑΓ ἐπὶ τὰ αὐτὰ τῷ Β· τὸ δὲ ἐπὶ τὰ αὐτὰ τῷ Ε τῷ ἐπὶ τὰ αὐτὰ τῷ Δ. Ἐπεὶ δὲ τὸ αὐτὸ τμᾶμα ἑκατέρῳ τῶν τμαμάτων ἐφαρμόζει, δῆλον ὅτι ἴσα ἐντὶ τὰ τμάματα· διὰ τ᾽ αὐτὰ δὲ καὶ αἱ ἐπιφάνειαι.

centrum K ZN efficiens angulum K angulo Θ æqualem: exciteturque a ZN planum ad id planum, in quo ſectio eſt EZHN, rectum. Duæ igitur ſunt acutiangulorum conorum ſectiones ABΓΔ, EZHN æquales, ſibique invicem ſimiles. Itaque poſita EH ſuper BΔ, et ZN ſuper AΓ, ſibi invicem conveniunt. Convenit autem etiam planum actum per NZ plano acto per AΓ; quoniam utrumque ab eadem recta in eodem plano excitatur. Convenit igitur etiam ſegmentum, quod a plano acto per NZ ad eas partes, in quibus eſt punctum E, a ſphæroide ſecatur, cum altero ſegmento, quod ſecatur ab altera ſphæroide a plano acto per AΓ ad eas partes, in quibus eſt punctum B. Reliquum item ſegmentum cum reliquo ſegmento; et ſuperficies ſegmentorum cum ſuperficiebus conveniunt. Rurſus poſita EH ſuper BΔ, ita ut punctum quidem E ponatur ſuper Δ, punctum vero H ſuper B; recta denique, quæ inter puncta N, Z interjicitur ſuper rectam, quæ interjicitur inter puncta A, Γ; conſtat fore, ut acutiangulorum conorum ſectiones ſibi invicem conveniant; cadatque punctum quidem Z ſuper Γ, punctum vero N ſuper A. Pariter etiam planum actum per NZ convenit cum plano acto per AΓ: ſegmentorumque, quæ a plano acto per NZ ſecantur, quod quidem ad eaſdem partes eſt, ad quas punctum H, cum ſegmento convenit, quod a plano acto per AΓ ad eaſdem partes, ad quas punctum B, ſecatur; quod vero eſt ad eaſdem partes, ad quas punctum E convenit cum ſegmento, quod ſecatur ad eaſdem partes, ad quas eſt punctum Δ. Quoniam igitur idem ſegmentum cum utroque ſegmento convenit, conſtat ſegmenta æqualia eſſe; eademque ratione etiam ipſorum ſuperficies.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κα΄.

Τμάματος δοθέντος ὁποτερουοῦν τῶν κωνοειδέων ἀποτεμνομένου ἐπιπέδῳ ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα, ἢ τῶν σφαιροειδέων ὁποτερουοῦν, μὴ μείζονος ἡμίσεος τοῦ σφαιροειδέος, ὁμοίως ἀποτεμνομένου· δυνατόν ἐστι σχῆμα στερεὸν ἐγγράψαι, καὶ ἄλλο περιγράψαι ἐκ κυλίνδρων ἴσον ὕψος ἐχόντων συγκείμενον, ὥστε τὸ περιγραφόμενον σχῆμα τοῦ ἐγγραφέντος ἐλάσσονι ὑπερέχειν παντὸς τοῦ προτεθέντος στερεοῦ μεγέθεος.

Δεδόσθω τμᾶμα, οἷόν ἐστι τὸ ΑΒΓ· τμαθέντος δὲ αὐτοῦ ἐπιπέδῳ διὰ τοῦ ἄξονος τμάματος, τομὰ ἔστω ἁ ΑΒΓ κώνου τομά· τοῦ δὲ ἐπιπέδου τοῦ ἀποτέμνοντος τὸ τμᾶμα, ἁ ΑΓ εὐθεῖα. Ἄξων δὲ ἔστω τοῦ τμάματος, καὶ διάμετρος τᾶς τομᾶς, ἁ ΒΔ. Ἐπεὶ ὦν ὑπόκειται τὸ ἀποτέμνον ἐπίπεδον ὀρθὸν εἶμεν ἐπὶ τὸν ἄξονα, ἁ τομὰ κύκλος ἐστί, διάμετρος δὲ αὐτοῦ ἁ ΓΑ. Ἀπὸ δὲ τοῦ κύκλου τούτου κύλινδρος ἔστω ἄξονα ἔχων τὸν ΒΔ. Πεσεῖται δὲ ἁ ἐπιφάνεια αὐτοῦ ἐκτὸς τοῦ τμάματος· ἐπεὶ ἐστιν ἤτοι κωνοειδὲς, ἢ σφαι-


PROP. XXI. Theor.

Dato ſegmento cujuſlibet conoidis ſecto plano ad axem recto, vel ſegmento cujuſlibet ſphæroidis ſimiliter ſecto, quod tamen dimidia ſphæroide majus non ſit; fieri poteſt, ut eidem ſolida figura inſcribatur, itemque alia circumſcribatur ex cylindris æqualem altitudinem habentibus compoſita; ita ut circumſcripta figura excedat inſcriptum magnitudine minore ſolida qualibet propoſita.

Detur ſegmentum, quale eſt ABΓ: eodemque ſecto plano per ſegmenti axem acto, ſectio quidem ejus ſit coni ſectio ABΓ; plani vero, quod ſegmentum ſecat, recta AΓ. Ac ſit ſegmenti axis, idemque ſectionis diameter, BΔ. Quoniam igitur ponitur planum, quod ſecat, rectum eſſe ad axem, ſectio circulus erit, cujus diameter ΓA. Excitetur ab hoc circulo cylindrus axem habens BΔ. Cadet utique hujus ſuperficies extra ſegmentum; quoniam ſive conoi-

γραμμῶν — Sic MS. — Sic MS. — τὰ — τὰ — Sic MS. — τμάματος τε-
μαί. Ἔςω — ἀποτεμνομένω — τῷ

dis, ſive ſphæroidis ſegmentum eſt non majus ſphæroide dimidia. Itaque ſi hic cylindrus in duas æquas partes continuo ſecetur plano ad axem recto, quod relinquitur minus aliquando erit propoſita ſolida magnitudine. Sit id, quod relinquitur, cylindrus baſim habens circulum, qui circa diametrum A Γ deſcribitur, et axem E Δ, minor propoſita ſolida magnitudine. Dividatur autem B Δ in partes uni E Δ æquales in punctis P, O, Π, Ξ: ducanturque a diviſionibus rectæ ipſi A Γ parallelæ ad coni uſque ſectionem: et ab his plana excitentur recta ad B Δ. Itaque ſectiones circuli erunt centra habentes in B Δ. Deſcribantur autem ab unoquoque circulorum duo cylindri, quorum uterque axem habeat ipſi E Δ æqualem; alter quidem ad eaſdem cylindri partes, ad quas punctum Δ, alter vero ad eaſdem, ad quas punctum B. Erit utique ſegmento figura quædam ſolida inſcripta ex iis cylindris compoſita, qui ad eas partes, in quibus eſt punctum Δ, deſcripti ſunt: aliaque item circumſcripta compoſita ex iis cylindris, qui deſcripti ſunt ad eas, in quibus eſt punctum B. Reliquum eſt, demonſtremus circumſcriptum excedere inſcriptam magnitudine minore ſolida propoſita. Itaque cylindrorum, qui in inſcripta figura ſunt, æqualis unuſquiſque eſt cylindro, qui ab eodem circulo deſcriptus eſt ad eaſdem partes puncti B: nimirum cylindrus quidem Θ H cylindro Θ I; cylindrus vero K Λ cylindro K M: aliique eodem modo. Cylindri autem omnes cylindris omnibus æquales ſunt. Conſtat igitur circumſcriptam figuram excedere inſcriptam cylindro, qui baſim quidem habet circulum, qui circa diametrum A Γ deſcribitur, axem vero E Δ. Hic autem minor eſt propoſita ſolida magnitudine.



ροειδὲς μὴ μεῖζον ἢ ἡμίσεος τοῦ σφαιροειδέος. Τοῦ δὴ κυλίνδρου τούτου ἀεὶ δίχα τεμνομένου ἐπιπέδῳ ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα, ἐσσεῖται ποτὲ τὸ καταλειπόμενον ἔλασσον τοῦ προτεθέντος στερεοῦ μεγέθεος. Ἔστω δὲ τὸ καταλελειμμένον ἀπ' αὐτοῦ κύλινδρος [a] ἔχων βάσιν τὸν κύκλον τὸν περὶ διάμετρον τὰν Α Γ, ἄξονα δὲ τὰν Ε Δ, ἐλάσσων τοῦ προτεθέντος στερεοῦ μεγέθεος. Διαιρήσθω δὴ ἁ Β Δ ἐς τὰς ἴσας τᾷ Ε Δ κατὰ τὰ Ρ, Ο, Π, Ξ· καὶ ἀπὸ τᾶν [b] διαιρέσιων ἄχθων εὐθεῖαι παρὰ τὰν Α Γ, ἕως ποτὶ τὰν τοῦ κώνου τομάν· ἀπὸ δὲ τᾶν ἀχθεισᾶν ἐπίπεδα ἀνεστακέτω ὀρθὰ ποτὶ τὰν Β Δ. Ἐσσεῦνται δὴ αἱ τομαὶ κύκλοι τὰ κέντρα ἔχοντες ἐπὶ τᾶς Β Δ. Ἐφ' ἑκάστου δὴ τῶν κύκλων δύο κύλινδροι ἀναγεγράφθων, ἑκάτερος ἔχων ἄξονα ἴσον τᾷ Ε Δ, ὁ μὲν ἐπὶ τὰ αὐτὰ τοῦ κυλίνδρου, ἐφ' ἃ ἐστὶ τὸ Δ, ὁ δὲ ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἐφ' ἃ ἐστὶ τὸ Β. Ἐσσεῖται δή τι ἐν τῷ τμάματι σχῆμα στερεὸν ἐγγεγραμμένον ἐκ τῶν κυλίνδρων συγκείμενον τῶν ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἀναγραφέντων, ἐφ' ἃ ἐστὶ τὸ Δ· καὶ ἄλλο περιγεγραμμένον, καὶ συγκείμενον ἐκ τῶν κυλίνδρων τῶν ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἀναγραφέντων ἐφ' ἃ τὸ Β ἐστί. [d] Λοιπὸν δὲ δεῖξαι, ὅτι τὸ περιγεγραμμένον τοῦ ἐγγεγραμμένου ὑπερέχει ἐλάσσονι τοῦ προτεθέντος στερεοῦ μεγέθεος. Ἕκαστος δὴ τῶν κυλίνδρων τῶν ἐν τῷ ἐγγεγραμμένῳ σχήματι ἴσος ἐστὶ τῷ κυλίνδρῳ τῷ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ κύκλου ἀναγραφομένῳ ἐπὶ τὰ αὐτὰ τῷ Β· ὡς ὁ μὲν Θ Η τῷ Θ Ι, ὁ δὲ Κ Λ τῷ Κ Μ· καὶ οἱ ἄλλοι ὡσαύτως. Καὶ πάντες δὴ οἱ κύλινδροι πᾶσιν ἴσοι εἰσίν. Δῆλον οὖν ὅτι τὸ περιγεγραμμένον σχῆμα τοῦ ἐγγεγραμμένου ὑπερέχει τῷ κυλίνδρῳ, τῷ βάσιν ἔχοντι τὸν κύκλον τὸν περὶ διάμετρον τὰν Α Γ, ἄξονα δὲ τὰν Ε Δ. Οὗτος δὲ ἐστὶν ἐλάσσων τοῦ προτεθέντος στερεοῦ μεγέθεος.

PROP. XXII. Prob.

Dato ſegmento cujuſlibet conoidis ſecto plano ad axem non recto, vel ſegmento cujuſlibet ſphæroidis ſimiliter ſecto, quod tamen dimidia ſphæroide majus non ſit; fieri poteſt, ut eidem ſolida figura inſcribatur, itemque alia circumſcribatur ex cylindri ſegmentis æqualem altitudinem habentibus compoſita; ita ut circumſcripta figura excedat inſcriptam magnitudine minore ſolida qualibet propoſita.

Detur ſegmentum, quale dictum eſt. Secta autem figura per axem plano alio ad id pla-


ΠΡΟΤΑΣΙΣ κβ'.

Τμάματος δοθέντος ἀποτετμαμένου τοῦ κωνοειδέος ἀποτετμαμένου ἐπιπέδῳ μὴ ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα, ἢ τοῦ σφαιροειδέος ἀποτετμαμένου μὴ μείζονος [e] ἡμίσεος τοῦ σφαιροειδέος, [f] ὁμοίως ἀποτετμαμένου· δυνατόν ἐστιν ἐς αὐτὸ σχῆμα στερεὸν ἐγγράψαι, καὶ ἄλλο περιγράψαι ἐκ κυλίνδρων τμαμάτων ὕψος [g] ἴσον ἐχόντων συγκείμενον, [h] ὥστε τὸ περιγραφὲν σχῆμα τοῦ [i] ἐγγραφέντος ὑπερέχειν ἐλάσσονι παντὸς τοῦ προτεθέντος στερεοῦ μεγέθεος.

Δεδόσθω τμᾶμα, οἷον εἴρηται. Τμαθέντος δὴ τοῦ σχήματος ἐπιπέδῳ ἄλλῳ διὰ τοῦ ἄξονος ὀρθῷ,

[a] ὃ ἔχει
[b] Sic MS.
[c] Sic MS.
[d] ἐγγραφόμενον
[d] Λοιπὸν δέ ἐστι δεῖξαι
[e] ἡμιτελῆ
[f] Sic MS.
[g] In MS. ἴσον deeſt.

ποτὶ τὸ ἐπίπεδον τὸ ἀποτετμακὸς τὸ δοθὲν τμᾶμα, τοῦ μὲν σχήματος τομὰ ἔστω ἁ ΑΒΓΔ κώνου τομά· τοῦ δὲ ἐπιπέδου τοῦ [k] ἀποτετμακότος τὸ τμᾶμα, ἁ ΓΑ εὐθεῖα. Ἐπεὶ οὖν ὑπόκειται τὸ ἐπίπεδον τὸ ἀποτετμακὸς τὸ τμᾶμα μὴ ἦμεν ὀρθὸν ποτὶ τὸν ἄξονα, ἁ τομὰ ἐσσεῖται ὀξυγωνίου κώνου τομά, διάμετρος δὲ αὐτᾶς ἁ ΑΓ. Ἔστω παράλληλος τᾷ ΓΑ ἁ ΦΥ ἐπιψαύουσα τᾶς τοῦ κώνου τομᾶς. ἐπιψαυέτω δὲ κατὰ τὸ Β, καὶ ἀπὸ τᾶς ΦΥ ἀνεστακέτω ἐπίπεδον παράλληλον τῷ κατὰ τὰν ΑΓ. Ἐπιψαύσει δὲ τοῦτο τοῦ σχήματος κατὰ τὸ Β· καὶ εἰ μέν ἐστι τὸ τμᾶμα ὀρθογωνίου κωνοειδέος, ἀπὸ τοῦ Β ἄχθω παρὰ τὸν ἄξονα ἁ ΒΔ· εἰ δὲ ἀμβλυγωνίου ἀπὸ τᾶς κορυφᾶς τοῦ κώνου τοῦ περιέχοντος τὸ κωνοειδὲς εὐθεῖα ἀχθεῖσα ἐπὶ τὸ Β ἐκβεβλήσθω, ἁ ΒΔ· εἰ δὲ σφαιροειδέος, ἀπὸ τοῦ κέντρου ἐπὶ τὸ Β [l] ἀχθεῖσα εὐθεῖα ἀπολελάφθω ἁ ΒΔ. Δῆλον δὲ ὅτι τέμνει ἁ ΒΔ δίχα [m] τὰν ΑΓ. [n] Ἔστιν οὖν τὸ μὲν Β κορυφὰ τοῦ τμάματος· ἁ δὲ ΒΔ εὐθεῖα, ἄξων. Ἔστι δή τις ὀξυγωνίου κώνου τομὰ περὶ διάμετρον τὰν ΑΓ· καὶ γραμμὰ ἁ ΒΔ ἀπὸ τοῦ κέντρου ἀνεστακοῦσα ἐν ὀρθῷ ἐπιπέδῳ ποτὶ τὸ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ ἐστιν ἁ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομὰ διὰ τᾶς ἑτέρας διαμέτρου ἐόντος τοῦ ἐπιπέδου. Δυνατὸν οὖν ἐστι κύλινδρον εὑρεῖν ἄξονα ἔχοντα τὰν ΒΔ, οὗ ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ ἐσσεῖται ἁ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομὰ περὶ διάμετρον τὰν ΑΓ. Πεσεῖται δὲ ἁ ἐπιφάνεια αὐτοῦ ἐκτὸς τοῦ τμάματος· ἐπεί ἐστιν ἤτοι κωνοειδέος ἢ σφαιροειδέος τμᾶμα, καὶ οὐ μεῖζόν ἐστιν ἡμίσεος τοῦ σφαιροειδέος. Ἐσσεῖται δέ τις κυλίνδρου τόμος βάσιν μὲν ἔχων τὰν τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομάν, τὰν περὶ διάμετρον τὰν ΑΓ, ἄξονα δὲ τὰν ΒΔ. Τοῦ μὲν τόμου δίχα τεμνομένου ἐπιπέδοις παραλλήλοις τῷ ἐπιπέδῳ κατὰ τὰν ΑΓ, ἐσσεῖται τὸ καταλειπόμενον ἔλασσον τοῦ προτεθέντος στερεοῦ μεγέθεος. Ἔστω τόμος βάσιν μὲν ἔχων τὰν τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομὰν [o] τὰν περὶ διάμετρον τὰν ΑΓ, ἄξονα δὲ τὰν ΕΔ, ἐλάσσων τοῦ προτεθέντος στερεοῦ μεγέθεος. Διῃρήσθω δὴ ἁ ΔΒ ἐς τὰς ἴσας [p] τᾷ ΔΕ· καὶ ἀπὸ τᾶν διαιρεσίων ἄχθων [q] εὐθεῖαι παρὰ τὰν ΑΓ, ἔστε ποτὶ τὰν τοῦ κώνου τομάν· ἀπὸ δὲ τᾶν ἀχθεισᾶν ἐπίπεδα ἀνεστακέτων παράλληλα τῷ κατὰ τὰν ΑΓ ἐπι-



num, quod datum ſegmentum ſecat, recto, figuræ quidem ſectio ſit coni ſectio ΑΒΓΔ; plani vero, quod ſegmentum ſecat, recta ΓΑ. Quoniam igitur ponitur planum, quod ſegmentum ſecat, rectum ad axem non eſſe, ſectio erit acutianguli coni ſectio, cujus diameter ΑΓ. Contingat ΦΥ ipſi ΓΑ parallela coni ſectionem in puncto Β: exciteturque planum a ΦΥ plano per ΑΓ acto parallelum. Continget hoc figuram in puncto Β. Et ſi quidem ſegmentum rectangulæ conoidis eſt, a puncto Β axi parallela ducatur ΒΔ: ſi vero obtuſiangulæ conoidis, ducta recta a vertice coni conoiden continentis ad punctum Β, producatur, eaque ſit ΒΔ: ſi denique ſphæroidis, ducta recta a centro ad punctum Β in ſegmento abſcindatur, eaque item ſit ΒΔ. Conſtat jam ΒΔ ipſam ΑΓ in duas æquas partes ſecare: ideoque punctum quidem Β ſegmenti vertex eſt; recta vero ΒΔ ejus axis. Itaque acutianguli coni ſectio quædam eſt circa diametrum ΑΓ deſcripta; rectaque linea ΒΔ, quæ ab ejus centro in eo plano excitata eſt, quod rectum ad id in quo ipſa eſt, planum per diametrum alteram agitur. Fieri igitur poteſt, ut cylindrus inveniatur axem habens ΒΔ, in cujus ſuperficie ſit acutianguli coni ſectio circa diametrum ΑΓ deſcripta. Cadet utique hujus ſuperficies extra ſegmentum; quoniam ſive conoidis ſive ſphæroidis ſegmentum eſt non majus ſphæroide dimidia: atque erit ſegmentum quoddam cylindri baſim quidem habens acutianguli coni ſectionem, quæ circa diametrum ΑΓ deſcribitur, axem vero ΒΔ. Itaque ſi hoc ſegmentum in duas æquas partes ſecetur planis parallelis plano per ΑΓ acto, quod relinquitur minus erit propoſita ſolida magnitudine. Sit ſegmentum baſim quidem habens acutianguli coni ſectionem, quæ circa diametrum ΑΓ deſcribitur, axem vero ΕΔ, minus propoſita ſolida magnitudine. Dividatur autem ΔΒ in partes uni ΔΕ æquales: ducanturque a diviſionibus rectæ ipſi ΑΓ parallelæ ad coni uſque ſectionem: et ab his plana excitentur parallela plano acto per ΑΓ. Hæc ſecabunt ſegmenti ſuperficiem: eruntque acutianguli coni ſectiones ei ſimiles, quæ circa diametrum ΑΓ deſcripta eſt; quoniam plana parallela ſibi invicem ſunt. Deſcribantur autem ab unaquaque acutianguli coni ſectione duo cylindri ſegmenta; alterum

[k] ἀποτετμακότος [l] Sic MS. [m] τὰν [n] ἔστω [o] τὰν ex MS. [p] τᾶ [q] εὐθεῖα

quidem ad eaſdem acutianguli coni ſectionis partes, ad quas punctum Δ; alterum vero ad partes eaſdem, ad quas punctum B; quæ axem habeant ipſi Δ E æqualem. Erunt utique figuræ quædam ſolidæ; altera quidem ſegmento inſcripta; altera vero circumſcripta ex cylindri ſegmentis æqualem altitudinem habentibus compoſita. Reliquum eſt, ut demonſtremus, circumſcriptam figuram excedere inſcriptam magnitudine minore ſolida propoſita. Demonſtrabitur autem pariter ac in ſuperiore propoſitione, circumſcriptam figuram excedere inſcriptam ſegmento, quod baſim quidem habet acutianguli coni ſectionem, quæ circa diametrum A Γ deſcribitur, axem vero E Δ. Hoc autem minus eſt propoſita ſolida magnitudine.

Hiſce præmiſſis, demonſtrabimus quæ de figuris propoſita ſunt.

PROP. XXIII. Theor.

Quodlibet ſegmentum rectangulæ conoidis ſectæ plano ad axem recto ſeſquialterum eſt coni, qui eamdem ac ſegmentum baſim habet, eamdemque axem.

Sit enim ſegmentum rectangulæ conoidis ſectum plano ad axem recto: eodemque ſecto per axem plano alio, ſit ſuperficiei quidem ſectio acutianguli coni ſectio A B Γ; plani vero, quod ſegmentum ſecat, recta Γ A: et ſit axis ſegmenti recta B Δ. Sit item conus eamdem ac ſegmentum baſim habens, eumdemque axem, cujus vertex eſt punctum B. Oportet demonſtrare ſegmentum conoidis hujus coni eſſe ſeſquialterum.

Ponatur enim conus Ψ ſeſquialter eſſe coni, cujus baſis eſt circulus, qui circa diametrum A Γ deſcribitur, et axis B Δ. Sit autem etiam cylindrus baſim quidem habens circulum, qui circa diametrum A Γ deſcribitur, axem vero B Δ. Erit utique conus Ψ dimidium totius cylindri, quoniam ejuſdem coni ſeſquialter eſt. Dico ſegmentum conoidis cono Ψ æquale eſſe. Si enim æquale non eſt, aut majus eſt, aut minus. Sit primo, ſi fieri poteſt, majus. Itaque ſegmento ſolida figura inſcribatur, itemque alia circumſcribatur ex cylindris æqualem altitudinem habentibus compoſita; ita ut circumſcripta figura excedat inſcriptam magnitudine minore, quam qua ſegmentum conoidis excedit conum Ψ. Ac cylindrorum, ex quibus circumſcripta figura componitur, maximus quidem ſit is, qui baſim habet circulum, qui circa diametrum A Γ deſcribitur, et axem E Δ; minimus vero, qui baſim habet circulum, qui deſcribitur circa diametrum Σ T, et axem B Θ. Cylindrorum autem,

πέδῳ. Τέμνοντι δὴ ταῦτα [*] τὰν ἐπιφάνειαν τῶ τμάματος, κ̔ ἐσσοῦνται ὀξυγωνίου κώνου τμαὶ ὁμοίαι τᾶ περὶ τὰν Α Γ διαμέτρον· ἐπεὶ παράλληλα ἐντὶ τὰ ἐπίπεδα. Ἐφ' ἑκάστας δὴ τᾶς τῶ ὀξυγωνίω κώνω τμᾶς ἀναγεγράφθων κυλίνδρω [*] τομοὶ δύο, ὁ μὲν ἐπὶ τὰ αὐτὰ τῶ ὀξυγωνίω κώνω τομᾶς τῷ Δ, ὁ δὲ ἐπὶ τὰ αὐτὰ τῷ Β, ἄξονα ἔχοντες ἴσον τῷ Δ Ε. Ἐσσοῦνται δὴ τινὰ σχήματα στερεὰ τὸ μὲν ἐγγεγραμμένον ἐν τῷ τμάματι, τὸ δὲ περιγεγραμμένον ἐκ κυλίνδρω τομῶν ἴσον ὕψος ἐχόντων συγκείμενα. Λοιπὸν δέ ἐστι δεῖξαι, ὅτι τὸ περιγεγραμμένον σχῆμα τοῦ ἐγγεγραμμένω ἐλάσσονι ὑπερέχει τοῦ προτεθέντος στερεοῦ μεγέθεος. Δειχθήσεται δὲ ὁμοίως τῷ προτέρῳ, ὅτι τὸ περιγεγραμμένον σχῆμα τοῦ ἐγγεγραμμένω ὑπερέχει τῷ τόμῳ, τῷ βάσιν μὲν ἔχοντι τὰν τοῦ ὀξυγωνίω κώνω τομὰν, τὰν περὶ διάμετρον τὰν Α Γ, ἄξονα δὲ τὰν Ε Δ. Οὗτος δέ ἐστιν ἐλάσσων τοῦ προτεθέντος στερεῶ μεγέθεος.

Τούτων προγεγραμμένων ἀποδεικνύομες τὰ προβεβλημένα τῶν σχημάτων.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κγ'.

Πᾶν τμᾶμα ὀρθογωνίω κωνοειδέος [*] ἀποτετμαμένα ἐπιπέδῳ ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα, ἡμιόλιόν ἐστι τοῦ κώνω τοῦ βάσιν ἔχοντος τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι, κ̔ ἄξονα.


Ἔστω γὰρ τμᾶμα ὀρθογωνίω κωνοειδέος ἀποτετμαμένον ὀρθῷ ἐπιπέδῳ ποτὶ τὸν ἄξονα· κ̔ τμαθέντος αὐτῶ ἐπιπέδῳ ἄλλῳ διὰ τοῦ ἄξονος, τᾶς μὲν ἐπιφανείας τομὰ ἔστω ἁ Α Β Γ ὀρθογωνίω κώνω τομά· τῶ δὲ ἐπιπέδω τῶ ἀποτέμνοντος τὸ τμᾶμα, ἁ Γ Α εὐθεῖα· ἄξων δὲ ἔστω τοῦ τμάματος ἁ Β Δ. Ἔστω δὲ κ̔ κῶνος τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχων τῷ τμάματι, κ̔ ἄξονα τὸν αὐτὸν, οὗ κορυφὰ τὸ Β. Δεικτέον ὅτι τὸ τμᾶμα τῶ κωνοειδέος ἡμιόλιόν ἐστι τῶ κώνω τούτω.

Ἐκκείσθω γὰρ κῶνος ὁ Ψ ἡμιόλιος ὢν τῶ κώνω, οὗ βάσις ὁ περὶ διάμετρον τὰν Α Γ, ἄξων δὲ ἁ Β Δ. Ἔστω δὲ κ̔ κύλινδρος βάσιν μὲν ἔχων τὸν κύκλον τὸν περὶ διάμετρον τὰν Α Γ, ἄξονα δὲ τὰν Β Δ. Ἐσσεῖται οὖν ὁ Ψ κῶνος ἥμισυς ὅλω τῶ κυλίνδρω· ἐπείπερ ἡμιόλιός ἐστιν ὁ Ψ κῶνος τοῦ αὐτῶ κώνω. Λέγω, ὅτι τὸ τμᾶμα τῶ κωνοειδέος ἴσον ἐστὶ τῷ Ψ κώνῳ. Εἰ γὰρ μή ἐστιν ἴσον, ἤτοι μεῖζόν ἐστιν ἢ ἔλασσον. Ἔστω δὴ πρότερον, εἰ δυνατὸν, [*] μεῖζον. Ἐγγεγράφθω δὴ σχῆμα στερεὸν ἐς τὸ τμᾶμα, καὶ ἄλλο περιγεγράφθω ἐκ κυλίνδρων ὕψος ἴσον ἐχόντων συγκείμενον, ὥς τε τὸ [*] περιγραφὲν σχῆμα τοῦ ἐγγραφέντος ὑπερέχειν ἐλάσσονι ἢ πηλίκῳ ὑπερέχει τὸ τοῦ κωνοειδέος τμᾶμα τοῦ Ψ κώνω. Καὶ ἔστω τῶν κυλίνδρων, ἐξ ὧν σύγκειται τὸ περιγραφὲν σχῆμα, μέγιστος μὲν ὁ βάσιν ἔχων τὸν κύκλον τὸν περὶ διάμετρον τὰν Α Γ, ἄξονα δὲ τὰν Ε Δ· ἐλάχιστος δὲ, ὁ βάσιν μὲν ἔχων τὸν κύκλον τὸν περὶ διάμετρον τὰν Σ Τ ἄξονα δὲ [*] τὰν Β Θ. Τῶν δὲ κυλίνδρων ἐξ

[*] τῶν ἐπιφανειῶν [*] τόμοι [*] ἀποτετμαμένω

[*] Sic MS. [*] Sic MS. [*] τὰν Β Γ

ὧν σύγκειται τὸ ἐγγραφὲν σχῆμα, μέγιστος μὲν ἔστω, ὁ βάσιν ἔχων τὸν κύκλον, τὸν περὶ διάμετρον τὰν ΚΛ· ἄξονα δὲ τὰν ΔΕ· ἐλάχιστος δὲ ὁ βάσιν μὲν ἔχων τὸν κύκλον τὸν περὶ διάμετρον τὰν ΣΤ, ἄξονα δὲ τὰν ΘΙ. Ἐκβεβλήσθω δὲ τὰ ἐπίπεδα πάντων τῶν κυλίνδρων ποτὶ τὰν ἐπιφάνειαν τοῦ κυλίνδρου, τοῦ βάσιν ἔχοντος τὸν κύκλον τὸν περὶ διάμετρον τὰν ΑΓ, ἄξονα δὲ τὰν ΒΔ. Ἐσσεῖται δὴ ὅλος κύλινδρος διῃρημένος εἰς κυλίνδρους, τῷ μὲν πλήθει ἴσους τοῖς κυλίνδροις τοῖς ἐν τῷ περιγεγραμμένῳ σχήματι, τῷ δὲ μεγέθει ἴσους τῷ μεγίστῳ αὐτῶν. Καὶ ἐπεὶ τὸ περιγεγραμμένον σχῆμα περὶ τὸ τμᾶμα ἐλάσσονι ὑπερέχει τοῦ [y] ἐγγεγραμμένου σχήματος, ἢ τὸ τμᾶμα τοῦ κώνου, δῆλον ὅτι καὶ τὸ ἐγγεγραμμένον σχῆμα ἐν τῷ τμάματι [z] μεῖζόν ἐστι τοῦ Ψ κώνου. Ὁ δὴ πρᾶτος κύλινδρος τῶν ἐν τῷ ὅλῳ κυλίνδρῳ, ἔχων ἄξονα [a] τὰν ΔΕ, ποτὶ τὸν πρᾶτον κύλινδρον τὸν ἐν τῷ ἐγγεγραμμένῳ σχήματι τὸν ἔχοντα ἄξονα τὰν ΔΕ, τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν ἁ ΔΑ ποτὶ τὰν ΚΕ δυνάμει. Οὗτος δέ ἐστιν ὁ αὐτὸς τῷ ὃν ἔχει ἁ ΒΔ ποτὶ τὰν ΒΕ, καὶ τῷ ὃν ἔχει ἁ ΔΑ ποτὶ τὰν ΕΞ. Ὁμοίως [b] δὲ δειχθήσεται καὶ ὁ δεύτερος κύλινδρος τῶν ἐν τῷ ὅλῳ κυλίνδρῳ, ὁ ἔχων ἄξονα τὰν ΕΖ, ποτὶ τὸν δεύτερον κύλινδρον τὸν ἐν τῷ ἐγγεγραμμένῳ σχήματι, τὸν αὐτὸν ἔχων λόγον, ὃν ἁ ΠΕ, τουτέστιν ἁ ΔΑ, ποτὶ τὰν ΖΩ. Καὶ τῶν ἄλλων κυλίνδρων, ἕκαστος τῶν ἐν τῷ ὅλῳ κυλίνδρῳ ἄξονα ἐχόντων τὸν αὐτὸν, ἑξεῖ τοῦτον τὸν λόγον, ὃν ἁ ἡμίσεια τᾶς διαμέτρου τᾶς βάσιος αὐτᾶς ποτὶ τὰν ἀπολελαμμέναν ἀπ' αὐτᾶς μεταξὺ τᾶν ΑΒ, ΒΔ εὐθειᾶν. Καὶ πάντες οἱ κύλινδροι οἱ ἐν τῷ κυλίνδρῳ, οὗ βάσις μέν ἐστιν ὁ κύκλος ὁ περὶ διάμετρον τὰν ΑΓ, ἄξων δέ ἐστιν ἁ ΔΒ εὐθεῖα, ποτὶ πάντας τοὺς κυλίνδρους τοὺς ἐν τῷ ἐγγεγραμμένῳ σχήματι, τὸν αὐτὸν ἑξοῦντι λόγον, ὃν πᾶσαι αἱ εὐθεῖαι, αἱ ἐκ τῶν κέντρων τῶν κύκλων, οἳ ἐν ταῖς βάσεσι ἐντὶ τῶν εἰρημένων κυλίνδρων, ποτὶ πάσας τὰς εὐθείας τὰς ἀπολελαμμένας ἀπὸ τᾶν μεταξὺ τᾶν ΑΒ, ΒΔ. Αἱ δὲ εἰρημέναι εὐθεῖαι τᾶν εἰρημέναν χωρὶς τᾶς ΑΔ μείζονές ἐντι ἢ διπλάσιαι. Ὥστε καὶ οἱ κύλινδροι πάντες οἱ ἐν τῷ ὅλῳ κυλίνδρῳ, οὗ ὁ ἄξων ὁ ΔΒ μείζονές ἐντι, ἢ διπλάσιοι τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος. Ἆρα καὶ ὁ ὅλος κύλινδρος, οὗ ὁ ἄξων ἁ ΔΒ, μείζων ἐστὶ ἢ διπλασίων τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος. Τοῦ δὲ Ψ κώνου [c] ἦν διπλασίων. Ἐλάσσων ἄρα



ex quibus inſcripta figura componitur, maximus quidem ſit is, qui baſim habet circulum, qui circa diametrum ΚΛ deſcribitur, et axem ΔΕ; minimus vero, qui baſim habet circulum, qui deſcribitur circa diametrum ΣΤ, et axem ΘΙ. Porro cylindrorum omnium plana producantur ad ſuperficiem uſque cylindri baſim habentis circulum, qui circa diametrum ΑΓ deſcribitur, axemque ΒΔ. Dividetur utique totus cylindrus in cylindros multitudine quidem æquales cylindris, qui in circumſcripta figura ſunt, magnitudine vero æquales unuſquiſque eorum maximo. Et quoniam circumſcripta ſegmento figura inſcriptam minus excedit, quam ſegmentum conum, conſtat figuram ſegmento inſcriptam cono Ψ majorem eſſe. Jam primus cylindrus eorum, qui in toto cylindro ſunt, axem habens ΔΕ, ad cylindrum eorum primum, qui ſunt in inſcripta figura, axem habentem ΔΕ, eamdem habet rationem, quam ΔΑ ad ΚΕ poteſtate. Hæc autem eadem eſt atque illa, quam habet ΒΔ ad ΒΕ, et quam ΔΑ ad ΕΞ. Pariter demonſtrabitur etiam ſecundus cylindrus eorum, qui in toto cylindro ſunt, axem habens ΕΖ, ad cylindrum eorum ſecundum, qui ſunt in inſcripta figura, eamdem habere rationem, quam ΠΕ, hoc eſt ΔΑ, ad ΖΩ. Aliorum item cylindrorum unuſquiſque, qui in toto cylindro ſunt, ad unumquemque cylindrum eorum, qui ſunt in inſcripta figura, eumdem axem habentium, eamdem habebit rationem, quam dimidia diametri baſis ad eam ipſius partem, quæ inter rectas ΑΒ, ΒΔ ab eadem abſcinditur. Itaque omnes cylindri, qui in eo cylindro ſunt, cujus quidem baſis eſt circulus, qui circa diametrum ΑΓ deſcribitur, axis vero recta ΒΔ, ad omnes cylindros, qui ſunt in inſcripta figura, eamdem habebunt rationem, quam omnes rectæ, quæ ducuntur e circulorum centris, qui ſunt in baſibus circulorum, quos diximus, ad omnes rectas, quæ abſcinduntur a recta illa, quæ inter ΑΒ, ΒΔ interjicitur. Rectæ autem, quas diximus, rectarum quas item diximus, dempta ΑΔ, majores ſunt quam duplæ. Quare omnes etiam cylindri, qui in toto cylindro ſunt, cujus axis ΔΒ, majores ſunt quam dupli inſcriptæ figuræ. Totus igitur cylindrus, cujus axis ΒΔ, major eſt quam duplus figuræ inſcriptæ. Coni autem

[y] περιγεγραμμένω [z] Sic MS. [a] τὰν ΑΓ [b] Sic MS. [c] ἢ διπλασίω

Ψ erat duplus. Minor eſt igitur inſcripta figura cono Ψ. Quod fieri non poteſt. Demonſtrata enim eſt major eſſe. Non eſt igitur majus conoidis ſegmentum cono Ψ. Pariter autem neque eſt minus. Rurſus enim eidem figura inſcribatur, itemque alia circumſcribatur; ita ut altera alteram excedat magnitudine minore, quam qua conus Ψ conoidis ſegmentum excedit: eademque alia, quæ ſupra, conſtruantur. Quoniam igitur inſcripta figura minor eſt ſegmento; atque inſcripta minus a circumſcripta deficit, quam ſegmentum a cono, conſtat figuram circumſcriptam cono Ψ minorem eſſe. Rurſus primus cylindrus eorum, qui in toto cylindro ſunt, axem habens ΔE, ad cylindrum eorum primum, qui ſunt in circumſcripta figura, eumdem axem habentem EΔ, eam habet rationem, quam quadratum, quod ab AΔ deſcribitur, ad ſemetipſum. Cylindrus autem ſecundus eorum, qui in toto cylindro ſunt, axem habens EZ, ad cylindrum eorum ſecundum, qui ſunt in circumſcripta figura, axem habentem EZ, eamdem habet rationem, quam ΔA ad KE poteſtate. Hæc autem eadem eſt atque illa, quam habet BΔ ad BE, et quam ΔA ad EΞ. Aliorum item cylindrorum unuſquiſque, qui in toto cylindro ſunt, axem habentium ipſi ΔE æqualem, ad unumquemque cylindrum eorum, qui ſunt in circumſcripta figura, eumdem axem habentium, eam habebit rationem, quam dimidia baſis ad eam ipſius partem, quæ inter rectas AB, BΔ ab eadem abſcinditur. Itaque omnes cylindri, qui in toto cylindro ſunt, cujus eſt axis BΔ, ad omnes cylindros, qui ſunt in circumſcripta figura, eamdem habebunt rationem, quam omnes rectæ ad omnes rectas. Omnes autem rectæ, quæ e centris circulorum ducuntur, qui ſunt cylindrorum baſes, rectarum omnium, quæ ab ipſis abſcinduntur, una cum AΔ, minores ſunt quam duplæ. Conſtat igitur omnes etiam cylindros, qui in toto cylindro ſunt, minores eſſe quam duplos cylindrorum, qui ſunt in circumſcripta figura. Cylindrus igitur, qui baſim habet circulum, qui circa diametrum AΓ deſcribitur, et axem BΔ, minor eſt quam duplus figuræ circumſcriptæ. Non eſt autem minor, ſed major quam duplus. Duplus eſt enim coni Ψ. Circumſcripta vero figura cono Ψ minor eſſe demonſtrata eſt. Non eſt igitur minus conoidis ſegmentum cono Ψ. Demonſtratum autem eſt neque eſſe majus. Seſquialterum eſt igitur coni, qui eamdem ac ſegmentum baſim habet, eumdemque axem.

coni ſectionem in punctis B Z, contingant: excitenturque ab iiſdem plano acto per A Γ plano parallela. Hæc utique contingent ſphæroiden in punctis B, Z: eorumque vertices jungentur recta B Z; quæ quidem per centrum tranſibit. Sit autem centrum ſphæroidis, idemque acutianguli coni ſectionis, punctum Θ. Quoniam igitur ſphærois poſita eſt ſecta eſſe plano ad axem non recto, ſectio eſt acutianguli coni ſectio, cujus diameter A Γ. Itaque ſumatur cylindrus axem habens, quæ ipſi B Δ in directo jaceat, in cujus ſuperficie ſit acutianguli coni ſectio circa diametrum A Γ deſcripta: itemque conus verticem habens punctum B, in cujus ſuperficie ſit acutianguli coni ſectio deſcripta circa diametrum A Γ. Atque erit ſegmentum aliquod cylindri eamdem ac ſphæroidis ſegmentum baſim habens, eumdemque axem: itemque ſegmentum coni eamdem ac ſphæroidis ſegmentum baſim habens, et axem eumdem. Oportet demonſtrare ſphæroidis ſegmentum, cujus vertex eſt punctum B, ad ſegmentum coni, eamdem ac ſegmentum baſim habens, eumdemque axem, eam habere rationem, quam Δ H ad Δ Z. Sit autem Z H æqualis ipſi Θ Z.

Sumatur conus aliquis Ψ, qui ad ſegmentum coni eamdem ac ſphæroidis ſegmentum baſim habentis, eumdemque axem, eam habeat rationem, quam Δ H ad Δ Z. Et ſi æquale non eſt ſegmentum ſphæroidis cono Ψ, ſit primo, ſi fieri poteſt, majus. Itaque ſegmento ſphæroidis ſolida figura inſcribatur, itemque alia circumſcribatur ex cylindri ſegmentis æqualem altitudinem habentibus compoſita; ita ut circumſcripta figura excedat inſcriptam magnitudine minore, quam qua ſegmentum ſphæroidis excedit conum Ψ. Pariter ac ſupra demonſtrabitur inſcripta figura major eſſe cono Ψ; et ſegmentum cylindri, quod eamdem ac ſphæroidis ſegmentum baſim habet, eumdemque axem, ad inſcriptam figuram majorem rationem habere, quam ad conum Ψ. Quod fieri non poteſt. Non erit igitur majus ſphæroidis ſegmentum cono Ψ. At vero ſit, ſi fieri poteſt, minus. Rurſus ſphæroidis ſegmento ſolida figura inſcribatur, itemque alia circumſcribatur ex cylindri ſegmentis æqualem altitudinem habentibus compoſita; ita ut circumſcripta figura excedat inſcriptam mag-

[h] κατὰ τὸ ΒΖ [i] In MS. ἀπότμαμα κώνου τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχον τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτὸν in MS. deſunt.

nitudine minore, quam qua conus Ψ ſphæroidis ſegmentum excedit. Rurſus autem eadem ratione, ac ſupra, demonſtrabitur circumſcripta figura minor eſſe cono Ψ: et ſegmentum cylindri, quod eamdem ac ſphæroidis ſegmentum baſim habet, eumdemque axem, ad circumſcriptam figuram minorem rationem habere, quam ad conum Ψ. Quod fieri non poteſt. Neque igitur minus erit ſphæroidis ſegmentum cono Ψ. Manifeſtum eſt igitur, quod oportebat demonſtrare.


ὑπερέχει ἐλάσσονι, ἢ ἁλίκῳ ὑπερέχει ὁ Ψ κῶνος τῶ τμάματος. Πάλιν δὲ διὰ τῶν αὐτῶν δειχθήσεται τὸ [k] περιγεγραμμένον ἔλασσον τῶ Ψ κώνω καὶ ὁ τόμος τοῦ κυλίνδρω, ὁ βάσιν ἔχων τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι, καὶ ἄξονα τὸν αὐτὸν, ποτὶ τὸ περιγεγραμμένον σχῆμα ἐλάσσονα [l] λόγον ἔχων, ἢ ποτὶ τὸν Ψ κῶνον. Ὅ ἐστιν ἀδύνατον. Οὐκ ἐσσεῖται οὖν οὐδὲ ἔλασσον τὸ τμᾶμα τοῦ κώνου. Φανερὸν οὖν ὃ ἔδει δεῖξαι.

PROP. XXXIII. Theor.

Cujuſlibet ſphæroideæ figuræ ſectæ, non per centrum, plano ad axem recto, majus ſegmentum ad conum qui eamdem ac ſegmentum baſim habeat, eumdemque axem, eam habet rationem, quam recta utrique æqualis, tum dimidiæ axis ſphæroidis, tum axi minoris ſegmenti, ad axem minoris ſegmenti.

Secetur ſphæroidea aliqua figura, ut dictum eſt: eademque ſecta per axem plano alio ad id, quod ſecat, planum recto; ſit figuræ quidem ſectio acutianguli coni ſectio ABΓ, cujus diameter, eademque axis figuræ, BΔ; plani vero, quod ſecat, recta ΓA. Hæc utique ipſi BΔ ad rectos angulos erit. Sit autem ſegmentorum majus, cujus vertex eſt punctum B: et centrum ſphæroidis punctum Θ: apponaturque ΔH æqualis ipſi ΔΘ; itemque BZ eidem æqualis. Oportet demonſtrare, ſegmentum ſphæroidis, cujus vertex eſt punctum B, ad conum, qui eamdem ac ſegmentum baſim habet, eumdemque axem, eam habere rationem, quam EH ad EΔ.

Itaque ſecetur ſphærois per centrum plano ad axem recto; et ab eo, qui oritur, circulo conus excitetur, verticem habens punctum Δ. Eſt igitur tota ſphærois dupla ſegmenti, quod baſim habet circulum, qui circa diametrum KΛ deſcribitur, et verticem punctum Δ. Segmentum autem, quod diximus, duplum eſt coni, qui eamdem ac ſegmentum baſim habet, eumdemque axem. Hæc enim demonſtrata ſunt. Tota igitur ſphærois ejus, quem diximus, coni eſt quadrupla. At vero hic conus ad conum, qui baſim habet circulum, qui circa diametrum AΓ deſcribitur, et verticem punctum Δ, rationem habet, quæ componitur tum ex ea, quam habet



ΠΡΟΤΑΣΙΣ λγ'.

Παντὸς σχήματος σφαιροειδέος ἐπιπέδῳ τμαθέντος ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα, μὴ διὰ τοῦ κέντρου, τὸ μεῖζον τμᾶμα ποτὶ τὸν κῶνον τὸν βάσιν ἔχοντα τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι, καὶ ἄξονα τὸν αὐτὸν, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον, ὃν ἁ ἴσα συναμφοτέραις [m] τᾷ τε ἡμισέᾳ τῶ ἄξονος τῶ σφαιροειδέος, καὶ τᾷ τῶ ἐλάσσονος τμάματος ἄξονι, ποτὶ τὸν τῶ ἐλάσσονος τμάματος ἄξονα.

Τετμάσθω τὸ σφαιροειδὲς, ὡς εἴρηται· τμαθέντος δὲ αὐτοῦ ἐπιπέδῳ ἄλλῳ διὰ τῶ ἄξονος ὀρθῷ ποτὶ τὸ τέμνον ἐπίπεδον, τῶ μὲν σχήματος τομὰ ἔστω ἁ ΑΒΓ ὀξυγωνίου κώνου τομὰ, διάμετρος δὲ αὐτᾶς, καὶ ἄξων τοῦ σχήματος, ἁ ΒΔ· τοῦ δὲ τέμνοντος ἐπιπέδου ἁ ΓΑ εὐθεῖα. Ἐσσεῖται δὴ αὐτὰ ποτ' ὀρθὰς τᾷ ΒΔ. Ἔστω δὲ μεῖζον τῶν τμαμάτων, οὗ κορυφὰ τὸ Β· καὶ κέντρον τῶ σφαιροειδέος τὸ Θ. Ποτικείσθω δὴ ἁ ΔΗ τᾷ ΔΘ ἴσα, [n] καὶ ἁ ΒΖ τᾷ αὐτᾷ ἴσα. Δεικτέον ὅτι τὸ τμᾶμα τῶ σφαιροειδέος, οὗ κορυφὰ τὸ Β, ποτὶ τὸν κῶνον, τὸν βάσιν ἔχοντα τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι, καὶ ἄξονα τὸν αὐτὸν, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον, [o] ὃν ἁ ΕΗ ποτὶ τὰν ΕΔ.

Τετμάσθω δὴ τὸ σφαιροειδὲς ἐπιπέδῳ διὰ τῶ κέντρω ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα, καὶ ἀπὸ γενομένω κύκλω κῶνος ἔστω, κορυφὰν ἔχων τὸ Δ σαμεῖον. Ἔστι δὴ τὸ μὲν ὅλον σφαιροειδὲς διπλάσιον τοῦ τμάματος, τοῦ βάσιν ἔχοντος τὸν κύκλον τὸν περὶ διάμετρον τὰν ΚΛ, κορυφὰν δὲ τὸ Δ σαμεῖον. Τὸ δὲ εἰρημένον τμᾶμα διπλάσιον τῶ κώνω τῶ βάσιν ἔχοντος τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι, καὶ ἄξονα τὸν αὐτόν. Δέδεικται γὰρ ταῦτα. Τὸ ὅλον ἄρ' σφαιροειδὲς τετραπλάσιόν ἐστι τοῦ κώνου τοῦ εἰρημένου. Ὁ δὴ κῶνος οὗτος ποτὶ τὸν κῶνον τὸν βάσιν ἔχοντα τὸν κύκλον τὸν περὶ διάμετρον τὰν ΑΓ, [p] κορυφὰν δὲ τὸ Δ σαμεῖον, τὸν συγκείμενον ἔχει λόγον ἔκ τε τῶ ὃν ἔχει

[k] περιγεγραμμένον σχῆμα [l] Sic MS. [m] ταῖς [n] καὶ ἁ ΒΖ [o] ὃν ἔχει ἁ ΕΗ [p] Sic MS.

ἁ ΘΔ ποτὶ τὰν ΕΔ, καὶ ἐκ τοῦ ὃν ἔχει τὸ ἀπὸ τᾶς ΚΘ τετράγωνον ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΕΑ. Ὃν δὲ λόγον ἔχει τὸ ἀπὸ τᾶς ΚΘ ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΕΑ, ὁ αὐτός ἐστι τῷ ὃν ἔχει τὸ ὑπὸ ΒΘ, ΘΔ ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΒΕ, ΕΔ. Ὃν δὴ λόγον ἔχει ἁ ΘΔ ποτὶ τὰν ΕΔ, τοῦτον ἐχέτω ἁ ΞΔ ποτὶ τὰν ΘΔ. Ἕξει οὖν καὶ τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν ΞΔ, ΒΘ ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΒΘ, ΘΔ, ὃν ἁ ΔΘ ποτὶ τὰν ΔΕ. Ὁ δὲ συγκείμενος λόγος ἔκ τε τοῦ ὃν ἔχει τὸ ὑπὸ ΞΔ, ΘΒ, ποτὶ τὸ ὑπὸ ΒΘΔ, καὶ ἐκ τοῦ ὃν ἔχει τὸ ὑπὸ τᾶν ΒΘ, ΘΔ, ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΒΕ, ΕΔ, ὁ αὐτός ἐστι τῷ ὃν ἔχει τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν ΞΔ, ΒΘ, ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΒΕ, ΕΔ. Ἕξει οὖν ὁ μὲν κῶνος ὁ βάσιν ἔχων τὸν κύκλον τὸν περὶ διάμετρον τὰν ΚΛ, κορυφὰν δὲ τὸ Δ σαμεῖον, ποτὶ τὸν κῶνον τὸν βάσιν ἔχοντα τὸν κύκλον τὸν περὶ διάμετρον τὰν ΑΓ, κορυφὰν δὲ τὸ Δ σαμεῖον, τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν ΞΔ, ΒΘ, ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΒΕ, ΕΔ. Ὁ δὲ κῶνος ὁ βάσιν ἔχων τὸν κύκλον τὸν περὶ διάμετρον τὰν ΑΓ, κορυφὰν δὲ τὸ Δ σαμεῖον, ποτὶ τὸ τμᾶμα τοῦ σφαιροειδέος, τὸ βάσιν ἔχον τὰν αὐτὰν αὐτῷ, καὶ ἄξονα τὸν αὐτόν, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον, ὃν τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν ΒΕ, ΕΔ, ποτὶ τὸ περιεχόμενον ὑπὸ ΖΕ, ΕΔ, τουτέστιν ἁ ΒΕ ποτὶ ΕΖ. Τὸ γὰρ ἔλασσον ἢ ἡμίσεον τοῦ σφαιροειδέος ποτὶ τὸν κῶνον τὸν βάσιν ἔχοντα τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι, καὶ ἄξονα τὸν αὐτόν, δέδεικται τοῦτον ἔχον τὸν λόγον, ὃν ἁ συναμφοτέραις ἴσα, τᾶς τε ἡμισέας τοῦ ἄξονος τοῦ σφαιροειδέος, καὶ τῷ ἄξονι τῷ τοῦ μείζονος τμάματος, ποτὶ τὸν ἄξονα τὸν τοῦ μείζονος τμάματος. Οὗτος δέ ἐστιν ὃν ἔχει ἁ ΖΕ ποτὶ τὰν ΒΕ. Ὁ ἄρα κῶνος ὁ ἐν τῷ ἡμισέῳ τοῦ σφαιροειδέος, ποτὶ τὸ τμᾶμα * τοῦ σφαιροειδέος ἔλασσον ἢ τὸ ἡμίσεον τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν ΞΔ, ΒΘ ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΖΕ, ΔΕ. Ἐπεὶ οὖν τὸ μὲν ὅλον σφαιροειδὲς ποτὶ τὸν κῶνον, τὸν ἐν τῷ ἡμισέῳ τοῦ σφαιροειδέος τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν ΖΗ, ΞΔ, ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΒΘ, ΞΔ· τετραπλάσιον γὰρ ἑκάτερον. Ὁ δὲ κῶνος ὁ ἐν τῷ ἡμισέῳ τοῦ σφαιροειδέος ποτὶ τὸ τμᾶμα, τὸ ἔλασσον ἢ τὸ ἡμίσεον τοῦ σφαιροειδέος, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον, ὃν τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν ΞΔ, ΒΘ, ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΖΕ, ΕΔ· ἔχει καὶ τὸ ὅλον σφαιροειδὲς ποτὶ τὸ τμᾶμα τὸ ἔλασσον αὐτοῦ, τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν ΖΗ, ΞΔ, ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΖΕΔ. Ὥστε καὶ τὸ μεῖζον τμᾶμα τοῦ σφαιροειδέος ποτὶ τὸ ἔλασσον τὸν αὐτὸν λόγον ἔχει, ὃν ἁ ὑπερέ-

ΘΔ ad ΕΔ, tum ex ea, quam habet quadratum, quod a ΚΘ deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab ΕΑ. Ratio autem, quam habet quadratum, quod deſcribitur a ΚΘ, ad quadratum, quod deſcribitur ab ΕΑ, eadem eſt atque illa, quam habet ſpatium, quod ſub ΒΘ, ΘΔ continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub ΒΕ, ΕΔ. Jam vero quam rationem habet ΘΔ ad ΕΔ, hanc habeat ΞΔ ad ΘΔ. Habebit igitur ſpatium, quod ſub ΞΔ, ΒΘ continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub ΒΘ, ΘΔ, eam rationem, quam ΔΘ ad ΔΕ. Quæ autem ratio componitur tum ex ea, quam habet ſpatium, quod ſub ΞΔ, ΘΒ continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub ΒΘΔ, tum ex ea, quam habet ſpatium, quod ſub ΒΘ, ΘΔ continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub ΒΕ, ΕΔ, hæc eadem eſt atque illa, quam habet ſpatium, quod ſub ΞΔ, ΒΘ continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub ΒΕ, ΕΔ. Conus igitur, qui baſim habet circulum, qui circa diametrum ΚΛ deſcribitur, et verticem punctum Δ, ad conum, qui baſim habet circulum, qui circa diametrum ΑΓ deſcribitur, et verticem punctum Δ, eamdem rationem habet, quam ſpatium, quod ſub ΞΔ, ΒΘ continetur, ad ſpatium, quod continetur, ſub ΒΕ, ΕΔ. Conus autem, qui baſim habet circulum, qui circa diametrum ΑΓ deſcribitur, et verticem punctum Δ, ad ſegmentum ſphæroidis, quod eamdem ac ipſe baſim habet, eumdemque axem, eam habet rationem, quam ſpatium, quod ſub ΒΕ, ΕΔ continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub ΖΕ, ΕΔ; hoc eſt, quam ΒΕ ad ΕΖ. Demonſtratum enim eſt minus quam dimidium ſphæroidis ad conum, qui eamdem ac ſegmentum baſim habet, eumdemque axem, eam habere rationem, quam recta utrique æqualis, tum dimidiæ axis ſphæroidis, tum axi majoris ſegmenti, ad axem majoris ſegmenti. Hæc autem ea eſt, quam habet ΖΕ ad ΒΕ. Conus igitur, qui in dimidio ſphæroidis eſt, ad ſegmentum ſphæroidis dimidio minus eamdem habet rationem, quam ſpatium, quod ſub ΞΔ, ΒΘ continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub ΖΕ, ΔΕ. Et quoniam tota ſphærois ad conum, qui in dimidio ſphæroidis eſt, eam rationem habet, quam ſpatium, quod ſub ΖΗ, ΞΔ continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub ΒΘ, ΞΔ: utrumque enim quadruplum eſt. Conus autem, qui in dimidio ſphæroidis eſt, ad ſegmentum ſphæroidis dimidio minus eam habet rationem, quam ſpatium, quod ſub ΞΔ, ΒΘ continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub ΖΕ, ΕΔ: tota etiam ſphærois ad ſegmentum ipſius et minus eamdem rationem habuerit, quam ſpatium, quod ſub ΖΗ, ΞΔ continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub ΖΕΔ. Quare etiam majus ſphæroidis ſegmentum ad minus eamdem rationem habet, quam exceſſus, quo ſpatium, quod ſub

* τοῦ σφαιροειδέος τὸ ἔλασσον τοῦ ἡμίσεος

ZH, ΞΔ continetur, excedit ſpatium, quod continetur ſub ZE, ΔE, ad ſpatium, quod continetur ſub ZEΔ. Spatium autem, quod ſub ZH, ΞΔ continetur, ſpatium, quod continetur ſub ZE, EΔ, excedit ſpatio, quod continetur ſub ΞΔ, EH, et ſpatio, quod continetur ſub ZE, ΞE. Igitur majus ſphæroidis ſegmentum ad minus, eamdem habet rationem, quam ſpatium utrique æquale, ſpatio, quod ſub ΞΔ, EH, ſpatioque, quod ſub ZE, ΞE continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub ZE, EΔ. Minus autem ſphæroidis ſegmentum ad conum, qui eamdem ac ipſe baſim habet, eumdemque axem, eam habet rationem, quam ſpatium, quod ſub ZE, EΔ continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub BE, EΔ: habet enim eam, quam ZE ad BE. Et conus, qui in minore ſegmento eſt, ad conum, qui eſt in majore ſegmento, eum habet rationem, quam ſpatium, quod ſub BE, EΔ continetur, ad quadratum, quod a BE deſcribitur. Hi enim coni, cum eamdem baſim habeant, eamdem quam altitudines rationem habent. Igitur majus ſphæroidis ſegmentum ad conum, qui in ipſo ſegmento eſt, eam habet rationem, quam ſpatium utrique æquale, ſpatio, quod ſub ΞΔ, EH, ſpatioque, quod ſub ZE, ΞE continetur, ad quadratum, quod a BE deſcribitur. Hæc autem ratio eadem eſt atque illa, quam habet EH ad EΔ. Spatium enim, quod ſub ΞΔ, EH continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub ΞΔ, EΔ, eam rationem habet, quam EH ad EΔ: et ſpatium, quod ſub ZE, ΞE continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub ZE, ΘE eam habet rationem, quam EH ad EΔ. Habet enim ΞE ad ΘE eamdem rationem quam EH ad EΔ; quoniam proportionales ſunt ΞΔ, ΘΔ, ΔE: æqualiſque eſt ΘΔ ipſi HΔ. Igitur ſpatium utrique æquale, ſpatio, quod ſub ΞΔ, EH continetur, ſpatioque, quod continetur ſub ZE, ΞE, ad ſpatium æquale utrique, ſpatio, quod ſub ΞΔ, EΔ continetur, ſpatioque, quod continetur ſub ZE, ΘE, eamdem habet rationem, quam EH ad EΔ. Quod autem quadratum a BE deſcribitur, id utrique æquale eſt, ſpatio, quod ſub ΞΔ, EΔ, continetur, ſpatioque, quod continetur ſub ZE, ΘE. Quadratum enim, quod a BΘ deſcribitur, æquale eſt ſpatio, quod ſub ΞΔ, EΔ continetur: et exceſſus, quo quadratum, quod a BE deſcribitur, excedit quadratum, quod deſcribitur a BΘ, ſpatio æqualis eſt, quod continetur ſub ZE, ΘE; quoniam BΘ, BZ æquales ſibi invicem ſunt. Conſtat igitur majus ſphæroidis ſegmentum ad conum, qui eamdem ac ſegmentum baſim habet, eumdemque axem, eam habere rationem, quam EH ad EΔ.


χει ᾧ ὑπερέχει τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν ΖΗ, ΞΔ τοῦ ὑπὸ τᾶν ΖΕ, ΕΔ ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΖΕΔ. Ὑπερέχει δὲ τὸ ὑπὸ τᾶν ΖΗ, ΖΔ τοῦ ὑπὸ τᾶν ΖΕ, ΕΔ, τῷ τε ὑπὸ τᾶν ΞΔ, ΕΗ περιεχομένῳ, καὶ τῷ ὑπὸ τᾶν ΖΕ, ΞΕ. Ἔχει ἄρα τὸ μεῖζον τμᾶμα τοῦ σφαιροειδέος ποτὶ τὸ ἔλαττον, τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν τὸ ἴσον ἀμφοτέροις τῷ τε περιεχομένῳ ὑπὸ τᾶν ΞΔ, ΕΗ, καὶ τῷ ὑπὸ τᾶν ΖΕ, ΞΕ, ποτὶ τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν ΖΕ, ΕΔ. Τὸ δὲ ἔλασσον τμᾶμα τοῦ σφαιροειδέος ποτὶ τὸν κῶνον, τὸν βάσιν ἔχοντα τὰν αὐτὰν αὐτῷ, καὶ ἄξονα τὸν αὐτὸν τοῦτον [r] ἔχει τὸν λόγον, ὃν τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν ΖΕ, ΕΔ ποτὶ τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν ΒΕ, ΕΔ· τοῦτον γὰρ ἔχει τὸν λόγον ὃν ἁ ΖΕ ποτὶ τὰν ΒΕ. Ὁ δὲ κῶνος, ὁ ἐν τῷ ἐλάσσονι τμάματι, ποτὶ τὸν κῶνον τὸν ἐν τῷ μείζονι τμάματι, τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν ΒΕ, ΕΔ, ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΒΕ τετράγωνον. Τὸν γὰρ τῶν ὑψέων λόγον ἔχοντι οἱ κῶνοι, ἐπεὶ βάσιν ἔχοντι τὰν αὐτάν. [s] Ἔχει ἂν καὶ τὸ μεῖζον τμᾶμα τοῦ σφαιροειδέος ποτὶ τὸν κῶνον, τὸν ἐν αὐτῷ ἐγγεγραμμένον [t] τοῦτον τὸν λόγον, ὃν τὸ ἴσον ἀμφοτέροις τῷ τε περιεχομένῳ ὑπὸ τᾶν ΞΔ, ΕΗ, καὶ τῷ ὑπὸ τᾶν ΖΕ, ΞΕ, ποτὶ τὸ τετράγωνον, τὸ ἀπὸ τᾶς ΒΕ. Οὗτος δὲ αὐτός ἐστι τῷ ὃν ἔχει ἁ ΕΗ ποτὶ τὰν ΕΔ. Τὸ γὰρ ὑπὸ τᾶν ΞΔ, ΕΗ, ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΞΔ, ΕΔ, τοῦτον ἔχει λόγον, ὃν ἁ ΕΗ ποτὶ τὰν ΕΔ· καὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΖΕ, ΞΕ περιεχόμενον ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΖΕ, ΘΕ, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον ὃν ἁ ΕΗ ποτὶ τὰν ΕΔ. [u] Ἁ γὰρ ΞΕ ποτὶ τὰν ΘΕ τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν ἁ ΕΗ ποτὶ τὰν ΕΔ, διὰ τὸ ἀνάλογον [v] εἶμεν τὰς ΞΔ, ΘΔ, ΔΕ· καὶ [x] τὰν ΘΔ ἴσαν τε εἶμεν τᾷ ΗΔ. Καὶ τὸ ἴσον ἂν ἀμφοτέροις τῷ περιεχομένῳ ὑπὸ τᾶν ΞΔ, ΕΗ, καὶ τῷ ὑπὸ τᾶν ΖΕ, ΞΕ, ποτὶ τὸ ἴσον συναμφοτέροις, τῷ τε ὑπὸ τᾶν ΞΔ, ΕΔ, καὶ τῷ ὑπὸ τᾶν ΖΕ, ΘΕ, τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον ὃν ἁ ΕΗ ποτὶ τὰν ΕΔ. Τὸ δὲ ἀπὸ τᾶς ΕΒ τετράγωνον ἴσον ἐστὶν ἀμφοτέροις, τῷ τε περιεχομένῳ ὑπὸ τᾶν ΞΔ, ΕΔ, καὶ τῷ ὑπὸ τᾶν ΖΕ, ΘΕ. Τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τᾶς ΒΘ τετράγωνον ἴσον τῷ ὑπὸ τᾶν ΞΔ, ΕΔ περιεχομένῳ· ᾇ δὲ ὑπεροχᾷ ᾧ μεῖζόν ἐστι τὸ ἀπὸ τᾶς ΒΕ τετράγωνον τοῦ ἀπὸ τᾶς ΒΘ, ἴσον ἐστὶ τῷ περιεχομένῳ ὑπὸ τᾶν ΖΕ, ΘΕ, ἐπεὶ ἴσαι ἁ ΒΘ, ΒΖ. Δῆλον οὖν ὅτι τὸ μεῖζον τοῦ σφαιροειδέος τμᾶμα, ποτὶ τὸν κῶνον τὸν βάσιν ἔχοντα τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι, καὶ ἄξονα τὸν αὐτόν, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον, ὃν ἁ ΕΗ ποτὶ τὰν ΕΔ.

[r] τοῦ ἔχει τὸν λόγον ὃν τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν ΖΕ, ΕΔ ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΒΕΔ. Τὸν γὰρ αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν ἁ ΘΖ ποτὶ τὰν ΒΕ [s] ἔχοντα [t] τοῦτον τὸν λόγον ὃν in MS. deſunt. [u] αἱ γὰρ [v] τὸ εἶμεν [x] τὰν ΘΔ

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λδ'.

Καὶ τοίνυν αἴκα μὴ ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα τῷ ἐπιπέδῳ τμαθῇ τὸ σφαιροειδὲς, μὴ δὲ διὰ τοῦ κέντρου, τὸ μεῖζον τμᾶμα αὐτοῦ ποτὶ τὸ ἀπότμαμα τοῦ κώνου τοῦ βάσιν ἔχοντος τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι, καὶ ἄξονα τὸν αὐτὸν, [1] τοῦτον ἕξει τὸν λόγον, ὃν αἱ συναμφότεραι ἴσαι τᾷ ἡμισέᾳ τᾶς ἐπιζευγνυούσας τὰς κορυφὰς τῶν γενομένων τμαμάτων, καὶ τῷ ἄξονι τῷ τοῦ ἐλάσσονος τμάματος, ποτὶ τὸν ἄξονα τὸν τοῦ ἐλάσσονος τμάματος.

Τετμάσθω τὸ σφαιροειδὲς ἐπιπέδῳ, ὡς εἴρηται· τμαθέντος δὲ αὐτοῦ [2] ἐπιπέδῳ ἄλλῳ διὰ τοῦ ἄξονος ὀρθῷ ποτὶ τὸ τέμνον ἐπίπεδον, τοῦ μὲν σχήματος τομὰ ἔστω ἁ ΑΒΓΔ, ὀξυγωνίου κώνου τομά· τοῦ δὲ τέμνοντος ἐπιπέδου τὸ σχῆμα ἁ ΓΑ εὐθεῖα. Παρὰ δὲ τὰν ΑΓ ἄχθωσαν αἱ ΠΡ, ΣΤ ἐπιψαύουσαι τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς κατὰ τὰ Δ, Β· καὶ ἀνεστακέτω ἀπ' αὐτᾶν ἐπίπεδα παράλληλα τῷ κατὰ [3] τὰν ΑΓ. Ἐπιψαυσοῦντι δὲ ταῦτα τοῦ σφαιροειδέος κατὰ τὰ Β, Δ. καὶ ἐσσοῦνται κορυφαὶ τῶν τμαμάτων τὰ Β, Δ. Ἄχθω δὴ ἁ τὰς κορυφὰς ἐπιζευγνύουσα τῶν γινομένων τμαμάτων ἁ ΒΔ. Πεσεῖται δὲ αὐτὰ διὰ τοῦ κέντρου, καὶ ἔστω κέντρον τὸ Θ. Μεῖζον δὲ [4] ἢ τὸ ἡμίσεον τοῦ σφαιροειδέος τμᾶμα, οὗ κορυφὰ τὸ Β· ποτικείσθω γὰρ ἁ ΔΗ ἴσα τᾷ ΔΘ, καὶ ἁ ΒΖ τᾷ αὐτᾷ. Δεικτέον ὅτι τὸ τμᾶμα τοῦ σφαιροειδέος τὸ μεῖζον ποτὶ τὸ ἀπότμαμα τοῦ κώνου τοῦ βάσιν ἔχοντος τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι, καὶ ἄξονα τὸν αὐτὸν, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον, ὃν ἁ ΕΗ ποτὶ τὰν ΕΔ.



Τετμάσθω γὰρ τὸ σφαιροειδὲς ἐπιπέδῳ διὰ τοῦ κέντρου παραλλήλῳ τῷ κατὰ τὰν ΑΓ ἐπιπέδῳ· καὶ ἐγγεγράφθω εἰς τὸ ἡμίσεον τοῦ σφαιροειδέος ἀπότμαμα κώνου, κορυφὰν ἔχον τὸ Δ σαμεῖον· καὶ ὃν ἔχει λόγον ἁ ΔΘ ποτὶ τὰν ΕΔ, τοῦτον [5] ἐχέτω ἁ ΞΔ ποτὶ τὰν ΘΔ. Ὁμοίως δὴ τοῖς πρότερον δειχθήσεται, ὅτι τὸ ἀπότμαμα τοῦ κώνου τοῦ ἐν τῷ ἡμισέῳ τοῦ σφαιροειδέος ἐγγεγραμμένου, ποτὶ τὸ ἀπότμαμα τοῦ κώνου τοῦ ἐν τῷ ἐλάσσονι ἐγγεγραμμένου, τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν ΞΔ, ΒΘ, ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΒΕ, ΕΔ· καὶ τὸ ἀπότμαμα τοῦ κώνου τοῦ ἐν τῷ ἐλάσσονι τμάματι ἐγγεγραμμένου, ποτὶ τὸ τμᾶμα τὸ ἐν ᾧ ἐγγέγραπται, τὸν αὐτὸν [6] ἔχον λόγον, ὃν τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν ΒΕ, ΕΔ, ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΖΕ, ΕΔ. Ἔχει δὴ τὸ ἀπότμαμα τοῦ κώνου τοῦ ἐν τῷ ἡμισέῳ τοῦ σφαιροειδέος ἐγγεγραμμένου, ποτὶ τὸ ἐλασ-

PROP. XXXIV. Theor.

Quinetiam ſi ſphæroidea figura ſecetur non per centrum plano ad axem non recto, majus ejuſdem ſegmentum ad ſegmentum coni, qui eamdem ac ſegmentum baſim habeat, eumdemque axem, eam habebit rationem, quam recta utrique æqualis, tum dimidiæ ejus, quæ ſegmentorum, quæ oriuntur, vertices jungit, tum axi minoris ſegmenti, ad axem minoris ſegmenti.

Secetur ſphæroidea figura plano, ut dictum eſt; eademque ſecta per axem plano alio ad id, quod ſecat, planum recto; ſit figuræ quidem ſectio acutianguli coni ſectio ΑΒΓΔ; plani vero, quod figuram ſecat, recta ΓΑ. Ducantur autem ipſi ΑΓ parallelæ ΠΡ, ΣΤ, quæ acutianguli coni ſectionem in punctis Δ, Β contingant: excitenturque ab iiſdem plana acto per ΑΓ plano parallela. Hæc utique contingent ſphæroiden in punctis Β, Δ; eruntque Β, Δ ſegmentorum vertices. Itaque ducatur ΒΔ ſegmentorum, quæ oriuntur, vertices jungens; quæ quidem per centrum tranſibit, quod ſit punctum Θ. Majus autem dimidio ſphæroidis ſegmentum illud ſit, cujus vertex eſt punctum Β: apponaturque ΔΗ æqualis ipſi ΔΘ; itemque ΒΖ eidem æqualis. Oportet demonſtrare, majus ſphæroidis ſegmentum ad ſegmentum coni, qui eamdem ac ſegmentum baſim habet, eumdemque axem, eam habere rationem quam ΕΗ ad ΕΔ.

Secetur enim ſphærois plano per centrum acto, eique quod per ΑΓ actum eſt parallelo: et inſcribatur dimidio ſphæroidis ſegmentum coni verticem habens punctum Δ: et quam rationem habet ΔΘ ad ΕΔ, hanc habeat ΞΔ ad ΘΔ. Demonſtrabitur pariter, ac ſupra, ſegmentum coni, quod dimidio ſphæroidis inſcriptum eſt, ad ſegmentum coni, quod inſcriptum eſt minori ſegmento eamdem habere rationem, quam ſpatium, quod ſub ΞΔ, ΒΘ continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub ΒΕ, ΕΔ: et ſegmentum coni, quod minori ſegmento inſcriptum eſt, ad id, cui inſcriptum eſt, ſegmentum eamdem rationem habere, quam ſpatium, quod ſub ΒΕ, ΕΔ continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub ΖΕ, ΕΔ. Habebit igitur ſegmentum coni, quod dimidio

[1] τοῦτον ἔχει [2] ἐπιπέδῳ, ἀλλὰ διὰ τό [3] Sic MS. [4] Sic MS. [5] ἐχέτω [6] ἔχοντα

4 K

ſphæroidis inſcriptum eſt, ad minus ſphæroidis ſegmentum rationem eamdem, quam ſpatium, quod ſub Ξ Δ, Β Θ continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub Ζ Ε, Ε Δ. Itaque tota ſphærois ad ſegmentum coni, quod dimidio ſphæroidis inſcriptum eſt, eamdem rationem habebit, quam ſpatium, quod ſub Ζ Η, Ξ Δ continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub Β Θ, Ξ Δ. Utrumque enim utriuſque quadruplum eſt. Habet autem ſegmentum coni, quod diximus, ad minus ſphæroidis ſegmentum eamdem rationem, quam ſpatium, quod ſub Ξ Δ, Β Θ continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub Ζ Ε, Ε Δ. Habebit igitur tota ſphærois ad minus ſphæroidis ejuſdem ſegmentum rationem eamdem, quam ſpatium, quod ſub Ζ Η, Ξ Δ continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub Ζ Ε, Ε Δ. At majus ſphæroidis ſegmentum ad minus eamdem habet rationem, quam exceſſus, quo ſpatium, quod ſub Ζ Η, Ξ Δ continetur, excedit ſpatium, quod continetur ſub Ζ Ε, Ε Δ ad ſpatium ſub Ζ Ε, Ε Δ: minus vero ſphæroidis ſegmentum ad ſegmentum coni, quod eidem inſcriptum eſt, eamdem habet rationem, quam ſpatium, quod ſub Ζ Ε, Ε Δ continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub Β Ε, Ε Δ. Demonſtratum enim eſt eam habere, quam Ζ Ε ad Β Ε. Denique ſegmentum coni, quod minori ſegmento inſcriptum eſt, ad ſegmentum coni, quod inſcriptum eſt majori ſegmento, eamdem habet rationem, quam ſpatium, quod ſub Β Ε, Ε Δ continetur, ad quadratum, quod a Β Ε deſcribitur. Horum enim, quæ diximus, conorum ſegmenta, cum eamdem baſim habeant, eamdem quam altitudines rationem habent. Hæ vero altitudines eamdem habent, quam Δ Ε ad Ε Β. Igitur majus ſphæroidis ſegmentum ad ſegmentum coni, quod eidem inſcriptum eſt, eamdem rationem habebit, quam exceſſus, quo ſpatium, quod ſub Η Ζ, Ξ Δ continetur, excedit ſpatium, quod continetur ſub Ζ Ε Δ, ad quadratum, quod a Β Ε deſcribitur. Quæ quidem ratio pariter, ac ſupra, eadem eſſe demonſtrabitur atque illa, quam habet Ε Η ad Ε Δ.

σον τμᾶμα τοῦ σφαιροειδέος, ὃν τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν Ξ Δ, Β Θ ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν Ζ Ε, Ε Δ. Ἕξει οὖν τὸ μὲν ὅλον σφαιροειδὲς ποτὶ τὸ ἀπότμαμα τοῦ κώνου τοῦ ἐν τῷ ἡμίσει τοῦ σφαιροειδέος ἐγγεγραμμένου τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν Ζ Η, Ξ Δ, ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν Β Θ, Ξ Δ. Τετραπλάσιον γὰρ ἑκατέρου ἑκατέρου. Τὸ δὲ ἀπότμαμα τοῦ κώνου τὸ εἰρημένον ποτὶ τὸ ἔλασσον τμᾶμα τοῦ σφαιροειδέος τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν Ξ Δ, Β Θ, ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν Ζ Ε, Ε Δ. Ἕξει οὖν τὸ ὅλον σφαιροειδὲς ποτὶ τὸ ἔλασσον τμᾶμα αὐτοῦ τοῦ σφαιροειδέος τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν Ζ Η, Ξ Δ, ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν Ζ Ε, Ε Δ. Αὐτὸ δὲ τὸ μεῖζον τμᾶμα ποτὶ τὸ ἔλασσον τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν ἁ ὑπεροχά, [a] ᾇ ὑπερέχει τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν Ζ Η, Ξ Δ, τοῦ περιεχομένου ὑπὸ τᾶν Ζ Ε, Ε Δ, ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν Ζ Ε, Ε Δ· τὸ δὲ ἔλασσον τμᾶμα ποτὶ τὸ ἀπότμαμα τοῦ κώνου, τοῦ ἐν αὐτῷ ἐγγεγραμμένου, τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν τὸ ὑπὸ τᾶν Ζ Ε, Ε Δ, ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν Β Ε, Ε Δ. Δέδεικται γὰρ τοῦτον ἔχον τὸν λόγον, ὃν ἁ Ζ Ε ποτὶ τὰν Β Ε. Τὸ δὲ ἀπότμαμα τοῦ κώνου, τοῦ ἐν τῷ [b] ἐλάσσονι τμάματι ἐγγεγραμμένου, ποτὶ τὸ ἀπότμαμα τοῦ κώνου τοῦ ἐν τῷ μείζονι τμάματι ἐγγεγραμμένου, τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν τὸ ὑπὸ τᾶν Β Ε, Ε Δ, ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς Β Ε τετράγωνον. Τὰ γὰρ ἀποτμάματα τῶν κώνων τὰ εἰρημένα [c] τῶν ὑψέων λόγον ἔχοντι, τὰν αὐτὰν ἐπεὶ βάσιν ἔχοντι. Τὰ δὲ ὕψεα αὐτῶν τὸν αὐτὸν λόγον ἔχοντι τῷ τᾶς Δ Ε ποτὶ τὰν Ε Β. Ἔχει καὶ τὸ μεῖζον τμᾶμα τοῦ σφαιροειδέος ποτὶ τὸ ἀπότμαμα τοῦ κώνου, τοῦ ἐν αὐτῷ ἐγγεγραμμένου, τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν ἁ ὑπεροχά, [d] ᾇ ὑπερέχει τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν Η Ζ, Ξ Δ, τοῦ ὑπὸ τᾶν Ζ Ε Δ ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς Β Ε τετράγωνον. Ὁ δὲ λόγος οὗτος, ὁμοίως τῷ πρότερον δειχθήσεται, ὁ αὐτὸς ἐὼν τῷ ὃν ἔχει ἁ Ε Η ποτὶ τὰν Ε Δ.

TORELLUS IN PROP. XII.


* *Τούτων δὲ πάντων φανεραί ἐντι αἱ ἀποδείξιες.* Horum autem omnium demonſtrationes manifeſtæ ſunt. Ita ego verti, ne a naturali atque obvia Græci vocabuli ſignificatione recederem: ſed mallim, in aperto ſunt. Qui enim manifeſtiores ſunt hæ demonſtrationes, quam quæ mox ſequuntur, quas tamen Archimedes non prætermiſit? Cœterum quemadmodum non conceſſerim eas manifeſtas eſſe, ita neque adeo obſcuras, ut in iis, quod Rivaltus fecit, plus æquo laborandum ſit. Revera enim hujuſmodi ſunt, ut, ſi recta via incedas, minimo negotio res confici poſſit. Itaque tria nobis demonſtranda proponimus: nam reliqua, quæ conſulto prætermittimus, ipſa per ſe patent.

[a] ἃ ὑπερέχει [b] μείζων [c] τὸ τῶν [d] ᾗ

* Vide Pag. 2[illegible]5.

PROP. I.

Si rectangula conois plano ſecetur ſecundum axem acto, ſectio erit rectanguli coni ſectio eadem atque illa, quæ figuram comprehendit. Diameter autem ipſius erit communis ſectio planorum; tum ejus, quod figuram ſecat, tum ejus, quod rectum ad id, quod ſecat, planum per axem agitur. Secetur rectangula conois plano, ut dictum eſt: eademque ſecta per axem plano alio ad id, quod ſecat, planum recto, ſit conoidis quidem ſectio rectanguli coni ſectio A B C; plani vero, quod ſecat, recta I N. Ac ſit conoidis axis idemque ſectionis diameter B D. Intelligantur modo ſumpta eſſe in ſectione duo puncta M, O: et ducantur ab hiſce punctis rectæ M F, O N ad I N normales. Hæ normales utique erunt etiam ad id planum, in quo rectanguli coni ſectio eſt A B C; quoniam planum, quod ſecat, ad idem planum eſt rectum. Ducantur porro per puncta F, N rectæ E H, A C, quæ æquales cum B D angulos efficiant: et per rectas E H, M F; A C, O N agantur plana. Hæc recta utique erunt ad B D: et ſecabitur conois planis ad axem rectis. Quare ſectiones circuli erunt, quorum centra puncta G, D: hoc enim manifeſtum eſt: ideoque rectæ M F, O N ſpatia facient æqualia, altera quidem ei, quod ſub E F H continetur; altera vero ei, quod continetur ſub A N C. Ducatur poſtremo per punctum I recta I L ipſis E H, A C parallela. Quoniam igitur ſectio A B C rectanguli coni ſectio eſt, ut quadratum, quod ab E G deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab I L, ita ſe habet B G ad B L. Et dividendo, ut exceſſus, quo quadratum, quod ab E G deſcribitur, excedit quadratum, quod deſcribitur ab I L, ad quadratum, quod deſcribitur ab I L, ita ſe habet exceſſus, quo B G ipſam B L excedit, ad B L. Æqualis eſt autem exceſſus, quo quadratum, quod ab E G deſcribitur, excedit quadratum, quod deſcribitur ab I L, hoc eſt F G, ſpatio, quod continetur ſub E F H, hoc eſt quadrato, quod deſcribitur ab F M: et exceſſus, quo B G ipſam B L excedit, æqualis ipſi L G, hoc eſt I F. Ut igitur quadratum, quod ab F M deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab I L, ita ſe habet I F ad B L. Eodem modo, proportione inverſa, demonſtrabitur, ut quadratum, quod ab I L deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab N O, ita ſe habere B L ad I N. Igitur æqua, eademque ordinata proportione, ut quadratum, quod ab F M deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab N O, ita ſe habet I F ad I N. Itaque ſectio I M O rectanguli coni ſectio eſt, cujus diameter I N. At vero eandem eſſe atque ſectionem A B C, quæ figuram comprehendit, hoc pacto demonſtrabitur. Sit B P ea recta, ad quam exiguntur quadrata a rectis deſcripta, quæ ad axem B D ordinate ducuntur, quæ alio nomine rectum ſectionis latus vocatur. Erit igitur quadratum, quod ab I L deſcribitur, æquale ſpatio, quod ſub L B P continetur. Et quoniam ſupra demonſtratum eſt, ut quadratum, quod ab F M deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab I L, ita ſe habere I F ad B L; ideo ut quadratum, quod ab F M deſcribitur, ad ſpatium, quod continetur ſub L B P, ita ſe habebit I F ad B L: et ſumpta communi altitudine B P, ita ſpatium, quod ſub I F, B P continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub L B P. Quæ autem ad eamdem magnitudinem eandem rationem habent, ea æqualia ſunt. Æquale eſt igitur quadratum, quod ab F M deſcribitur, ſpatio, quod ſub I F, B P continetur. Propterea ſectio I M O eadem eſt atque ſectio A B C.




PROP. II.


Si obtuſiangula conois plano ſecetur acto ſive ſecundum axem, ſive per verticem coni conoiden continentis, ſectio erit obtuſianguli coni ſectio. Et ſi quidem ſecundum axem, ei ſimilis erit, quæ figuram comprehendit: ſi vero per verticem coni conoiden continentis, non ſimilis. Diameter autem ſectionis erit communis ſectio planorum; tum ejus, quod figuram ſecat, tum ejus, quod rectum ad id, quod ſecat, planum per axem agitur.

Secetur primo obtuſiangula conois plano ſecundum axem acto: eademque ſecta per axem plano alio ad id, quod ſecat, planum recto, ſit conoidis quidem ſectio obtuſianguli coni ſectio A B C; plani vero, quod ſecat, recta I N. Ac ſit conoidis axis idemque ſectionis diameter B D, et producatur ad oppoſitam uſque ſectionem, cujus vertex punctum R. Intelligantur modo ſumpta eſſe in ſectione duo puncta M, O: et ducantur ab hiſce punctis rectæ M F, O N ad I N

normales. Hæ normales utique erunt etiam ad id planum, in quo obtuſianguli coni ſectio eſt A B C. Ducantur porro per puncta F, N rectæ E H, A C, quæ æquales cum B D angulos efficiant: et per rectas E H, M F; A C, O N agantur plana. Hæc recta utique erunt ad B D: et ſecabitur conois planis ad axem rectis. Quare ſectiones circuli erunt, quorum centra puncta G, D: et ideo rectæ M F, O N ſpatia facient æqualia, altera quidem ei, quod ſub E F H continetur; altera vero ei, quod continetur ſub A N C. Ducatur poſtremo a puncto I recta I L ipſis E H, A C parallela; et producatur I N ad punctum T, ita ut pars ejus I S alteri ejus parti S T æqualis ſit; nimirum ducta ab oppoſitarum ſectionum centro Q recta Q S ad I T normali. Quoniam igitur ſectio A B C obtuſianguli coni ſectio eſt, ut quadratum, quod ab E G deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab I L, ita ſe habet ſpatium, quod ſub R G B continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub R L B. Et dividendo, ut exceſſus, quo quadratum, quod ab E G deſcribitur, excedit quadratum, quod deſcribitur ab I L, ad quadratum, quod deſcribitur ab I L, ita ſe habet exceſſus, quo ſpatium, quod ſub R G B continetur, ſpatium excedit, quod continetur ſub R L B, ad ſpatium, quod continetur ſub R L B. Æqualis eſt autem exceſſus, quo quadratum, quod ab E G deſcribitur, excedit quadratum, quod deſcribitur ab I L, ſpatio, quod continetur ſub E F H; hoc eſt quadrato, quod deſcribitur ab M F. Ut igitur quadratum, quod ab M F deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab I L, ita ſe habet exceſſus, quo ſpatium, quod ſub R G B continetur, excedit ſpatium, quod continetur ſub R L B ad ſpatium quod continetur ſub R L B. Eodem modo, inverſa proportione, demonſtrabitur, ut quadratum, quod ab I L deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab O N, ita ſe habere ſpatium, quod ſub R L B continetur, ad exceſſum, quo ſpatium, quod ſub R D B continetur, excedit ſpatium, quod continetur ſub R L B. Igitur æqua, eademque ordinata proportione, ut quadratum, quod ab M F deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab N O, ita ſe habet exceſſus, quo ſpatium, quod ſub R G B continetur, excedit ſpatium, quod continetur ſub R L B, ad exceſſum, quo ſpatium, quod ſub R D B continetur, ſpatium excedit, quod continetur ſub R L B. Æqualis eſt autem exceſſus, quo ſpatium, quod ſub R G B continetur, excedit ſpatium, quod continetur ſub R L B, exceſſui, quo quadratum, quod a G Q deſcribitur, quadratum excedit, quod deſcribitur ab L Q: et exceſſus, quo ſpatium, quod ſub R D B continetur, excedit ſpatium, quod continetur ſub R L B, æqualis exceſſui, quo quadratum, quod a D Q deſcribitur, quadratum excedit, quod deſcribitur ab L Q. Igitur ut quadratum, quod ab M F deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab O N, ita ſe habet exceſſus, quo quadratum, quod a G Q deſcribitur, excedit quadratum, quod deſcribitur ab L Q, ad exceſſum, quo quadratum, quod a D Q deſcibitur, quadratum excedit, quod deſcribitur ab L Q. Æqualis eſt autem exceſſus, quo quadratum, quod a G Q deſcribitur, excedit quadratum, quod deſcribitur ab L Q, ſpatio, quod ſub T F I continetur: et exceſſus, quo quadratum, quod a D Q deſcribitur, quadratum excedit quod deſcribitur ab L Q, æqualis ſpatio, quod continetur ſub T N I. Igitur ut quadratum, quod ab M F deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab O N, ita ſe habet ſpatium, quod ſub T F I continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub T N I. Itaque ſectio I M O obtuſianguli coni ſectio eſt, cujus diameter I N. At vero ſimilem eſſe ſectioni A B C, quæ figuram comprehendit, hoc pacto demonſtrabitur. Sint rectæ I V, B P ſectionum I M O, A B C latera, quæ recta vocantur. Et quoniam ſupra demonſtratum eſt, ut quadratum, quod ab M F deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab I L, ita ſe habere exceſſum, quo ſpatium, quod ſub R G B continetur, excedit ſpatium, quod continetur ſub R L B, ad ſpatium, quod continetur ſub R L B; ideo permutando, ut quadratum, quod ab M F deſcribitur, ad ſpatium, quod ſub T F I continetur; quod quidem ſpatium exceſſui, quam modo diximus, æquale eſt; ita ſe habebit quadratum, quod ab I L deſcribitur, ad ſpatium, quod continetur ſub R L B. Se habet autem ut quadratum, quod ab M F deſcribitur, ad ſpatium, quod ſub T F I continetur, ita I V ad T I: et ut quadratum, quod ab I L deſcribitur, ad ſpatium, quod continetur ſub R L B ita B P ad R B. Se habet igitur ut I V ad T I, ita B P ad B R. Propterea ſectio I M O ſimilis eſt ſectioni A B C. Quæ prima erat propoſitionis pars.



Secetur autem ſecundo obtuſiangula conois plano acto per coni verticem conoiden continentis: eademque, quæ ſupra, conſtruantur. Ducantur præterea per puncta B, I rectæ BK, IK ſectionem ABC contingentes: et per puncta F, N ipſi IK parallelæ PX, VS: producaturque IQ ad oppoſitam uſque ſectionem, ut ipſam in puncto T contingat. Quoniam igitur EH, PX parallelæ ſunt rectis BK, IK, ſectionem ABC in punctis B, I contingentibus; ut ſpatium, quod ſub EFH continetur, hoc eſt quadratum, quod ab MF deſcribitur, ad ſpatium, quod continetur ſub PFX, ita ſe habet quadratum, quod a BK deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab IK. Eadem ratione, ut ſpatium, quod ſub ANC continetur, hoc eſt quadratum, quod ab ON deſcribitur, ad ſpatium, quod continetur ſub VNS, ita ſe habet quadratum, quod a BK deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab IK. Ut igitur quadratum, quod ab MF deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab ON, ita ſe habet ſpatium, quod ſub PFX continetur; hoc eſt quadratum quod a PF deſcribitur, ad ſpatium, quod continetur ſub VNS; hoc eſt quadratum, quod deſcribitur ab VN. Se habet autem ut quadratum, quod a PF deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab VN, ita ſpatium, quod ſub TFI continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub TNI. Se habet igitur, ut quadratum, quod ab MF deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab ON, ita ſpatium, quod ſub TFI continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub TNI. Itaque ſectio IMO obtuſianguli coni ſectio eſt, cujus diameter IN. At vero non eſſe ſectioni ABC ſimilem, hoc pacto demonſtrabitur. Sit enim, ſi fieri poteſt, ſimilis: et intelligatur per punctum I actum eſſe planum ſecundum axem BD, quod in conoide ſectionem faciat IYZ. Erit utique ſectio IMO ſimilis etiam ſectioni IYZ, quam ipſi ABC ſimilem eſſe demonſtravimus. Et quoniam ut TF ad FI, ita ſe habet, propter triangulorum ΩQT, FQG ſimilitudinem, ΩG ad GL; ideo ut MF ad FI, ita ſe habuerit YΨ ad ΨI; et permutando, ut MF ad YΨ, ita FI ad IΨ. Quod fieri non poteſt. Minor ſi quidem eſt MF quam YΨ; et FI major quam IΨ. Propterea ſectio IMO non eſt ſimilis ſectioni ABC. Quæ erat propoſitionis pars altera.



PROP. III.

Si ſphæroideon figurarum utralibet plano ſecetur ſecundum axem acto, ſectio erit acutianguli coni ſectio ei ſimilis, quæ figuram comprehendit. Diameter autem ſectionis erit communis ſectio planorum; tum ejus, quod figuram ſecat, tum ejus, quod rectum ad id, quod ſecat, planum per axem agitur.

Secetur longa ſphærois plano, ut dictum eſt: eademque ſecta per axem plano alio ad id, quod ſecat, planum recto, ſit ſphæroidis quidem ſectio acutianguli coni ſectio DEBH; plani vero, quod ipſam ſecat, recta IK. Ac ſit ſphæroidis axis idemque ſectionis diameter BD; centrum punctum C; minorque diameter RC, quæ ipſam IK in puncto P ſecet. Intelligantur modo ſumpta eſſe in ſectione duo puncta M, O: eademque, quæ in ſuperioribus propoſitionibus, conſtruantur. Eodem modo demonſtrabitur, ſectiones, quæ fiunt a planis per rectas EH, MF; itemque ST, ON actis circulos eſſe, quorum centra puncta G, V: ideoque rectas MF, ON ſpatia facere æqualia, alteram quidem ei, quod ſub EFH continetur; alteram vero ei, quod continetur ſub SNT. Quoniam igitur ſectio DEBH acutianguli coni ſectio eſt, ut quadratum, quod ab SV deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab IL, ita ſe habet ſpatium, quod ſub DVB continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub DLB. Et dividendo, ut exceſſus, quo quadratum, quod ab SV deſcribitur, excedit quadratum, quod deſcribitur ab IL, ad quadratum, quod deſcribitur ab IL, ita ſe habet exceſſus, quo ſpatium, quod ſub DVB continetur, ſpatium excedit, quod conti-

netur ſub D L B, ad ſpatium, quod continetur ſub D L B. Æqualis eſt autem exceſſus, quo quadratum, quod ab S V deſcribitur, excedit quadratum, quod deſcribitur ad I L, hoc eſt N V, ſpatio, quod continetur ſub S N T, hoc eſt quadrato, quod deſcribitur ab O N. Ut igitur quadratum, quod ab O N deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab I L, ita ſe habet exceſſus, quo ſpatium, quod ſub D V B continetur, excedit ſpatium, quod continetur ſub D L B, ad ſpatium, quod continetur ſub D L B. Eodem modo, inverſa proportione, demonſtrabitur ut quadratum, quod ab I L deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab M F, ita ſe habere ſpatium quod ſub D L B continetur, ad exceſſum, quo ſpatium, quod ſub D G B continetur, excedit ſpatium, quod continetur ſub D L B. Igitur æqua eademque ordinata proportione, ut quadratum, quod ab O N deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab M F, ita ſe habet exceſſus, quo ſpatium, quod ſub D V B continetur, excedit ſpatium, quod continetur ſub D L B, ad exceſſum, quo ſpatium, quod ſub D G B continetur, ſpatium excedit, quod continetur ſub D L B. Æqualis eſt autem exceſſus, quo ſpatium, quod ſub D V B continetur, excedit ſpatium, quod continetur ſub D L B, exceſſui, quo quadratum, quod a C L, hoc eſt P I, deſcribitur, excedit quadratum, quod deſcribitur a C V, hoc eſt P N: et exceſſus, quo ſpatium, quod ſub D G B continetur, excedit ſpatium, quod continetur ſub D L B, æqualis exceſſui, quo quadratum, quod a C L, hoc eſt P I, deſcribitur, quadratum excedit, quod deſcribitur a C G, hoc eſt P F. Ut igitur quadratum, quod ab O N deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab M F, ita ſe habet exceſſus, quo quadratum, quod a P I deſcribitur, excedit quadratum, quod deſcribitur a P N, ad exceſſum, quo quadratum, quod a P I deſcribitur, quadratum excedit, quod deſcribitur a P F. Æqualis eſt autem exceſſus, quo quadratum, quod a P I deſcribitur, excedit quadratum, quod deſcribitur a P N, ſpatio, quod ſub K N I continetur: et exceſſus, quo quadratum, quod a P I deſcribitur, quadratum excedit, quod deſcribitur a P F, æqualis ſpatio, quod continetur ſub K F I. Igitur ut quadratum, quod ab O N deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab M F, ita ſe habet ſpatium, quod ſub K N I continetur, ad ſpatium, quod continetur ſub K F I. Itaque ſectio I M K, acutianguli coni ſectio eſt, cujus diameter I K. At vero ſimilem eſſe ſectioni D E B H, quæ figuram comprehendit, hoc pacto demonſtrabitur. Ducatur a P recta Q P ad I K normalis; quæ quidem dimidia pars erit minoris diametri ſectionis I M K. Demonſtrabitur pariter ac ſupra, ut quadratum, quod a Q P deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur ab I L, ita ſe habere quadratum, quod a P I deſcribitur, ad ſpatium quod continetur ſub D L B. Et permutando. Se habet autem ut quadratum, quod ab I L deſcribitur, ad ſpatium, quod continetur ſub D L B, ita quadratum, quod ab R C deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a B C. Se habet igitur ut quadratum, quod a Q P deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a P I, ita quadratum, quod ab R C deſcribitur, ad quadratum, quod deſcribitur a B C: ideoque etiam, ut Q P ad P I, ita R C ad B C. Si enim quatuor fuerint ſpatia ſimilia, ſibique invicem proportionalia, proportionales ſibi invicem erunt et rectæ lineæ, a quibus deſcribuntur. Propterea ſectio I O K ſimilis eſt ſectioni E B H D. Liceat autem, quæ de longa ſphæroide demonſtrari, etiam ad latam ſimili ratione transferre.



Porro hæ demonſtrationes brevius aliquanto confici poſſunt, ſi propoſitionibus quibuſdam utaris; quod ipſi fecimus in altera ſecundæ propoſitionis parte; quas ab aliis atque aliis ductas in tertio Conicorum libro Apollonius demonſtravit. Sed hoc, opinor, ad nitorem atque elegantiam pertinet, quodcunque demonſtrandum ſuſceperis, quam pauciſſimis ſuperſtruere.

ΑΡΧΙΜΗΔΟΥΣ

ΨΑΜΜΙΤΗΣ.

ARCHIMEDIS

ARENARIUS.

ΟΙΟΝΤΑΙ τινὲς, [a] Βασιλεῦ Γέλων, τοῦ ψάμμου τὸν ἀριθμὸν ἄπειρον εἶμεν τῷ πλήθει. Λέγω δὲ, οὐ μόνον τοῦ περὶ Συρακούσας τε καὶ τὰν ἄλλαν Σικελίαν ὑπάρχοντος· ἀλλὰ καὶ τοῦ κατὰ πᾶσαν χώραν τάν τε οἰκημέναν καὶ τὰν ἀοίκητον. [b] Ἐντὶ τινὲς δὲ, οἳ αὐτὸν [c] ἄπειρον μὲν εἶμεν οὐχ ὑπολαμβάνοντι· μηδένα μέντοι ταλικοῦτον κατωνομασμένον ὑπάρχειν, ὅστις ὑπερβάλλει τὸ πλῆθος αὐτοῦ. Οἱ δὲ οὕτως δοξάζοντες, δῆλον [d] ὡς, εἰ νοήσαιεν ἐκ τοῦ ψάμμου τηλικοῦτον ὄγκον συγκείμενον [e] εἶμεν, ἁλίκος ὁ πᾶς γᾶς ὄγκος, ἀναπεπληρωμένων ἐν αὐτῷ τῶν τε πελαγέων πάντων, καὶ τῶν κοιλωμάτων τᾶς γᾶς ἴσον ὕψος τοῖς ὑψηλοτάτοις τῶν ὀρέων· πολλαπλασίως μὴ γνῶντο μηδ' [f] ἐν ἀκαρεῖ ἔμμεναι ὑπερβάλλοντα τὸ πλῆθος αὐτοῦ. Ἐγὼ δὲ πειρασοῦμαι [g] τοῦτο δεικνύειν δι' ἀποδείξιων [h] γεωμετρικῶν, αἷς παρακολουθήσεις, ὅτι τῶν [i] ὑφ' ἁμῶν κατωνομασμένων ἀριθμῶν, καὶ ἐνδεδομένων ἐν τοῖς ποτὶ Ζεύξιππον [k] γεγραμμένοις, ὑπερβάλλοντι τινὲς οὐ μόνον τὸν ἀριθμὸν [l] τοῦ ψάμμου τοῦ [m] μέγεθος ἔχοντος ἴσον τᾷ γᾷ πεπληρωμένᾳ, καθάπερ εἴπαμεν, ἀλλὰ καὶ τὸν τοῦ [n] μέγεθος ἴσον ἔχοντος τῷ κόσμῳ. Κατέχεις δὲ ὅτι καλεῖται κόσμος ὑπὸ μὲν τῶν [o] πλείστων Ἀστρολόγων ἁ σφαῖρα, ἇς ἐστὶ [p] κέντρον μὲν τὸ τᾶς γᾶς κέντρον, [q] ἁ δ' ἐκ τοῦ κέντρου ἴσα τᾷ εὐθείᾳ τᾷ μεταξὺ τοῦ κέντρου τοῦ ἁλίου, καὶ τοῦ κέντρου τᾶς γᾶς. Ταῦτα γὰρ ἐν ταῖς γραφομέναις παρὰ τῶν ἀστρολόγων διακούσας Ἀρίσταρχος ὁ Σάμιος [r] ὑποθεσίων ἐξέδωκεν γράψας· ἐν αἷς ἐκ τῶν ὑποκειμένων συμβαίνει, τὸν κόσμον πολλαπλάσιον [s] εἶμεν τοῦ νῦν εἰρημένου. Ὑποτίθεται γὰρ τὰ μὲν ἀπλανῆ τῶν ἄστρων, καὶ τὸν ἅλιον μένειν ἀκίνητον· τὰν

ARBITRANTUR nonnulli, Rex Gelo, arenæ numerum multitudine eſſe infinitum. Neque ejus tantum dico, quæ circa Syracuſas reliquamque Siciliam eſt; ſed ejus quoque, quæ circa regiones omnes cum habitabiles tum inhabitabiles. Quidam vero non illum quidem infinitum eſſe credunt; ſed nullum eſſe denominatum numerum adeo magnum, ut illius multitudinem excedat. Itaque eos, qui ita exiſtimant, manifeſtum eſt, ſi ejuſmodi arenæ molem animo comprehenderent, cujuſmodi eſſet totius terræ moles, ſi repletis in ea maribus, caviſque omnibus, excelſiſſimorum montium vertices exæquaret; multo minus ſibi perſuaſuros numerum aliquem in promptu eſſe, qui illius multitudinem excederet. Ego vero demonſtrare conabor, et quidem geometricis demonſtrationibus, quibus ipſe non repugnabis; eorum numerorum, qui denominati traditique a nobis ſunt in iis libris, quos ad Zeuxippum ſcripſimus, quoſdam eſſe, qui non modo ejus arenæ numerum excedant, cujus magnitudo terræ, ut diximus, repletæ æqualis ſit; ſed ejus quoque, cujus magnitudo ſit mundo æqualis. Optime autem noſti mundum a pleriſque Aſtrologis vocari ſphæram, cujus quidem centrum idem eſt atque terræ; quæ vero a centro ducitur, rectæ æqualis eſt, quæ inter ſolis, terræque centrum interjicitur. Hæc utique refellens Ariſtarchus Samius in poſitionibus edidit, quas adverſus Aſtrologos ſcripſit; ex quibus colligitur mundum eo, quem modo diximus, multo majorem eſſe. Ponit enim inerrantes quidem ſtellas, ſolemque ipſum immobiles

[a] Sic MS. [b] ἐν τινὲς [c] ἄπειρον ἢ εἶμεν [d] ὡς τὸν νοήσαιεν ἐκ τοῦ [e] τὰ μὲν ἄλλα, ἁ [f] μηδένα μὴ κα
[g] τοῦ δεικνύειν [h] γεωμετρικᾶν [i] ὑφάμμων [k] γεγραμμένοις [l] τὸν καὶ τοῦ ψάμμου [m] μέγεθος [n] μέγεθος
[o] πλείστων [p] κέντρον μὲν [q] ἁ δὲ τοῦ κέντρου . . . . αὐ εὐθείᾳ [r] ὑποθεσίων τινῶν

manere; terram vero circumferri per ambitum circuli circa ſolem, qui eſt in medio curriculo ſitus; denique ſphæram inerrantium ſtellarum, cujus idem eſt atque ſolis centrum, magnitudine ejuſmodo eſſe, ut circulus, per quem ponit terram circumferri, eam habeat rationem ad diſtantiam inerrantium ſtellarum, quam ſphæræ centrum habet ad ejus ſuperficiem. Hoc autem manifeſtum eſt fieri non poſſe. Cum enim ſphæræ centrum nullam habeat magnitudinem, neque ullam habere rationem ad ſphæræ ſuperficiem ponendum eſt. Credendus autem eſt Ariſtarchus hoc intellexiſſe: nimirum cum terra concipiatur quaſi mundi centrum; quam habet rationem terra ad mundum, quem diximus, hanc habere ſphæram, in qua circulus eſt, per quem ponit terram circumferri, ad inerrantium ſtellarum ſphæram. Nam demonſtrationes ſuas, phænomenis ita poſitis, conficit: maximeque videtur magnitudinem ſphæræ, in qua terram moveri vult, ponere ei, quem diximus, mundo æqualem. Itaque dicimus, ſi ſphæra ex arena fieret tanta magnitudine, quanta ponit Ariſtarchus inerrantium ſtellarum ſpæram eſſe; tunc id quoque demonſtratum iri, eorum numerorum, qui in Principiis denominantur, quoſdam eſſe, qui arenæ illius numerum multitudine excedant. Nimirum his poſitis; primum quidem, terræ ambitum eſſe quaſi tercentum myriadum ſtadiorum, non vero majorem. Cum enim alii demonſtrare conati ſint, quod tu minime ignoras, terræ ambitum eſſe quaſi triginta myriadum ſtadiorum; ego longe ſupergreſſus, poſito eodem quaſi decuplo majore, quam qui a prioribus illis exiſtimaretur, quaſi tercentum myriadum ſtadiorum non vero majorem, eſſe pono. Deinde terræ diametrum majorem eſſe diametro lunæ; et diametrum ſolis majorem diametro terræ; eadem pariter ſumens, quæ complures Superiorum Aſtrologorum. Poſtremo, ſolis diametrum quaſi trigintuplam eſſe diametri lunæ, non vero majorem. Cum enim ex Superioribus Aſtrologis, Eudoxus quidem Solis diametrum diametri lunæ quaſi nonuplam eſſe affirmaverit; Phidias vero Acupatri filius quaſi duodecuplam eſſe dixerit; denique Ariſtarchus demonſtrare conatus ſit majorem quidem eſſe quam duodevigintuplam, minorem vero quam vigintuplam; ego hunc quoque ſupergreſſus, ut quod propoſitum eſt ſine controverſia demonſtratum ſit, ſolis diametrum diametri lunæ quaſi trigintuplam, non vero majorem eſſe pono. Ad hæc, ſolis diame-

δὲ γᾶν περιφέρεσθαι περὶ τὸν ἅλιον κατὰ κύκλου περιφέρειαν, ὅς ἐστιν ἐν μέσῳ τῷ δρόμῳ κείμενος· τὰν δὲ τῶν ἀπλανῶν ἄστρων σφαῖραν, περὶ τὸ αὐτὸ κέντρον τῷ ἁλίῳ κειμέναν, τῷ μεγέθει ταλικαύταν εἶμεν, [a] ὥστε τὸν κύκλον, καθ' ὃν τὰν γᾶν ὑποτίθεται περιφέρεσθαι, τοιαύταν ἔχειν ἀναλογίαν ποτὶ τὰν τῶν ἀπλανῶν ἀποστασίαν, οἵαν ἔχει τὸ κέντρον τᾶς σφαίρας ποτὶ τὰν ἐπιφάνειαν. Τοῦτο δὲ εὔδηλον ὡς ἀδύνατόν ἐστιν. Ἐπεὶ γὰρ τὸ τᾶς σφαίρας κέντρον οὐδὲν ἔχει μέγεθος, οὐδὲ λόγον ἔχειν οὐδένα ποτὶ τὰν ἐπιφάνειαν τᾶς σφαίρας ὑπολαπτέον [b] αὐτό. Ἐκδεκτέον δὲ τὸν Ἀρίσταρχον διανοεῖσθαι τόδε· ἐπειδὴ τὰν γᾶν ὑπολαμβάνομεν ὥσπερ μὲν τὸ κέντρον τοῦ κόσμου, ὃν ἔχει λόγον ἁ γᾶ ποτὶ τὸν ὑφ' ἁμῶν εἰρημένον κόσμον, τοῦτον ἔχειν τὸν λόγον τὰν σφαῖραν, ἐν ᾇ ἐστιν ὁ κύκλος, καθ' ὃν τὰν γᾶν [c] ὑποτίθεται περιφέρεσθαι, ποτὶ τὰν [d] τῶν ἀπλανέων ἄστρων σφαῖραν. Τὰς γὰρ ἀποδείξιας, τῶν φαινομένων οὕτως ὑποκειμένων, ἐναρμόζει· καὶ μάλιστα φαίνεται, τὸ μέγεθος τᾶς σφαίρας, ἐν ᾇ ποιεῖται τὰν γᾶν κινουμέναν, ἴσον ὑποτίθεσθαι τῷ [e] ὑφ' ἁμῶν εἰρημένῳ κόσμῳ. Φαμὲς δή, καὶ εἰ γένοιτο ἐκ τοῦ ψάμμου [f] σφαῖρα ταλικαύτα τὸ μέγεθος, ἁλίκαν Ἀρίσταρχος ὑποτίθεται τὰν τῶν [g] ἀπλανέων ἄστρων σφαῖραν εἶμεν· [h] καὶ οὕτως τινὰς δειχθήσεσθαι τῶν ἐν Ἀρχαῖς τὰν κατονομασίαν ἐχόντων, ὑπερβάλλοντας τῷ πλήθει τὸν καὶ τὸν τοῦ ψάμμου, τοῦ μέγεθος [i] ἔχοντος ἴσον τᾷ εἰρημένᾳ σφαίρᾳ. Ὑποκειμένων δὲ πρῶτον μέν, [k] περίμετρον τᾶς γᾶς εἶμεν ὡς τ' [l] μυριάδων σταδίων, καὶ μὴ μείζω. Καίπερ τῶν πειρωμένων ἀποδεικνύειν, καθὼς καί τυ παρακολουθεῖς, ἐοῦσαν αὐτὰν ὡς λ' μυριάδων σταδίων· ἐγὼ δ' ὑπερβαλλόμενος, καὶ θεὶς τὸ μέγεθος τᾶς γᾶς ὡς [m] δεκαπλάσιον τοῦ ὑπὸ τῶν προτέρων δεδοξασμένου, τὰν περίμετρον αὐτᾶς ὑποτίθεμαι εἶμεν, [n] ὡς τ' μυριάδων σταδίων καὶ μὴ μείζω. Μετὰ δὲ τοῦτο, τὰν διάμετρον τᾶς γᾶς μείζονα [o] εἶμεν τᾶς διαμέτρου τᾶς σελήνας· καὶ τὰν διάμετρον τοῦ ἁλίου μείζονα εἶμεν τᾶς διαμέτρου τᾶς γᾶς ὁμοίως τὰ αὐτὰ [p] λαμβάνων τοῖς πλείστοις τῶν Προτέρων Ἀστρολόγων. Μετὰ δὲ ταῦτα, τὰν διάμετρον τοῦ ἁλίου τᾶς διαμέτρου τᾶς σελήνας [q] ὡς τριακονταπλασίαν εἶμεν, καὶ μὴ μείζονα. Καίπερ τῶν Προτέρων Ἀστρολόγων, [r] Εὐδόξου μέν, ὡς ἐννεαπλασίαν ἀποφαινομένου. Φειδία δὲ τοῦ Ἀκούπατρος, ὡς δωδεκαπλασίαν· Ἀριστάρχου δὲ πεπειραμένου δεικνύειν, ὅτι ἐστὶν ἁ διάμετρος ἁλίου τᾶς διαμέτρου τᾶς σελήνας, μείζων μὲν ἢ ὀκτωκαιδεκαπλασίων, ἐλάσσων δὲ ἢ εἰκοσαπλασίων· ἐγὼ δὲ ὑπερβαλλόμενος καὶ τοῦτον, ὅπως τὸ ὑποκείμενον ἀναμφίλογον ᾖ δεδειγμένον, ὑποτίθεμαι τὰν διάμετρον τοῦ ἁλίου τᾶς διαμέτρου τᾶς σελήνας, ὡς [s] τριακονταπλασίαν εἶμεν, καὶ [t] μὴ μείζονα. Ποτὶ δὲ τούτοις

[a] ἵνα τὸν κύκλον καθ' αὐτὰν γᾶν [b] αὐτὸ [c] ὑποτίθεται [d] τῶν ἀπλανῶν ἄστρων [e] ὑφ' ἁμῶν [f] σφαῖρα [g] ἀπλανέων ἄστρων [h] Sic MS. [i] ἔχοντος ex MS. [k] τὰν περίμετρον [l] μυριάδων [m] δεκαπλασίω [n] ὡς τ' μυριάδων σταδίων καὶ μὴ μείζω [o] εἶμεν [p] λαμβάνων [q] ὡς λ' πλασίων [r] εὔδοξε μὲν [s] τριακοντα- πλασίαν [t] μὴ μείζω

τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τᾷ σφαίρᾳ τᾷ τὰν διάμετρον [a] ἐχούσᾳ σταδίων ρ' μυριάδων, ἔλασσόν ἐστιν ἢ χίλιαι [b] μυριάδες τῶν πέμπτων ἀριθμῶν. Ἁ δὲ τὰν διάμετρον ἔχουσα σφαῖρα σταδίων μυριᾶν μυριάδων, πολλαπλασίων ἐστὶ τᾶς σφαίρας τᾶς ἐχούσας τὰν διάμετρον σταδίων ρ' μυριάδων, ταῖς ρ' μυριάδεσσιν. Εἰ δὴ γένοιτο ἐκ τοῦ ψάμμου σφαῖρα ταλικαύτα τὸ μέγεθος, ἁλίκα ἐστὶν ἁ σφαῖρα ἁ ἔχουσα τὰν διάμετρον σταδίων [c] μυριᾶν μυριάδων· φανερὸν, ὅτι ἔλασσον ἐσσεῖται τὸ τοῦ ψάμμου πλῆθος, τοῦ γενομένου ἀριθμοῦ πολλαπλασιασθεισᾶν τᾶν [d] χιλιᾶν μυριάδων τῶν πέμπτων [e] ἀριθμῶν, ταῖς ρ' μυριάσιν. Ἐπεὶ δ' αἱ μὲν τῶν πέμπτων ἀριθμῶν χίλιαι μυριάδες, τετρακοστός ἐστιν ἀπὸ μονάδος ἀνάλογον· αἱ δὲ ρ' μυριάδες, ἕβδομος ἀπὸ μονάδος ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας· δῆλον, ὡς ὁ γενόμενος ἐσσεῖται ἕκτος καὶ τετρακοστὸς ἀπὸ μονάδος. Τῶν δὲ τεσσαράκοντα καὶ ἓξ τούτων, ὀκτὼ μὲν οἱ πρῶτοι σὺν τᾷ μονάδι, τῶν πρώτων καλουμένων ἐντί· ὀκτὼ δὲ οἱ [g] μετ' αὐτοὺς, τῶν δευτέρων· καὶ οἱ μετὰ τούτους ἄλλοι ὀκτὼ, τῶν τρίτων· οἱ δὲ μετὰ τοὺς τρίτους ἄλλοι ὀκτὼ, τῶν τετάρτων· καὶ οἱ μετὰ τοὺς τετάρτους ὀκτὼ, τῶν πέμπτων· οἱ δὲ λοιποὶ ἓξ, τῶν ἕκτων καλουμένων ἐντί· καὶ ὁ ἔσχατος αὐτῶν ἐστι, ι' μυριάδες τῶν [h] ἕκτων ἀριθμῶν. Φανερὸν οὖν, ὅτι τὸ τοῦ ψάμμου πλῆθος τοῦ [i] μέγεθος ἔχοντος ἴσον τᾷ σφαίρᾳ τᾷ τὰν διάμετρον [k] ἐχούσᾳ σταδίων μυριάκις μυρίων, ἔλασσόν ἐστιν ἢ ι' μυριάδες τῶν [l] ἕκτων ἀριθμῶν. Ἁ δὲ τὰν διάμετρον ἔχουσα σφαῖρα σταδίων μυριάκις μυριάδων ρ', πολλαπλασία ἐστὶ τᾶς σφαίρας τᾶς ἐχούσας τὰν διάμετρον σταδίων μυριάκις μυρίων, ταῖς ρ' μυριάδεσσιν. Εἰ οὖν γένοιτο ἐκ τοῦ ψάμμου σφαῖρα ταλικαύτα τὸ μέγεθος, ἁλίκα ἐστὶν ἁ σφαῖρα, ἁ ἔχουσα τὰν διάμετρον σταδίων μυριάκις μυριάδων [m] ρ'· φανερὸν, ὅτι τὸ τοῦ ψάμμου πλῆθος ἔλασσον ἐσσεῖται τοῦ γενομένου ἀριθμοῦ, πολλαπλασιασθεισᾶν τᾶν ι' μυριάδων τῶν [n] ἕκτων ἀριθμῶν, [o] ταῖς ρ' μυριάδεσσιν. Ἐπεὶ δ' αἱ μὲν τῶν ἕκτων ἀριθμῶν δέκα μυριάδες [p] ἕκτος καὶ τεσσαρακοστός ἐστιν ἀπὸ μονάδος ἀνάλογον· αἱ δὲ ρ' μυριάδες, ἕβδομος ἀπὸ μονάδος ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας· δῆλον, ὅτι ὁ γενόμενος ἐσσεῖται δυοκαιπεντακοστὸς ἀπὸ μονάδος ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας. Τῶν δὲ δύο καὶ πεντήκοντα τούτων, οἱ μὲν ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα σὺν τᾷ μονάδι, εἴτε πρῶτοι καλούμενοί ἐντι, καὶ οἱ δεύτεροι, καὶ τρίτοι, καὶ τέταρτοι, καὶ πέμπτοι, καὶ ἕκτοι· οἱ δὲ λοιποὶ τέσσαρες, τῶν ἑβδόμων καλουμένων ἐντί· καὶ ὁ ἔσχατος αὐτῶν ἐστι, χίλιαι μονάδες τῶν ἑβδόμων ἀριθμῶν. Φανερὸν οὖν, ὅτι τοῦ ψάμμου τὸ πλῆθος τοῦ μεγέθος ἔχοντος [q] ἴσον τᾷ σφαίρᾳ τᾷ

[a] ἐχούσᾳ pro ἐχούσα ex MS. [b] μυριάδες [c] μυρίων [d] τῶν χιλίων [e] ἀριθμῶν ταῖς ρ' μυριάσιν· ἐπεὶ δὲ
[f] αἱ μὲν τῶν πέμπτων in MS. deſunt. [g] μετὰ τούτους [h] ἕκτων pro ἑκτῶν ex MS. [i] μέγεθος pro μεγέθει ex MS.
[k] ἐχούσᾳ pro ἐχούσα ex MS. [l] ἕκτων pro ἐν τῶν ex MS. [m] ϛ' ex MS. [n] ἕκτων pro ἕκτου ex MS. [o] τῶν ρ'
[p] ἕκτος pro ἕκτοις [q] ἴσου

τὰν διάμετρον ἐχοῦσα σταδίων μυριάκις μυριάδων ρ', ἔλασσόν ἐστιν, ἢ [u] ͵α μονάδες τῶν ἑβδόμων ἀριθμῶν. Ἐπεὶ οὖν ἐδείχθη ἁ τοῦ κόσμου διάμετρος ἐλάσσων ἐοῦσα σταδίων μυριάκις μυριάδων ρ'· δῆλον, ὅτι καὶ τοῦ ψάμμου τὸ πλῆθος τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τῷ κόσμῳ, ἔλασσόν ἐστιν ἢ ͵α μονάδες τῶν ἑβδόμων ἀριθμῶν. [w] Ὅτι μὲν ὁμοίως τὸ τοῦ ψάμμου πλῆθος τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τῷ ὑπὸ τῶν πλείστων ἀστρολόγων καλουμένῳ κόσμῳ, ἔλασσόν ἐστιν ἢ ͵α μονάδες τῶν ἑβδόμων ἀριθμῶν, δέδεικται. Ὅτι δὲ καὶ τὸ πλῆθος τοῦ ψάμμου τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τᾷ σφαίρᾳ ταλικαύτᾳ, ἁλίκαν Ἀρίσταρχος ὑποτίθεται τὰν τῶν ἀπλανέων [x] ἄστρων σφαῖραν εἶμεν ἔλασσόν ἐστιν ἢ ͵α μυριάδες τῶν ὀγδόων ἀριθμῶν, δειχθήσεται. Ἐπεὶ γὰρ ὑπόκειται, τὰν γᾶν τὸν αὐτὸν ἔχειν λόγον ποτὶ τὸν ὑφ' ἁμῶν εἰρημένον κόσμον, ὃν ἔχει λόγον ὁ εἰρημένος κόσμος ποτὶ τὰν τῶν ἀπλανέων ἄστρων σφαῖραν, [y] ἂν Ἀρίσταρχος ὑποτίθεται· καὶ αἱ διάμετροι τᾶν σφαιρᾶν τὸν αὐτὸν ἔχοντι λόγον ποτὶ ἀλλάλας· ἁ δὲ τοῦ κόσμου διάμετρος τᾶς διαμέτρου τᾶς γᾶς δέδεικται ἐλάσσων [z] ἐοῦσα ἢ μυριοπλασίων· δῆλον οὖν, ὅτι καὶ ἁ διάμετρος τᾶς τῶν ἀπλανέων ἄστρων σφαίρας, ἐλάσσων ἐστὶν ἢ μυριοπλασίων τᾶς διαμέτρου τοῦ κόσμου. Ἐπεὶ δ' αἱ σφαῖραι τριπλάσιον λόγον ἔχοντι ποτ' ἀλλάλας τᾶν διαμέτρων· φανερὸν, ὅτι ἁ τῶν ἀπλανέων ἄστρων σφαῖρα [a] ἂν Ἀρίσταρχος ὑποτίθεται, ἐλάττων ἐστὶν ἢ μυριάκις μυριάδων μυριάδεσσι πολλαπλασίων τοῦ κόσμου. Δέδεικται γὰρ, τὸ τοῦ ψάμμου πλῆθος τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τῷ κόσμῳ, ἔλασσόν ἐστιν ἢ ͵α μονάδες τῶν ἑβδόμων ἀριθμῶν. Δῆλον οὖν, ὅτι εἰ γένοιτο ἐκ τοῦ ψάμμου σφαῖρα ταλικαύτα τὸ μέγεθος, ἁλίκαν ὁ Ἀρίσταρχος ὑποτίθεται τὰν τῶν ἀπλανέων ἄστρων σφαῖραν εἶμεν, ἐλάσσων ἐσσεῖται ὁ τοῦ ψάμμου ἀριθμὸς, τοῦ γενομένου ἀριθμοῦ πολλαπλασιασθεισᾶν τᾶν χιλιᾶν μονάδων τῶν ἑβδόμων ἀριθμῶν, ταῖς μυριάκις μυρίαις μυριάδεσσι. Καὶ ἐπεὶ αἱ μὲν τῶν ἑβδόμων ἀριθμῶν ͵α μονάδες, δυοκαιπεντηκοστός ἐστιν ἀπὸ μονάδος ἀνὰ λόγον· αἱ δὲ μυριάκις μύριαι μυριάδες, τρισκαιδέκατος ἀπὸ μονάδος ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας· δῆλον, ὅτι ὁ γενόμενος ἐσσεῖται τέταρτος καὶ ἑξηκοστὸς ἀπὸ μονάδος ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας. Οὗτος δέ ἐστι τῶν ὀγδόων ὄγδοος· καὶ [b] χίλιαι μυριάδες τῶν ὀγδόων ἀριθμῶν. Φανερὸν τοίνυν, ὅτι τοῦ ψάμμου τὸ πλῆθος τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τᾷ τῶν ἀπλανέων ἄστρων σφαίρᾳ, ἂν Ἀρίσταρχος ὑποτίθεται, ἔλασσόν ἐστιν ἢ ͵α μυριάδες τῶν ὀγδόων ἀριθμῶν.

Ταῦτα δὲ, Βασιλεῦ Γέλων, τοῖς μὲν πολλοῖς καὶ μὴ κεκοινωνηκότεσσι τῶν μαθημάτων οὐκ εὔπιστα φανεῖσθαι ὑπολαμβάνω· τοῖς δὲ μεταλελαβηκότεσσι,

diametrum habet decies centenum millium myriadum ſtadiorum, minorem fore, quam mille unitates ſeptimorum numerorum. Quoniam igitur demonſtratum eſt, mundi diametrum minorem eſſe decies centenis millibus myriadum ſtadiorum; conſtat arenæ multitudinem, cujus magnitudo mundo æqualis ſit, minorem eſſe quam mille unitates ſeptimorum numerorum. Itaque arenæ multitudinem, cujus magnitudo æqualis ſit ei, quem plures Aſtrologi mundum vocant, minorem eſſe quam mille unitates ſeptimorum, demonſtratum eſt. At vero arenæ multitudinem, cujus magnitudo ſphæræ æqualis ſit tanta magnitudine, quanta ponit Ariſtarchus eſſe inerrantium ſtellarum ſphæram, minorem eſſe quam mille myriadas octavorum numerorum, deinceps demonſtrabitur. Cum enim ponatur, terram eamdem ad mundum, quem diximus, habere rationem, quam habet is, quem diximus, mundus ad ſphæram inerrantium ſtellarum, quam ponit Ariſtarchus: cumque ſphærarum diametri eamdem inter ſe invicem rationem habeant: demonſtratumque ſit, mundi diametrum minorem eſſe quam decies millecuplam diametri terræ; conſtat ſphæræ inerrantium ſtellarum diametrum minorem eſſe quam decies millecuplam diametri mundi. Et cum ſphæræ triplam ſuarum diametrorum inter ſe invicem rationem habeant; conſtat ſphæram inerrantium ſtellarum, quam ponit Ariſtarchus, minorem eſſe quam mundi millies-centies millies-decies millecuplam. Demonſtratum autem eſt, arenæ multitudinem, cujus magnitudo mundo æqualis ſit, minorem eſſe quam mille unitates ſeptimorum numerorum. Manifeſtum eſt igitur, ſi ſphæra ex arena fieret tanta magnitudine, quanta Ariſtarchus ponit inerrantium ſtellarum ſphæram eſſe; arenæ numerum minorem fore, quam qui oritur mille unitatibus ſeptimorum numerorum in millies centies mille myriadas ductis. Et quoniam mille unitates ſeptimorum numerorum alter et quinquageſimus eſt numerus proportionalis ab unitate; et millies centies mille myriades, tertius et decimus ab unitate ex eadem proportione; conſtat numerum, qui oritur, ex eadem proportione fore quartum et ſexageſimum. Qui quidem numerus eſt octavorum octavus; hoc eſt mille myriades octavorum numerorum. Manifeſtum eſt igitur arenæ multitudinem, cujus magnitudo æqualis ſit inerrantium ſtellarum ſphæræ, quam ponit Ariſtarchus, minorem eſſe quam mille octavorum numerorum myriadas.

Hæc autem, Rex Gelo, non admodum credibilia viſum iri arbitror multis, qui mathematicis diſciplinis inſtructi non ſunt: ſed credibilia e-

[u] χιλίαι [w] ὅτι μὲν . . . . . ὁμοίως [x] ἄστρων pro ἀστῶν ex MS. [y] In MS. ἂν deeſt. [z] ἴσα
[a] In MS. ἂν deeſt. [b] πεντακισχίλιαι

runt propter demonſtrationem iis, qui eaſdem probe callent, quique diſtantiis, et magnitudinibus terræ, ſolis, lunæ, et mundi totius cognoſcendis operam dederunt. Quo circa exiſtimaverim haud abſurdum fore, ſi qui eadem hæc diligentius contemplentur.

καὶ περὶ τῶν ἀποστημάτων, καὶ τῶν μεγεθέων τᾶς τε γᾶς, καὶ τοῦ ἁλίου, καὶ τᾶς σελάνας, καὶ τοῦ ὅλου κόσμου πεφροντικότεσσι, πιστὰ διὰ τὰν ἀπόδειξιν ἐσσεῖσθαι. Διόπερ ᾠήθην καί τινας [c] οὐκ ἀνάρμοστον ἔσῃ ἔτι [d] ἐπιθεωρῆσαι ταῦτα.

[c] οὐκ ἂν ἄχαρι εἴη [d] ἐπιθεωρῆσαι pro ἐπιθεώρηται ex MS.

ARCHIMEDIS

DE IIS QUÆ IN HUMIDO

VEHUNTUR

LIBER PRIMUS.

POSITIO I.

PONATUR humidi eam eſſe naturam, ut partibus ipſius æqualiter jacentibus, et continuatis inter ſeſe, minus preſſa a magis preſſa expellatur. Unaquæque autem pars ejus premitur humido ſupra ipſam exiſtente ad perpendiculum, ſi humidum ſit deſcendens in aliquo, aut ab alio aliquo preſſum.

PROPOSITIO I.

Si ſuperficies aliqua plano ſecetur per idem ſemper punctum; ſitque ſectio circuli circumferentia, centrum habens punctum illud, per quod plano ſecatur: ſphæræ ſuperficies erit.



Secetur ſuperficies aliqua plano per K punctum ducto: et ſit ſectio ſemper circuli circumferentia, centrum habens punctum K. Dico eam ſphæræ ſuperficiem eſſe.


Si enim non eſt ſphæræ ſuperficies; rectæ lineæ, quæ a puncto K ad circumferentiam ducuntur, non omnes æquales erunt. Itaque ſint A, B puncta in ſuperficie; et inæquales lineæ AK, KB: per ipſas autem AK, KB planum ducatur, quod ſectionem faciat in ſuperficie lineam DABC. Ergo DABC circuli circumferentia eſt, cujus centrum K; quoniam ſuperficies ejuſmodi ponebatur: et idcirco æquales inter ſe ſunt AK, KB. Sed et inæquales; quod fieri non poteſt. Conſtat igitur ſuperficiem eam eſſe ſphæræ ſuperficiem.

PROP. II.

Omnis humidi conſiſtentis, atque manentis ſuperficies ſphærica eſt; cujus ſphæræ centrum eſt idem, quod centrum terræ.

Intelligatur humidum conſiſtens, manenſque; et ſecetur ipſius ſuperficies plano per centrum terræ ducto. Sit autem terræ centrum K: et ſuperficiei ſectio, linea ABCD. Dico lineam ABCD circuli circumferentiam eſſe, cujus centrum K.

Si enim non eſt, rectæ lineæ a puncto K ad lineam ABCD ductæ non erunt æquales. Sumatur recta linea quibuſdam quidem a puncto K ad ipſam ABCD ductis major; quibuſdam vero minor: et ex centro K, intervalloque lineæ ſumptæ circulus deſcribatur. Cadet ergo ipſius circumferentia partim extra lineam ABCD, partim intra; quoniam ea, quæ ex centro quibuſdam quidem a puncto K ad ipſam ductis eſt major; et quibuſdam minor. Itaque ſit circuli deſcripti circumferentia FBH: et ex B ad K ducta linea, jungantur FK, KHE, quæ angulos æquales faciant. Deſcribatur autem et ex



centro K circumferentia quædam XOP in plano, et in humido. Ergo partes humidi, quæ ſunt ad circumferentiam XOP æqualiter jacent, ac continuatæ inter ſeſe: et premuntur quidem partes, quæ ad XO circumferentiam, humido, quod loco AB continetur: quæ vero ad circumferentiam OP premuntur humido, quod continetur BE. Inæqualiter igitur premuntur partes humidi ad circumferentiam XO, et ad OP. Quare minus preſſæ a majis preſſis expellentur. Non ergo conſiſtet humidum. Atqui ponebatur conſiſtens, et manens. Neceſſarium eſt igitur lineam ABCD eſſe circuli circumferentiam, cujus centrum K. Similiter autem demonſtrabitur, et ſi quomodocunque aliter ſuperficies humidi plano ſecta fuerit per centrum terræ; ſectionem circuli circumferentiam eſſe; et centrum ipſius eſſe, quod et terræ centrum. Ex quibus conſtat ſuperficiem humidi conſiſtentis, atque manentis ſphæricam eſſe: et ejus ſphæræ centrum idem, quod centrum terræ: quoniam ejuſmodi eſt, ut ſecta per idem ſemper punctum ſectionem faciat circuli circumferentiam, centrum habentis punctum illud, per quod ipſa plano ſecatur.

PROP. III.

Solidarum magnitudinum, quæ æqualem molem habentes æque graves ſunt, atque humidum; in humidum demiſſæ demergentur ita, ut ex humidi ſuperficie nihil extet: non tamen ad huc deorſum ferentur.

Sit magnitudo aliqua æque gravis, atque humidum: et ſi fieri poteſt, in humidum demiſſa extet ex ſuperficie ipſius: conſiſtat autem humidum, maneatque: et intelligatur aliquod planum ductum per centrum terræ, et humidi, ac per ſolidam magnitudinem, ut ſit ſuperficiei quidem humidi ſectio ABCD; ſolidæ vero magnitudinis inſidentis EHTF; et terræ centrum K: ſitque ſolidæ magnitudinis pars, quæ in humido eſt, BHTC; et quæ extra humidum, BEFC. Intelligatur etiam ſolida figura comprehenſa pyramide, baſim quidem habente parallelogrammum, quod eſt in ſuperficie humidi; verticem autem



centrum terræ: ſitque ſectio plani, in quo eſt ABCD circumferentia, et planorum pyramidis KL, KM: et deſcribatur quædam alterius ſphæræ ſuperficies XOP circa centrum K, in humido ſub EFHT, ut ſit ipſa XOP ſectio facta a ſuperficie plani. Sumatur præterea alia quædam pyramis æqualis, et ſimilis comprehendenti ſolidam figuram, ipſi conjuncta, et continuata: ſitque, ſectio planorum ipſius KM, KN: et in humido intelligatur quædam magnitudo RSQY ex ipſo humido conſtans, æqualis, et ſimilis ſolidæ BHTC, quæ quidem pars eſt ſolidæ magnitudinis in humido demerſa. Partes igitur humidi, quæ ſcilicet in prima pyramide ſuperficie XO continetur, et quæ in altera continetur PO æqualiter ſunt poſitæ, et continuatæ; ſed non ſimiliter pre-

muntur. Nam contenta quidem X O, premitur ſolido E H T F, et humido interjecto inter ſuperficies X O, L M et plana pyramidis; contenta vero P O premitur ſolido R S Q Y, et humido inter ſuperficies O P, M N, et pyramidis plana interjecto. Minor autem eſt gravitas humidi, quod eſt inter M N, O P quam ejus, quod inter L M, X O. Solidum enim R S Q Y eſt minus ſolido E H T F. Cum ſit æquale ipſi B H T C; quia magnitudine æquale, et æque grave ponitur ſolidum, atque humidum: reliquum autem reliquo inæquale eſt. Conſtat igitur partem contentam ſuperficie O P, expelli ab ea, quæ ipſa X O continetur: et non conſiſtere humidum. Ponebatur autem conſiſtens, et manens: non ergo ex ſuperficie humidi extat aliquid ſolidæ magnitudinis. Sed neque demerſum ſolidum ad inferiora feretur. Similiter enim prèmentur omnes partes humidi æqualiter poſitæ, cum ſolidum ſit æque grave, atque humidum.

PROP. IV.

Solidarum magnitudinum quæcunque levior humido fuerit, demiſſa in humidum non demergetur tota, ſed aliqua pars ipſius ex humidi ſuperficie extabit.

Sit magnitudo ſolida humido levior; et demiſſa in humidum demergatur tota, ſi fieri poteſt, ut nulla pars ipſius extet ex humidi ſuperficie. Conſiſtat autem humidum, maneatque: et intelligatur aliquod planum ductum per centrum terræ, per humidum, et per magnitudinem ſolidam: a quo ſuperficies quidem humidi ſecetur ſecundum circumferentiam A B C; ſolida autem magnitudo ſecundum figuram, in qua R: et centrum terræ ſit K. Intelligatur etiam quædam pyramis comprehendens figuram R, ſicuti prius, quæ punctum K pro vertice habeat: ſecenturque ipſius plana a ſuperficie plani A B C ſecundum A K, K B: et ſumatur pyramis alia æqualis, et ſimilis ſuperiori, cujus plana ſecentur a plano A B C, ſecundum B K, K C: deinde alterius ſphæræ ſuperficies quædam deſcribatur in humido circa centrum K, ſub ſolida magnitudine: et ſecetur ab eodem plano ſecundum X O P: poſtremo intelligatur alia magnitudo H in poſteriori pyramide, quæ ex humido conſtet, et ſolidæ magnitudini R ſit æqualis. Partes igitur humidi, et quæ in prima pyramide continetur ſuperficie X O; et quæ in ſecunda ſuperficie O P continetur, æqualiter jacent, et continuatæ inter ſeſe; non tamen ſimiliter premuntur: nam quæ eſt in prima pyramide premitur magnitudine ſolida R, et humido continente ipſam, quod eſt in loco pyramidis A B O X: quæ vero in altera pyramide



premitur ſolida magnitudine H, et humido ipſam continente in loco pyramidis P O B C. At gravitas ſolidæ magnitudinis R, minor eſt gravitate humidi, in quo H: quoniam magnitudo ſolida mole quidem æqualis, et humido levior ponitur: gravitas autem humidi continentis magnitudines R, H eſt æqualis; cum pyramides æquales ſint. Magis ergo premitur pars humidi, quæ eſt ſub ſuperficie O P. Quare expellet partem minus preſſam, et non manebit humidum. Ponebatur autem manens. Non igitur demergetur tota, ſed aliqua pars ipſius ex humidi ſuperficie extabit.

PROP. V.

Solidarum magnitudinum quæcunque levior humido fuerit, demiſſa in humidum uſque eo demergetur, ut tanta moles humidi, quanta eſt partis demerſæ, eandem, quam tota magnitudo, gravitatem habeat.

Diſponantur eadem, quæ ſupra: ſitque humidum manens: et magnitudo * E H T F humido levior. Si igitur humidum manet, ſimiliter prementur ejus partes, quæ æqualiter jacent. Similiter ergo premetur humidum ſub ſuperficiebus X O, O P. Quare æqualis eſt gravitas, qua premuntur. Eſt autem et gravitas humidi, quod in prima pyramide abſque ſolido B H T C, æqualis gravitati humidi, quod in altera pyramide abſque R S Q Y humido. Perſpicuum eſt igitur gravitatem magnitudinis E H T F gravitati humidi R S Q Y æqualem eſſe. Ex quibus conſtat, tantam humidi molem, quanta eſt pars demerſa ſolidæ magnitudinis, eandem, quam tota magnitudo habere gravitatem.


PROP. VI.

Solidæ magnitudines humido leviores, in humidum impulſæ ſurſum feruntur tanta vi, quanto humidum molem habens magnitudini æqualem, gravius eſt ipſa magnitudine.

* Vide Fig. Prop. III.

Sit enim magnitudo A levior humido: et ſit magnitudinis quidem A gravitas B: humidi vero molem habentis æqualem ipſi A, gravitas ſit BC. Demonſtrandum eſt magnitudinem A in humidum impulſam tanta vi ſurſum ferri, quanta eſt gravitas C.

Accipiatur enim quædam magnitudo, in qua D, habens gravitatem ipſi C æqualem. Itaque magnitudo ex utriſque magnitudinibus conſtans, in quibus AD, levior eſt humido: nam magnitudinis quidem quæ ex utriſque conſtat gravitas eſt BC; humidi vero habentis molem ipſis æqualem gravitas major eſt, quam BC: quoniam BC gravitas eſt humidi molem habentis æqualem ipſi A. Si ergo demittatur in humidum magnitudo ex utriſque AD conſtans; uſque eo demergetur, ut tanta moles humidi, quanta eſt pars magnitudinis demerſa eandem, quam tota magnitudo gravitatem habeat. Hoc enim jam demonſtratum eſt. Sit autem ſuperficies humidi alicujus ABCD circumferentia. Quoniam igitur tanta moles humidi, quanta eſt magnitudo A, gravitatem habet eandem, quam magnitudines A, D: perſpicuum eſt partem ipſius demerſam eſſe magnitudinem A; reliquam vero D totam ex humidi ſuperficie extare. Quare conſtat magnitudinem A tanta vi ſurſum ferri, quanta deorſum premitur ab eo, quod eſt ſupra; videlicet a D, cum neutra ab altera expellatur. Sed D fertur deorſum tanta gravitate, quanta eſt C: ponebatur enim gravitas ejus, in quo D, ipſi C æqualis. Patet igitur illud quod demonſtrare oportebat.



PROP. VII.

Solidæ magnitudines humido graviores demiſſæ in humidum ferentur deorſum, donec deſcendant: et erunt in humido tanto leviores, quanta eſt gravitas humidi molem habentis ſolidæ magnitudini æqualem.

Solidas magnitudines humido graviores, in humidum demiſſas deorſum quidam ferri, donec deſcendant, manifeſtum eſt: partes enim humidi, quæ ſub eis ſunt, premuntur magis, quam partes æqualiter ipſis adjacentes; quoniam magnitudo ſolida humido gravior ponitur. Leviores autem eſſe, uti dictum eſt, demonſtrabitur hoc modo. Sit enim aliqua magnitudo A gravior humido: et ſit magnitudinis quidem A gravitas BC: humidi vero molem habentis æqualem ipſi A gravitas ſit B. Demonſtrandum eſt magnitudinem A in humido exiſtentem habere gravitatem æqualem ipſi C.

Accipiatur enim alia aliqua magnitudo, in qua D, levior humido, cujus gravitas ſit ipſi B æqualis: humidi vero molem habentis æqualem magnitudini D, ſit gravitas æqualis BC. Itaque compoſitis magnitudinibus A, D, magnitudo ex utriſque conſtans æque gravis erit, atque ipſum humidum: gravitas enim utrarumque magnitudinum eſt æqualis utriſque gravitatibus, videlicet BC, et B: gravitas autem humidi habentis molem æqualem utriſque magnitudinibus, eſt eiſdem gravitatibus æqualis. Demiſſis igitur magnitudinibus, et in humidum projectis æque graves erunt, atque humidum: neque ſurſum, neque deorſum ferentur: quoniam magnitudo quidem A gravior humido feretur deorſum; et eadem vi a magnitudine D ſurſum retrahetur. Magnitudo autem D humido levior feretur ſurſum tanta vi, quanta eſt gravitas C: demonſtratum enim eſt magnitudines ſolidas humido leviores, impulſas in humidum tanta vi retrahi ſurſum, quanto humidum habens molem magnitudini æqualem gravius eſt ipſa magnitudine. At humidum molem habens æqualem D, gravius eſt, quam D, ipſa C gravitate. Conſtat igitur magnitudinem A deorſum ferri tanta gravitate, quanta eſt C. Quod demonſtrare oportebat.



POSITIO II.


Ponatur eorum, quæ in humido ſurſum feruntur, unumquodque ſurſum ferri ſecundum perpendicularem, quæ per centrum gravitatis ipſorum ducitur.


PROP. VIII.


Si aliqua magnitudo ſolida levior humido, quæ figuram portionis ſphæræ habeat, in humidum demittatur, ita ut baſis portionis non tangat humidum: figura inſidebit recta, ita ut axis portionis ſit ſecundum perpendicularem. Et ſi ab aliquo inclinetur figura, ut baſis portionis humidum contingat non manebit inclinata ſi demittatur, ſed recta reſtituetur.

[* Intelligatur quædam magnitudo, qualis dicta eſt, in humidum demiſſa, et ducatur planum per axem portionis, et per terræ centrum, ut ſit ſuperficiei humidi ſectio circumferentia ABCD: et figuræ ſectio EFH circumferentia: ſit autem EH recta linea; et FT axis portionis. Si igitur inclinetur figura, ita ut axis portionis FT non ſit ſecundum perpendicularem; demonſtrandum eſt, non manere ipſam figuram; ſed in rectum reſtitui.

Itaque centrum ſphæræ eſt in linea FT. Nam ſit primum figura major dimidia ſphæra: ſitque in dimidia ſphæra ſphæræ centrum T; in minori portione ſit centrum P; et in majori K: per K vero, et terræ centrum L ducatur KL ſecans circumferentiam EFH in puncto N. Quoniam igitur unaquæque ſphæræ portio axem habet in linea, quæ a centro ſphæræ ad ejus baſim perpendicularis ducitur: habetque in axe gravitatis centrum: portionis in humido demerſæ, quæ ex duabus ſphæræ portionibus conſtat, axis erit in perpendiculari per K ducta. Et idcirco centrum gravitatis ipſius erit in linea NK, quod ſit R. Sed totius portionis gravitatis centrum eſt in linea FT inter K, et F, quod ſit X. Reliquæ ergo figuræ quæ eſt extra humidum, centrum erit in linea RX producta ad partes X; et aſſumpta ex ea, linea quadam, quæ ad RX eandem proportionem habeat, quam gravitas portionis in humido demerſæ habet ad gravitatem figuræ, quæ eſt extra humidum. Sit autem S centrum dictæ figuræ: et per S ducatur perpendicularis







LS. Feretur ergo gravitas figuræ quidem, quæ extra humidum per rectam SL deorſum; portionis autem, quæ in humido, ſurſum per rectam RL. Quare non manebit figura: ſed partes ejus quæ ſunt ad E, deorſum; et quæ ad H ſurſum ferentur: idque continenter fiet, quoad FT ſit ſecundum perpendicularem. Eodem modo in aliis portionibus idem demonſtrabitur.]


PROP IX.


Quod ſi figura humido levior in humidum demittatur, ita ut baſis tota ſit in humido; inſidebit recta, ita ut axis ipſius ſecundum perpendicularem conſtituatur.


Intelligatur enim magnitudo aliqua, qualis dicta eſt, in humidum demiſſa: et intelligatur planum per axem portionis, et per centrum terræ ductum: ſitque ſuperficiei quidem humidi ſectio ABCD circumferentia; figuræ autem ſectio circumferentia EFH: et ſit EH recta linea: et axis portionis FT. Si igitur fieri poteſt, non ſit FT ſecundum perpendicularem. Demonſtrandum eſt non manere figuram; ſed in rectum reſtitui.

* Suppleta a Federico Commandino.

Eſt autem centrum ſphæræ in linea F T: rurſus enim ſit figura primo major dimidia ſphæra; et ſphæræ centrum in dimidia ſphæra ſit punctum T; in minore portione P; in majori vero ſit K: et per K, et terræ centrum L ducatur KL. Itaque figura quæ eſt extra humidi ſuperficiem, axem habet in perpendiculari per K: et propter ea, quæ ſuperius dicta ſunt, centrum gravitatis ipſius eſt in linea NK, quod ſit R; totius autem portionis cen-







trum gravitatis eſt in linea F T, inter K et F, quod ſit X. Reliquæ ergo figuræ, ejus ſcilicet, quæ eſt in humido, centrum erit in recta linea R X producta ad partes X; et aſſumpta ex ea linea quadam, quæ ad X R eandem habeat proportionem, quam gravitas portionis, quæ eſt extra humidum, ad gravitatem figuræ, quæ in humido. Sit autem O centrum dictæ figuræ: et per O perpendicularis ducatur L O. Feretur ergo gravitas portionis quidem, quæ eſt extra humidum, per rectam R L deorſum; figuræ autem, quæ in humido, per rectam O L ſurſum. Non manet igitur figura; ſed partes ejus, quæ ſunt ad H, deorſum ferentur; et quæ ad E, ſurſum. Atque hoc ſemper erit, donec F T ſecundum perpendicularem fiat.

ARCHIMEDIS

DE IIS QUÆ IN HUMIDO

VEHUNTUR

LIBER SECUNDUS.

PROPOSITIO I.

SI magnitudo aliqua humido levior demittatur in humidum, eam in gravitate proportionem habebit ad humidum æqualis molis, quam pars magnitudinis demerſa habet ad totam magnitudinem.

Demittatur enim in humidum aliqua magnitudo ſolida, quæ ſit FA, levior humido: et pars quidem ipſius demerſa ſit A; quæ autem extra humidum, F. Demonſtrandum eſt, magnitudinem FA ad humidum æqualis molis eam in gravitate proportionem habere, quam habet A ad FA.

Accipiatur enim aliqua humidi magnitudo NI æqualis magnitudini FA; ſitque ipſi F æqualis N: et ipſi A æqualis I. Magnitudinis autem FA gravitas ſit B: et magnitudinis NI gravitas OR; et ipſius I ſit R. Magnitudo igitur FA ad NI eam proportionem habet, quam gravitas B ad gravitatem OR. Sed quoniam magnitudo FA in humidum demiſſa levior eſt humido; patet tantam humidi molem, quanta eſt pars magnitudinis demerſa, eandem quam



magnitudo FA habere gravitatem. Hoc enim ſuperius demonſtratum eſt. At ipſi A reſpondet humidum I, cujus quidem gravitas eſt R; et ipſius FA gravitas B. Ergo B gravitas ejus, quod habet molem æqualem toti magnitudini FA, æqualis erit gravitati humidi I, videlicet ipſi R. Et quoniam ut magnitudo FA ad humidum NI ſibi reſpondens, ita eſt B ad OR: eſt autem B æqualis ipſi R: et ut R ad OR, ita I ad NI; et A ad FA: ſequitur ut FA ad humidum æqualis molis eam in gravitate proportionem habeat, quam magnitudo A habet ad FA. Quod demonſtrare oportebat.


PROP. II.

Recta portio conoidis rectanguli, quando axem habuerit non majorem, quam ſeſquialterum ejus, quæ uſque ad axem, quamcunque proportionem habens ad humidum in gravitate;

demiſſa in humidum, ita ut baſis ipſius humidum non contingat; et poſita inclinata, non manebit inclinata; ſed recta reſtituetur. Rectam dico conſiſtere talem portionem, quando planum quod ipſam ſecuit, ſuperficiei humidi fuerit æquidiſtans.

Sit portio rectanguli conoidis, qualis dicta eſt; et jaceat inclinata. Demonſtrandum eſt non manere ipſam; ſed rectam reſtitui.

Itaque ſecta ipſa plano per axem, recto ad planum, quod eſt in ſuperficie humidi, portionis ſectio ſit APOL rectanguli coni ſectio: axis portionis, et ſectionis diameter NO: ſuperficiei autem humidi ſectio ſit IS. Si igitur portio non eſt recta; non utique erit AL ipſi IS æquidiſtans. Quare NO cum IS non faciet angulos rectos. Ducatur ergo K Ω contingens ſectionem coni in P [* quæ ipſi IS æquidiſtet: et a puncto P ad IS ducatur PF æquidiſtans ipſi ON, quæ erit ſectionis IPOS diameter, et axis portionis in humido demerſæ. Sumantur deinde centra gravitatum: ſitque ſolidæ magnitudinis APOL gravitatis centrum R; ipſius vero IPOS centrum ſit B: et juncta BR producatur ad G, quod ſit centrum gravitatis reliquæ figuræ ISLA. Quoniam igitur NO ipſius quidem RO ſeſquialtera eſt; ejus autem, quæ uſque ad axem minor quam ſeſquialtera; erit RO minor, quam quæ uſque ad axem. Quare angulus RP Ω acutus erit: cum enim linea, quæ uſque ad axem major ſit ipſa RO; quæ a puncto R ad K Ω perpendicularis ducitur, videlicet RT, cum linea FP extra ſectionem conveniet: et propterea inter P et Ω puncta cadat neceſſe eſt. Itaque ſi per B, G ducantur




lineæ ipſi RT æquidiſtantes; angulos rectos cum ſuperficie humidi continebunt: et quod in humido eſt ſurſum feretur ſecundum perpendicularem, quæ per B ducta eſt, ipſi RT æquidiſtans: quod vero eſt extra humidum, ſecundum eam, quæ per G, deorſum feretur; et non ita manebit ſolidum APOL: nam quod eſt ad A, feretur ſurſum; et quod ad L, deorſum, donec NO ſecundum perpendicularem conſtituatur.]

PROP. III.

Recta portio conoidis rectanguli quando axem habuerit non majorem, quam ſeſquialterum ejus, quæ uſque ad axem, quamcunque proportionem habens ad humidum in gravitate; demiſſa in humidum, ita ut baſis ipſius tota ſit in humido; et poſita inclinata, non manebit inclinata, ſed ita reſtituetur, ut axis ipſius ſecundum perpendicularem fiat.

Demittatur enim aliqua portio in humidum, qualis dicta eſt: ſitque ipſius baſis in humido: et ſecta ipſa plano per axem, recto ad ſuperficiem humidi, ſit ſectio APOL rectanguli coni ſectio: axis portionis, et ſectionis diameter PF: ſuperficiei autem humidi ſectio ſit IS. Quod ſi inclinata jaceat portio, non erit axis ſecundum perpendicularem. Ergo PF cum IS angulos rectos non faciet. Itaque ducatur linea quædam K Ω æquidiſtans ipſi IS; contingenſque ſectionem APOL in O: et ſolidæ quidem magnitudinis APOL ſit R gravitatis centrum: ipſius autem IPOS centrum ſit B: junctaque BR producatur: et ſit G centrum gravitatis reliquæ figuræ ISLA. Similiter demonſtrabitur angulum ROK acutum eſſe: et per-



pendicularem ab R ad K Ω ductam cadere inter K et O, quæ ſit RT. Si autem a punctis G, B ducantur ipſi RT æquidiſtantes; pars quidem ſolidæ magnitudinis, quæ in humido eſt, ſurſum


* Suppleta a Federico Commandino.

feretur ſecundum perpendicularem per G ductam: quæ autem extra humidum, ſecundum perpendicularem per B deorſum feretur: et non manebit ſolidum A P O L ſic habens in humido: ſed quod quidem eſt ad A, feretur ſurſum: quod autem ad L, deorſum; donec P F fiat ſecundum perpendicularem.

P R O P. IV.

Recta portio conoidis rectanguli, quando fuerit humido levior, et axem habuerit majorem quam ſeſquialterum ejus, quæ uſque ad axem: ſi in gravitate ad humidum æqualis molis non minorem proportionem habeat ea, quam quadratum, quod fit ab exceſſu, quo axis major eſt, quam ſeſquialter ejus, quæ uſque ad axem, habet ad quadratum, quod ab axe; demiſſa in humidum, ita ut baſis ipſius humidum non contingat; et poſita inclinata, non manebit inclinata, ſed recta reſtituetur.


Sit portio conoidis rectanguli, qualis dicta eſt: et demiſſa in humidum, ſi fieri poteſt, non ſit recta; ſed inclinata: ſecta autem ipſa plano per axem, recto ad ſuperficiem humidi, portionis quidem ſectio ſit rectanguli coni ſectio A P O L, axis portionis, et ſectionis diameter N O; et ſuperficiei humidi ſectio ſit I S. Si igitur portio non eſt recta, non faciet N O cum I S angulos æquales. Ducatur K Ω contingens rectanguli coni ſectionem in P; æquidiſtanſque ipſi I S: et a puncto P ipſi O N æquidiſtans ducatur P F. Itaque ſumantur centra gravitatum: et ſolidi quidem A P O L centrum ſit R; ejus autem, quod intra humidum, centrum B: junctaque B R producatur ad G, ut G ſit centrum gravitatis ſolidi, quod extra humidum. Quoniam igitur N O ipſius quidem R O ſeſquialtera eſt; ejus autem, quæ uſque ad axem, major quam ſeſquialtera: patet R O majorem eſſe, quam quæ uſque ad axem. Sit ei, quæ uſque ad axem æqualis R H: et O H dupla ipſius H M. Quod cum N O ipſius R O ſeſquialtera ſit; itemque M O ipſius O H: et reliqua N M reliquæ R H ſeſquialtera erit. Ergo axis tanto major eſt, quam ſeſquialter ejus, quæ uſque ad axem, quanta eſt linea M O. Ponebatur autem portio ad humidum æqualis molis non minorem in gravitate proportionem habere, quam quadratum, quod fit ab exceſſu, quo axis eſt major, quam ſeſquialter ejus, quæ uſque ad axem, ad quadratum, quod ab axe. Quare conſtat portionem ad humidum in gravitate non minorem proportionem habere, quam quadratum lineæ M O ad quadratum ipſius N O. Sed quam proportionem habet portio ad humidum in gravitate, eandem portio ipſius demerſa habet ad totam portionem: hoc enim ſupra demonſtratum eſt; et quam proportionem habet demerſa portio ad totam, eam quadratum P F habet ad N O quadratum: cum demonſtratum ſit in iis, quæ de conoidibus, et ſphæroidibus, ſi a rectangulo conoide duæ portiones planis quomodocunque ductis abſcindantur, portiones inter ſe eandem habere proportionem, quam quadrata, quæ ab ipſorum axibus conſtituuntur. Non minorem ergo proportionem habet quadratum P F ad quadratum N O, quam quadratum M O ad idem N O quadratum. Quare P F non eſt minor ipſa M O, nec B P item minor H O. Si igitur ab H ducatur linea ad rectos angulos ipſi N O, coibit cum B P, atque inter B, et P cadet. Coeat in T. Et quoniam P F quidem æquidiſtans eſt diametro, H T autem ad diametrum perpendicularis; et R H æqualis ei, quæ uſque ad axem: ducta linea ab R ad T et producta angulos rectos faciet cum linea ſectionem in puncto P contingente. Quare et cum I S, et cum humidi ſuperficie, quæ per I S tranſit. Itaque ſi per B, G puncta lineæ ipſi R T æquidiſtantes ducantur, angulos rectos facient cum ſuperficie humidi: et quod quidem in humido eſt ſolidum conoidis feretur ſurſum ſecundum eam, quæ per B ducta fuerit ipſi R T æquidiſtans: quod autem extra humidum, ſecundum eam, quæ per G, deorſum feretur. Atque hoc tandiu fiet, quoad conoides rectum conſtituatur.



PROP. V.

Recta portio conoidis rectanguli, quando levior humido axem habuerit majorem, quam ſeſquialterum ejus, quæ uſque ad axem; ſi ad humidum in gravitate non majorem proportionem habeat, quam exceſſus, quo quadratum quod ſit ab axe majus eſt quadrato, quod ab exceſſu, quo axis major eſt, quam ſeſquialter ejus, quæ uſque ad axem, ad quadratum, quod ab axe: demiſſa in humidum, ita ut baſis ipſius tota ſit in humido; et poſita inclinata non manebit inclinata, ſed reſtituetur ita, ut axis ipſius ſecundum perpendicularem fiat.

Demittatur enim in humidum portio aliqua, qualis dicta eſt: et ſit baſis ipſius tota in humido. Secta autem ipſa plano per axem, recto ad ſuperficiem humidi, erit ſectio rectanguli coni ſectio, quæ ſit A P O L: axis portionis, et ſectionis diameter N O: ſuperficiei autem humidi ſectio ſit I S. Quoniam igitur axis non eſt ſecundum perpendicularem; ipſa N O cum I S non faciet angulos æquales. Ducatur K Ω contingens ſectionem A P O L in P; atque ipſi I S æquidiſtans: per autem ducatur P F æquidiſtans ipſi N O: et ſumantur gravitatum centra: ſitque ipſius A P O L ſolidi centrum R; ejus quod extra humidum ſit B: et juncta B R producatur ad G, quod ſit centrum gravitatis ſolidi in humido demerſi: ſumatur præterea R H æqualis ei, quæ uſque ad axem: O H autem dupla ipſius H M; et alia fiant, ſicuti ſuperius dictum eſt. Itaque cum portio ad humidum in gravitate non majorem proportionem habere ponatur, quam exceſſus, quo quadratum N O excedit quadratum M O, ad ipſum N O quadratum: et quam proportionem in gravitate portio habet ad humidum æqualis molis, eandem habeat magnitudo portionis demerſa ad totam portionem, quod demonſtratum eſt in prima propoſitione: magnitudo demerſa non majorem proportionem habebit ad totam portionem, quam ſit



dicta illa proportio. Quare non majorem proportionem habet tota portio ad eam quæ eſt extra humidum, quam quadratum N O ad quadratum M O. Habet autem tota portio ad eam, quæ extra humidum proportionem eandem, quam quadratum N O ad quadratum P F. Quadratum igitur N O ad quadratum P F non majorem proportionem habet, quam ad quadratum M O. Ex quo efficitur, ut P F non ſit minor ipſa O M; neque P B ipſa O H. Quæ ergo ab H ducitur ad rectos angulos ipſi N O, coibit cum B P inter P et B. Coeat in T. Et quoniam in rectanguli coni ſectione P F eſt æquidiſtans diametro N O; H T autem ad diametrum perpendicularis; et R H æqualis ei, quæ uſque ad axem: conſtat R T productam facere angulos rectos cum ipſa K P Ω. Quare et cum I S. Ergo R T perpendicularis eſt ad ſuperficiem humidi. Et ſi per B, G puncta ducantur æquidiſtantes ipſi R T, ad ſuperficiem humidi perpendiculares erunt. Portio igitur, quæ eſt extra humidum, deorſum in humidum feretur ſecundum perpendicularem per B ductam; quæ vero intra humidum, ſecundum perpendicularem per G ſurſum feretur: et non manebit ſolida portio A P O L, ſed intra humidum movebitur, donec utique ipſa N O ſecundum perpendicularem fiat.


PROP. VI.

Recta portio conoidis rectanguli, quando levior humido axem habuerit majorem quidem quam ſeſquialterum ejus, quæ uſque ad axem, minorem vero, quam ut ad eam, quæ uſque ad axem proportionem habeat, quam quindecim ad quatuor; in humidum demiſſa adeo, ut baſis ipſius contingat humidum, nunquam conſiſtet inclinata ita, ut baſis in uno puncto humidum contingat.


Sit portio, qualis dicta eſt, et in humidum demittatur, ſicuti diximus, adeo ut baſis ejus in uno

puncto contingat humidum. Demonſtrandum eſt non manere ipſam portionem, ſed revolvi ita, ut baſis nullo modo humidi ſuperficiem contingat.

Secta enim ipſa per axem, plano ad ſuperficiem humidi recto, ſit ſectio ſuperficiei portionis APOL rectanguli coni ſectio: ſuperficiei humidi ſectio ſit AS: axis autem portionis, ac ſectionis diameter NO: et ſecetur in F quidem ita, ut OF ſit dupla ipſius FN; in Ω vero, ut NO ad FΩ eandem habeat proportionem, quam quindecim ad quatuor: et ipſi NO ad rectos angulos ducatur ΩK. Itaque quoniam NO ad FΩ majorem habet proportionem, quam ad eam, quæ uſque ad axem; ſit ei, quæ uſque ad axem æqualis FB: et ducatur PC quidem ipſi AS æquidiſtans, contingenſque ſectionem APOL in P; PI vero æquidiſtans ipſi NO: et primum ſecet PI ipſam KΩ in H. Quoniam ergo in portione APOL,



quæ continetur recta linea, et rectanguli coni ſectione, KΩ quidem æquidiſtans eſt ipſi AL; PI vero diametro æquidiſtat: ſecaturque ab ipſa KΩ in H: et AS æquidiſtat contingenti in P: neceſſarium eſt ipſam PI ad PH vel eandem proportionem habere, quam habet NΩ ad ΩO, vel majorem: hoc enim jam demonſtratum eſt. At vero NΩ ſeſquialtera eſt ipſius ΩO. Et PI igitur vel ſeſquialtera eſt ipſius HP; vel major, quam ſeſquialtera. Quare PH ipſius HI aut dupla eſt, aut minor, quam dupla. Sit autem PT dupla TI. Erit centrum gravitatis ejus, quod eſt in humido, punctum T. Itaque juncta TF producatur; ſitque ejus, quod extra humidum gravitatis centrum G: et a puncto B ad rectos angulos ducatur ipſi NO ducatur BR. Quod cum PI quidem ſit æquidiſtans diametro NO: BR autem ad diametrum perpendicularis: et FB æqualis ei, quæ uſque ad axem: perſpicuum eſt FR productam æquales facere angulos cum ea, quæ ſectionem APOL in puncto P contingit. Quare et cum AS: et cum ſuperficie humidi. Lineæ autem ductæ per T, G æquidiſtantes ipſi FR, erunt et ad humidi ſuperficiem perpendiculares: et ſolidi APOL magnitudo, quæ et intra humidum ſurſum feretur ſecundum perpendicularem per T ductam; quæ vero extra humidum ſecundum eam, quæ per G, deorſum feretur. Revolvetur ergo ſolidum APOL: et baſis ipſius nullo modo humidi ſuperficiem continget. At ſi PI lineam KΩ non ſecet, ut in ſecunda figura; manifeſtum eſt punctum T, quod eſt centrum gravitatis demerſæ portionis, cadere inter P et I: et reliqua ſimiliter demonſtrabuntur.




PROP. VII.


Recta portio conoidis rectanguli, quando levior humido axem habuerit majorem quidem quam ſeſquialterum ejus, quæ uſque ad axem; minorem vero, quam ut ad eam, quæ uſque ad axem proportionem habeat, quam quindecim ad quatuor: in humidum demiſſa, adeo ut baſis ipſius tota ſit in humido; nunquam conſiſtet ita, ut baſis contingat humidi ſuperficiem: ſed ut tota in humido ſit, et nullo modo ejus ſuperficiem contingat.

Sit portio qualis dicta eſt: et demittatur in humidum, ut diximus, adeo ut baſis ipſius in uno

puncto contingat humidi ſuperficiem. Demonſtrandum eſt non manere ipſam: ſed revolvi ita ut baſis ſuperficiem humidi nullo modo contingat.



Secta enim ipſa plano per axem, recto ad ſuperficiem humidi, ſectio ſit APOL rectanguli coni ſectio: ſuperficiei humidi ſectio ſit SL: axis portionis, et ſectionis diameter PF: ſeceturque PF in R quidem ita ut RP ſit dupla ipſius RF; in Ω autem ut PF ad RΩ proportionem habeat, quam quindecim ad quatuor: et ΩK ipſi PF ad rectos angulos ducatur. Erit RΩ minor, quam quæ uſque ad axem. Itaque accipiatur ei, quæ uſque ad axem æqualis RH: et CO quidem ducatur contingens ſectionem in O, quæ ipſi SL æquidiſtet; NO autem æquidiſtet PF: et primum ipſam KΩ ſecet, atque in puncto I. Similiter ut in ſuperioribus demonſtrabitur NO, vel ſeſquialtera ipſius OI, vel major, quam ſeſquialtera. Sit autem OI minor, quam dupla ipſius IN: ſitque OB dupla BN: et diſponantur eadem, quæ ſupra. Similiter demonſtrabimus, ſi ducatur linea RT, facere eam angulos rectos cum linea CO, et cum ſuperficie humidi. Quare a punctis B, G lineæ ductæ ipſi RT æquidiſtantes, etiam ad humidi ſuperficiem perpendiculares erunt. Portio igitur quæ eſt extra humidum deorſum feretur ſecundum eam perpendicularem, quæ per B tranſit; quæ vero intra humidum, ſecundum eam, quæ per G, ſurſum feretur. Ex quibus conſtat revolvi ſolidum, ita ut baſis ipſius nullo modo humidi ſuperficiem contingat: quoniam nunc in uno puncto contingens deorſum fertur ex parte L. Quod ſi NO non ſecuerit ipſam ΩK, eadem nihilominus demonſtrabuntur.





PROP. VIII.

Recta portio conoidis rectanguli, quando axem habuerit majorem quidem, quam ſeſquialterum ejus, quæ uſque ad axem; minorem vero, quam ut ad eam, quæ uſque ad axem proportionem habeat, quam quindecim ad quatuor: ſi in gravitate ad humidum habeat proportionem minorem ea, quam quadratum, quod fit ab exceſſu, quo axis major eſt, quam ſeſquialter ejus, quæ uſque ad axem, habet ad quadratum, quod ab axe: demiſſa in humidum, ita ut baſis ipſius humidum non contingat; neque in rectum reſtituetur, neque manebit inclinata, niſi quando axis cum ſuperficie humidi angulum fecerit æqualem ei, de quo infra dicetur.

Sit portio qualis dicta eſt; ſitque BD æqualis axi: et BK quidem dupla ipſius KD: RK vero æqualis ei, quæ uſque ad axem: et ſit CB ſeſquialtera BR. Erit et CD ipſius KR ſeſquialtera. Quam vero proportionem habet portio ad humidum in gravitate, habeat quadratum FQ ad quadratum DB: et ſit F dupla ipſius Q. Perſpicuum igitur eſt FQ ad DB proportionem minorem habere ea, quam habet CB ad BD. Eſt enim CB exceſſus, quo axis major eſt, quam ſeſquialter ejus, quæ uſque ad axem: quare FQ minor eſt ipſa BC: et idcirco F minor ipſa BR. Sit ipſi F æqualis RΨ: ducaturque ad BD perpendicularis ΨE, quæ poſſit dimidium ejus, quod lineis KR, ΨB continetur: et jungatur BE. Demonſtrandum eſt portionem in humidum demiſſam,

ſicuti dictum eſt, conſiſtere inclinatam ita, ut axis cum ſuperficie humidi angulum faciat angulo E B Ψ æqualem.





Demittatur enim aliqua portio in humidum, ut baſis ipſius humidi ſuperficiem non contingat: et ſi fieri poteſt, axis cum ſuperficie humidi non faciat angulum æqualem angulo E B Ψ; ſed primo majorem. Secta autem portione plano per axem, recto ad ſuperficiem humidi, ſit ſectio A P O L rectanguli coni ſectio: ſuperficiei humidi ſectio X S: ſitque axis portionis, et ſectionis diameter N O: et ducatur P Y quidem ipſi X S æquidiſtans, quæ ſectionem A P O L contingat in P: P M vero æquidiſtans ipſi N O: et P I ad N O perpendicularis. Sit præterea B R æqualis O Ω. Itemque R K ipſi T Ω: et Ω H perpendicularis ad axem. Itaque quoniam ponitur axis portionis cum ſuperficie humidi facere angulum majorem angulo B: erit angulus P Y I angulo B major. Majorem ergo proportionem habet quadratum P I ad quadratum Y I, quam quadratum E Ψ ad Ψ B quadratum. Sed quam proportionem habet quadratum P I ad quadratum I Y, eandem linea K R habet ad lineam I Y: et quam proportionem habet quadratum E Ψ ad quadratum Ψ B, eandem habet dimidium lineæ K R ad lineam Ψ B. Quare majorem habet proportionem K R ad I Y, quam dimidium K R ad Ψ B: et idcirco I Y minor eſt, quam dupla Ψ B. Eſt autem ipſius O I dupla. Ergo O I minor eſt, quam Ψ B: et I Ω major, quam Ψ R. Sed Ψ R eſt æqualis ipſi F. Major igitur eſt I Ω, quam F. Et quoniam portio ad humidum in gravitate eam ponitur habere proportionem, quam quadratum F Q ad quadratum BD: quam vero proportionem habet portio ad humidum in gravitate, eam habet pars ipſius demerſa ad totam portionem: et quam pars ipſius demerſa habet ad totam, eandem habet quadratum P M ad quadratum O N: ſequitur quadratum P M ad quadratum O N eam proportionem habere, quam quadratum F Q ad B D quadratum. Atque ideo F Q æqualis eſt ipſi P M. Demonſtrata eſt autem P H major, quam F. Conſtat igitur P M minorem eſſe, quam ſeſquialteram ipſius P H: et idcirco P H majorem, quam duplam H M. Sit P Z ipſius Z M dupla. Erit T quidem centrum gravitatis totius ſolidi: centrum ejus partis, quæ intra humidum, punctum Z: reliquæ vero partis centrum erit in linea Z T producta uſque ad G. Eodem modo demonſtrabitur linea T H perpendicularis ad ſuperficiem humidi. Et portio demerſa in humido feretur extra humidum ſecundum perpendicularem, quæ per Z ad humidi ſuperficiem ducta fuerit: quæ autem eſt extra humidum ſecundum eam, quæ per G, intra humidum feretur. Non ergo manebit portio ſic inclinata, ut ponitur: ſed neque reſtituetur recta: quoniam perpendicularium per Z, G ductarum, quæ quidem per Z ducitur, ad eas partes cadit, in quibus eſt L; et quæ per G ad eas, in quibus eſt A. Quare ſequitur centrum Z ſurſum ferri: et G deorſum. Ergo partes totius ſolidi, quæ ſunt ad A, deorſum; quæ vero ad L, ſurſum ferentur. Rurſus alia eadem ponantur: axis autem portionis cum ſuperficie humidi angulum faciat minorem eo, qui eſt ad B. Minorem igitur proportionem habet quadratum P I ad quadratum I Y, quam quadratum E Ψ ad Ψ B quadratum: quare K R ad I Y minorem proportionem habet, quam dimidium K R ad Ψ B: et propterea I Y major eſt, quam dupla Ψ B. Eſt autem ipſius O I dupla. Ergo O I ipſa Ψ B major erit.

Sed tota O Ω eſt æqualis ipſi R B: et reliqua Ω I minor quam Ψ R. Quare et P H minor erit, quam F. Quod cum M P ipſi F Q ſit æqualis, conſtat P M majorem eſſe, quam ſeſquialteram ipſius P H: et P H minorem, quam duplam H M. Sit P Z ipſius Z M dupla. Rurſus totius quidem ſolidi centrum gravitatis erit punctum T; ejus vero partis, quæ intra humidum, Z: et juncta Z T inveniatur centrum gravitatis ejus, quæ extra humidum in protracta, quod ſit G. Itaque per Z, G ductis perpendicularibus ad humidi ſuperficiem, quæ ipſi T H æquidiſtent; ſequitur portionem ipſam non manere, ſed revolvi adeo, ut axis cum ſuperficie humidi angulum faciat majorem eo, quem nunc facit.


Et quoniam cum antea poſuiſſem facere angulum majorem angulo B, portio neque tunc conſiſtebat; perſpicuum eſt ipſam conſiſtere, ſi angulum fecerit angulo B æqualem. Sic enim erit I O æqualis Ψ B: itemque Ω I æqualis Ψ R: et P H ipſi F. Erit igitur M P ſeſquialtera P H; et P H dupla H M. Quare cum H ſit centrum gravitatis ejus partis, quæ eſt in humido, per eandem perpendicularem, et ipſa ſurſum, et quæ extra eſt, feretur deorſum. Manebit igitur portio; quoniam altera pars ab altera non repelletur.


PROP. IX.

Recta portio conoidis rectanguli, quando axem habuerit majorem quidem, quam ſeſquialterum ejus, quæ uſque ad axem; minorem vero, quam ut ad eam, quæ uſque ad axem proportionem habeat, quam quindecim ad quatuor; et in gravitate ad humidum proportionem habeat majorem, quam exceſſus, quo quadratum, quod ſit ab axe majus eſt quadrato, quod ab exceſſu, quo axis eſt major, quam ſeſquialter ejus, quæ uſque ad axem, habet ad quadratum, quod ab axe: in humidum demiſſa adeo, ut baſis ipſius tota ſit in humido, et poſita inclinata, nec convertetur ita, ut axis ipſius ſecundum perpendicularem ſit, nec manebit inclinata, niſi quando axis cum ſuperficie humidi angulum fecerit æqualem angulo ſimiliter ut prius, aſſumpto.

Sit portio, qualis dicta eſt: ponaturque D B æqualis axi portionis: et B K quidem ſit dupla ipſius K D; K R autem æqualis ei, quæ uſque ad axem: et C B ſeſquialtera B R. Quam vero proportionem habet portio ad humidum in gravitate, eam habeat exceſſus, quo quadratum B D excedit quadratum F Q, ad ipſum B D quadratum: et ſit F ipſius Q dupla. Conſtat igitur exceſſum, quo quadratum B D excedit quadratum B C ad quadratum B D, minorem habere proportionem, quam exceſſus, quo quadratum B D excedit quadratum F Q ad B D quadratum. Eſt enim B C exceſſus quo axis portionis major eſt, quam ſeſquialter ejus, quæ uſque ad axem. Quare quadratum B D magis excedit quadratum F Q, quam B C quadratum: et idcirco linea F Q minor eſt, quam B C: itemque F minor, quam B R. Sit ipſi F æqualis R Ψ: et ducatur Ψ E perpendicularis ad B D, quæ poſſit dimidium ejus, quod ipſis K R, Ψ B, continetur. Dico portionem in humidum demiſſam adeo, ut baſis ipſius tota ſit in humido, ita conſiſtere, ut axis cum ſuperficie humidi faciat angulum angulo B æqualem.

Demittatur enim portio in humidum, ſicuti dictum eſt; et axis cum humidi ſuperficie non faciat angulum æqua-






lem ipſi B, ſed primo majorem: ſecta autem ipſa plano per axem, recto ad ſuperficiem humidi, ſectio portionis ſit A P O L rectanguli coni ſectio; ſuperficiei humidi ſectio C I; ſitque axis portionis, et ſectionis diameter N O, quæ ſecetur in punctis Ω, T, ut prius: et ducantur Y P quidem ipſi C I æquidiſtans, contingenſque ſectionem in P; M P vero æquidiſtans N O: et P S ad axem perpendicularis. Quoniam igitur axis portionis cum ſuperficie humidi facit angulum majorem angulo B; erit et angulus S Y P angulo B major. Quare quadratum P S ad quadratum S Y majorem habet proportionem, quam quadratum Ψ E ad quadratum Ψ B: et propterea K R ad S Y majorem habet, quam dimidium ipſius K R ad Ψ B. Ergo S Y minor eſt quam dupla Ψ B; et S O minor, quam Ψ B. Quare S Ω major, quam R Ψ; et P H major, quam F. Itaque quoniam portio ad humidum in gravitate eam habet proportionem, quam exceſſus, quo quadratum B D excedit quadratum F Q ad quadratum B D: quam vero proportionem habet portio ad humidum in gravitate, eandem pars ipſius demerſa habet ad totam portionem: ſequitur partem demerſam ad totam portionem, eam proportionem habere, quam exceſſus, quo quadratum B D excedit quadratum F Q, ad quadratum B D. Habebit ergo tota portio ad eam, quæ eſt extra humidum proportionem eandem, quam quadratum B D ad quadratum F Q. Sed quam proportionem habet tota portio ad eam, quæ eſt extra humidum, eandem habet quadratum N O ad quadratum P M. Ergo P M ipſi F Q æqualis erit. Demonſtrata eſt autem P H major, quam F: quare M H minor erit, quam Q; et P H major, quam dupla H M. Sit igitur P Z dupla ipſius Z M: et juncta Z T producatur ad G. Erit totius quidem portionis gravitatis centrum T: ejus, quæ eſt extra humidum, Z: reliquæ vero partis, quæ in humido, centrum erit in linea Z T producta; quod ſit G. Demonſtrabitur ſimiliter, ut prius, T H perpendicularis ad ſuperficiem humidi: et quæ per Z, G ducuntur æquidiſtantes ipſi T H, ad eandem perpendiculares. Ergo portio, quæ eſt extra humidum deorſum feretur ſecundum eam quæ per Z tranſit; quæ vero intra, ſecundum eam, quæ per G, ſurſum elevabitur. Non igitur manebit portio ſic inclinata, nec convertetur ita, ut axis ad ſuperficiem humidi ſit perpendicularis: quoniam quæ ex parte L deorſum; quæ vero ex parte A, ſurſum ferentur, ut ex jam demonſtratis apparere poteſt. Quod ſi axis cum ſuperficie humidi fecerit angulum minorem angulo B, ſimiliter demonſtrabitur, non manere portionem, ſed inclinari, donec utique axis cum ſuperficie humidi faciat angulum angulo B æqualem.

PROP. X.

Recta portio conoidis rectanguli, quando levior humido axem habuerit majorem, quam ut ad eam, quæ uſque ad axem proportionem habeat, quam quindecim ad quatuor: in humidum demiſſa, ita ut baſis ipſius non contingat humidum: non nunquam quidem recta conſiſtet; non nunquam inclinata: et interdum adeo inclinata, ut baſis ipſius in uno puncto contingat ſuperficiem humidi: idque in duabus diſpoſitionibus: interdum quidem ita, ut baſis in humidum magis demergatur: interdum vero ita, ut ſuperficiem humidi nullo modo contingat; ſecundum proportionem, quam habet ad humidum in gravitate. Eorum quæ dicta ſunt, ſingula inferius demonſtrabuntur.



Sit portio qualis dicta eſt: et ſecta ipſa plano per axem, recto ad ſuperficiem humidi, ſectio ſit A P O L rectanguli coni ſectio: axis portionis, et ſectionis diameter B D: ſeceturque B D in puncto quidem K ita, ut B K dupla ſit ipſius K D: in C vero ita, ut B D ad K C proportionem habeat eandem, quam quindecim ad quatuor. Conſtat igitur K C majorem eſſe, quam quæ uſque ad axem. Sit ei, quæ uſque ad axem, æqualis K R: et ipſius K R ſeſquialtera D S. Eſt autem et S B ſeſquialtera ipſius B R. Itaque jungatur A B; et per C ducatur C E perpendicularis ad B D, quæ lineam A B in puncto E ſecet: et per E ducatur E Z æquidiſtans B D. Rurſus ipſa

A B bifariam in T diviſa, ducatur T H eidem B D æquidiſtans: et intelligantur rectanguli coni ſectiones deſcriptæ: A E I quidem circa E Z diametrum; A T D vero circa diametrum T H; quæ ſimiles ſint portioni A B L. Tranſibit igitur A E I coni ſectio per K: et quæ ab R ducta eſt perpendicularis ad B D, ipſam A E I ſecabit. Secet in punctis Y, G: et per Y, G ducantur ipſi B D æquidiſtantes P Y Q, O G N, quæ ſecent A T D in F, X. Ducantur poſtremo, et P Φ, O χ contingentes ſectionem A P O L in punctis P, O. Cum ergo tres portiones ſint A P O L, A E I, A T D, contentæ rectis lineis, et rectangulorum conorum ſectionibus; eæque ſimiles, et inæquales, quæ contingunt ſeſe ſuper unamquanque baſim: a puncto autem N furſum ducta ſit N X G O; et a Q ipſa Q F Y P: habebit O G ad G X proportionem compoſitam ex proportione, quam habet I L ad L A; et ex proportione, quam A D habet ad D I. Sed I L ad L A habet eandem, quam duo ad quinque. Etenim C B ad B D eſt, ut ſex ad quindecim; hoc eſt ut duo ad quinque: et ut C B ad B D, ita E B ad B A: et D Z ad D A: harum autem D Z, D A duplæ ſunt ipſæ L I, L A: et A D ad D I eam proportionem habet, quam quinque ad unum. Sed proportio compoſita ex proportione, quam habet duo ad quinque; et ex proportione, quam quinque ad unum; eſt eadem, quam habent duo ad unum: duo autem ad unum duplam proportionem habent. Dupla eſt igitur G O ipſius G X: et eadem ratione oſtendetur P Y ipſius Y F dupla. Itaque quoniam D S ſeſquialtera eſt ipſius K R; erit B S exceſſus, quo axis eſt major, quam ſeſquialter ejus, quæ uſque ad axem. Si igitur portio ad humidum in gravitate eam habet proportionem, quam quadratum, quod fit a linea B S ad quadratum, quod a B D, aut majorem; in humidum demiſſa, ita ut baſis ipſius non contingat humidum, recta conſiſtet. Demonſtratum eſt enim ſuperius, portionem, cujus axis eſt major, quam ſeſquialter ejus, quæ uſque ad axem, ſi ad humidum in gravitate non minorem proportionem habeat, quam quadratum, quod fit ad exceſſu, quo axis major eſt, quam ſeſquialter ejus, quæ uſque ad axem, ad quadratum, quod ab axe; demiſſam in humidum, ita ut dictum eſt, rectam conſiſtere.*

II.

Si portio ad humidum in gravitate minorem quidem proportionem habeat, quam quadratum S B ad quadratum B D; majorem vero, quam quadratum X O ad quadratum B D; demiſſa in humidum, adeo inclinata, ut baſis ipſius non contingat humidum, inclinata conſiſtet; ita ut baſis ſuperficiem humidi nullo modo contingat; et axis cum humidi ſuperficie angulum faciat majorem angulo χ.

III.

Si portio ad humidum in gravitate, eam habeat proportionem, quam quadratum X O ad quadratum B D; demiſſa in humidum inclinata adeo, ut baſis ipſius non contingat humidum; conſiſtet, et manebit ita, ut baſis in uno puncto humidi ſuperficiem contingat: et axis cum ſuperficie humidi angulum faciat angulo χ æqualem. Quod ſi portio ad humidum in gravitate eam proportionem habeat, quam quadratum P F ad quadratum B D; in humidum demiſſa, et poſita inclinata adeo, ut baſis ipſius non contingat humidum; conſiſtet inclinata, ita ut baſis in uno puncto humidi ſuperficiem contingat: et axis cum ea faciat angulum angulo Φ æqualem.

IV.

Si portio ad humidum in gravitate majorem quidem proportionem habeat, quam quadratum F P ad quadratum B D; minorem vero, quam quadratum X O ad B D quadratum; in humidum demiſſa, et inclinata adeo, ut baſis ipſius non contingat humidum conſiſtet, et manebit ita, ut baſis in humidum magis demergatur.


V.

Si portio ad humidum in gravitate proportionem habeat minorem, quam quadratum F P ad quadratum B D: demiſſa in humidum, et poſita inclinata adeo ut baſis ipſius non contingat humidum: conſiſtet inclinata, ita ut axis ipſius cum humidi ſuperficie angulum faciat minorem angulo Φ: et baſis nullo modo ſuperficiem humidi contingat. Hæc autem omnia deinceps demonſtrabuntur.

* Quæ hac decima Propoſitione continentur, Archimedes in quinque partes diſſecuit, quarum primam, ut ſupra, demonſtravit.


DEMONSTRATIO SECUNDÆ PARTIS.

Itaque primum habeat portio ad humidum in gravitate proportionem quidem majorem, quam quadratum X O ad quadratum B D; minorem vero, quam quadratum, quod fit ab exceſſu, quo axis eſt major, quam ſeſquialter ejus, quæ uſque ad axem, ad quadratum B D: et quam proportionem habet portio ad humidum in gravitate, eam habeat quadratum, quod fit a linea Ψ ad quadratum B D: erit Ψ major quidem, quam X O, minor vero, quam exceſſus, quo axis eſt major, quam ſeſquialter ejus, quæ uſque ad axem. Aptetur quædam recta linea M N conicis ſectionibus A M Q L, A X D interjecta; ac media, quæ lineæ Ψ ſit æqualis; ſecetque reliquam coni ſectionem in puncto H; et rectam lineam R G in V. Demonſtrabitur



M H dupla ipſius H N, ſicuti demonſtratum eſt O G ipſius G X duplam eſſe. A puncto autem M ducatur M Y contingens ſectionem A M Q L in M: et M C ad B D perpendicularis. Poſtea ducta A N, et producta ad Q, lineæ A N, N Q inter ſe æquales erunt. Quoniam enim in ſimilibus portionibus A M Q L, A X D ductæ ſunt a baſibus ad portiones lineæ A Q, A N, quæ æquales angulos continent cum ipſis baſibus, eandem proportionem habebit Q A ad A N, quam L A ad A D. Æqualis eſt ergo A N ipſi N Q; et A Q ipſi M Y æquidiſtans. Demonſtrandum eſt portionem in humidum demiſſam, inclinatamque adeo, ut baſis ipſius non contingat humidum, inclinatam conſiſtere ita, ut baſis ſuperficiem humidi nullo modo contingat: et axis cum ea faciat angulum angulo χ majorem.

Demittatur enim in humidum, conſiſtatque ita, ut baſis ipſius in uno puncto contingat humidi ſuperficiem: et ſecta ipſa portione per axem, plano ad humidi ſuperficiem recto; ſuperficiei quidem portionis ſectio ſit A P O L rectanguli coni ſectio: ſuperficiei humidi ſectio ſit A O: axis autem portionis, et ſectionis diameter B D: et ſecetur B D in punctis K, R, ut dictum eſt: ducatur etiam P G æquidiſtans ipſi A O, quæ ſectionem A P O L contingat in P: atque ab eo puncto ducatur P T æquidiſtans ipſi B D; et P S ad B D perpendicularis. Itaque quoniam portio ad humidum in gravitate eam proportionem habet, quam quadratum, quod fit a linea Ψ ad quadratum B D: quam vero proportionem habet portio ad humidum, eandem pars ipſius demerſa habet ad totam portionem: et quam pars demerſa ad totam, eandem habet quadratum




T P ad B D quadratum: erit linea Ψ æqualis ipſi T P. Quare et lineæ M N, P T; itemque portiones A M Q, A P O inter ſe ſunt æquales. Quod cum in portionibus æqualibus, et ſimilibus, A P O L, A M Q L ab extremitatibus baſium ductæ ſint A O, A Q ita, ut portiones ablatæ faciant cum diametris angulos æquales; et anguli, qui ad Y, G: et lineæ Y B, G B, et B C, B S inter ſe æquales erunt. Quare et ipſæ C R, S R: et M V, P Z: et V N, Z T. Quoniam igitur M V minor eſt, quam dupla V N; conſtat P Z ipſius Z T minorem eſſe, quam duplam. Sit P Ω dupla ipſius Ω T: et juncta Ω K ad E producatur. Ergo totius quidem portionis centrum gravitatis erit punctum K; partis ejus, quæ in humido eſt, centrum Ω; ejus vero, quæ extra humidum in


linea KE, quod ſit E. Sed linea KZ perpendicularis erit ad ſuperficiem humidi. Quare et lineæ quæ per puncta E, Ω, æquidiſtantes ipſi KZ ducuntur. Non ergo manebit portio, ſed revolvetur ita, ut baſis ipſius ſuperficiem humidi nullo modo contingat: quoniam nunc in uno puncto contingens, ſurſum fertur ex parte A. Perſpicuum eſt igitur portionem conſiſtere ita, ut axis cum ſuperficie humidi faciat angulum majorem angulo χ.

DEMONSTRATIO TERTIÆ PARTIS.

Habeat deinde portio ad humidum eam in gravitate proportionem, quam quadratum XO habet ad quadratum BD: et in humidum demittatur adeo inclinata, ut baſis ipſius non contingat humidum. Secta autem ipſa per axem plano ad humidi ſuperficiem recto, ſolidi ſectio ſit rectanguli coni ſectio APML: ſuperficiei humidi ſectio ſit IM: axis portionis, et ſectionis diameter BD: ſeceturque BD ſicuti prius: et ducatur PN quidem ipſi IM æquidiſtans, et contingens ſectionem in P; PT vero æquidiſtans BD, et PS ad ipſam BD perpendicularis. Demonſtrandum eſt, portionem non conſiſtere ita, ſed inclinari, donec baſis in uno puncto ſuperficiem humidi contingat. Maneant enim eadem, quæ in ſuperiori figura:




ducaturque OC ad BD perpendicularis: et juncta AX ad Q producatur. Erit AX æqualis ipſi XQ. Deinde ducatur Oχ ipſi AQ æquidiſtans. Quoniam igitur portio ad humidum eam in gravitate proportionem habere ponitur, quam quadratum XO ad quadratum BD: et eandem proportionem habet pars ipſius demerſa ad totam; hoc eſt quadratum TP ad quadratum BD: æqualis utique erit TP ipſi XO: cumque portionum IPM, AOQ diametri ſint æquales, et portiones ipſæ æquales erunt. Rurſus quoniam in portionibus æqualibus, et ſimilibus AOQL, APML, ductæ ſunt lineæ AQ, IM, quæ æquales portiones auferunt; illa quidem ab extremitate baſis, hæc autem non ab extremitate: conſtat eam, quæ ab extremitate baſis ducta eſt, minorem facere angulum acutum cum diametro totius portionis. Et quoniam angulus, qui ad χ, minor eſt angulo,




qui ad N; major erit BC, quam BS: CR autem, quam SR minor. Quare et OG minor, quam PZ: et GX major, quam ZT. Ergo PZ major eſt, quam dupla ZT; quia OG ipſius GX eſt dupla. Sit PH dupla HT: et juncta HK ad Ω producatur. Erit totius quidem portionis centrum gravitatis K; partis ejus, quæ intra humidum, H; ejus vero, quæ extra humidum, in linea KΩ, quod ſit Ω. Itaque demonſtrabitur ſimiliter et KZ ad humidi ſuperficiem perpendicularis, et quæ per puncta H, Ω æquidiſtantes ipſi KZ ducuntur. Quare non manebit portio, ſed inclinabitur, donec baſis ipſius in uno puncto contingat ſuperficiem humidi: atque ita conſiſtet. Nam in portionibus æqualibus AOQL, APML, ductæ erunt ab extremitatibus baſium AQ, AM, quæ

æquales portiones abſcindunt: etenim A O Q ipſi A P M, ut in ſuperioribus, æqualis demonſtrabitur. Ergo æquales faciunt acutos angulos A Q, A M cum diametris baſium: quod anguli ad χ et N æquales ſint. Quare ſi ducta H K ad Ω producatur, erit totius portionis gravitatis centrum K; partis ejus, quæ in humido, H; at ejus, quæ extra humidum, in linea H K; quod ſit Ω: et H K ad humidi ſuperficiem perpendicularis. Per eaſdem igitur rectas lineas, quod quidem in humido eſt, ſurſum, et quod extra humidum deorſum feretur. Quare manebit portio, cujus baſis humidi ſuperficiem in uno puncto continget: et axis cum ipſa angulum faciet æqualem angulo χ. Similiter demonſtrabitur portionem, quæ ad humidum in gravitate eandem proportionem habeat, quam quadratum P F ad quadratum B D in humidum demiſſam, ita ut baſis ipſius non contingat humidum, inclinatam conſiſtere adeo, ut baſis in uno puncto humidi ſuperficiem contingat: et axis cum ipſa faciat angulum angulo Φ æqualem.




DEMONSTRATIO QUARTÆ PARTIS.


Habeat rurſum portio ad humidum in gravitate proportionem quidem majorem, quam quadratum F P ad quadratum B D; minorem vero, quam quadratum X O ad B D quadratum: et quam proportionem habet portio ad humidum in gravitate, eandem habeat quadratum, quod ſit a linea Ψ ad quadratum B D. Erit Ψ major, quam F P, et minor, quam X O. Aptetur ergo quædam recta linea I V inter portiones A V Q L, A X D interjecta, quæ ſit æqualis Ψ, et ipſi B D æquidiſtans: occurratque reliquæ ſectioni in Y. Rurſus V Y dupla ipſius Y I demonſtrabitur, ſicuti demonſtrata eſt O G ipſius G X dupla. Ducatur autem ab V linea V Ω, quæ ſectionem A V Q L in V contingat: et juncta A I ad Q producatur. Eodem modo oſtendemus lineam A I ipſi I Q æqualem eſſe: et A Q ipſi V Ω æquidiſtantem. Demonſtrandum eſt portionem in humidum demiſſam, inclinatamque adeo, ut baſis ipſius non contingat humidum, ita conſiſtere, ut baſis in humidum magis demergatur quam ut in uno puncto ejus ſuperficiem contingat.



Demittatur enim in humidum, ut dictum eſt; et jaceat primo ſic inclinata, ut baſis nullo modo contingat ſuperficiem humidi. Secta autem ipſa plano per axem ad humidi ſuperficiem recto, ſit portionis ſectio A N Z G; ſuperficiei humidi E Z: axis portionis, et ſectionis diameter B D: ſeceturque B D in punctis K, R, ſicuti prius; et ducatur N L quidem ipſi E Z æquidiſtans; quæ contingat ſectionem A N Z G in N; et N T æquidiſtans ipſi B D: N S vero ad B D perpendicularis. Itaque quoniam portio ad humidum in gravitate eam proportionem habet, quam quadratum, quod ſit a linea Ψ ad quadratum B D: erit Ψ ipſi N T æqualis: quod ſimiliter demonſtrabitur, ut ſuperius. Quare et N T eſt æqualis ipſi V I. Portiones igitur A V Q, E N Z inter ſe ſunt




æquales. Et cum in æqualibus, et ſimilibus portionibus A V Q L, A N Z G ductæ ſint A Q, E Z, quæ æquales portiones auferunt; illa quidem ab extremitate baſis; hæc autem non ab extremitate: minorem faciet acutum angulum cum portionis diametro, quæ ab extremitate baſis ducitur. At triangulorum N L S, V Ω C angulus ad L angulo ad Ω major eſt. Ergo B S minor erit, quam B C: et S R major, quam C R: ideoque N χ major, quam V H; et χ T minor, quam H I. Quoniam igitur V Y dupla eſt ipſius Y I; conſtat N χ majorem eſſe, quam duplam χ T. Sit N M dupla ipſius M T. Perſpicuum eſt ex iis, quæ dicta ſunt, non manere portionem; ſed inclinari, donec ejus baſis contingat ſuperficiem humidi: contingat autem in puncto uno, ut patet in figura: et alia eadem diſponantur demonſtrabimus rurſum N T æqualem eſſe ipſi V I: et portiones A V Q, A N Z inter ſeſe æquales. Itaque quoniam in portionibus æqualibus, et ſimilibus A V Q L, A N Z G ductæ ſunt A Q, A Z, portiones æquales auferentes; cum diametris portionum æquales angulos continebunt. Ergo triangulorum N L S, V Ω C anguli, qui conſiſtunt ad L, Ω puncta, æquales ſunt: et B S recta linea æqualis ipſi B C: S R ipſi C R, N χ ipſi V H: et χ T ipſi H I. Quod cum V Y dupla ſit ipſius Y I, erit N χ major, quam dupla χ T. Sit igitur N M ipſius M T dupla. Rurſus ex his manifeſtum eſt, non manere ipſam portionem; ſed inclinari ex parte A: ponebatur autem portio humidi ſuperficiem in uno puncto contingere. Ergo neceſſe eſt, ut ejus baſis in humidum magis demergatur.




DEMONSTRATIO QUINTÆ PARTIS.


Habeat denique portio ad humidum in gravitate minorem proportionem, quam quadratum F P ad quadratum B D: et quam proportionem habet portio ad humidum in gravitate, eandem quadratum, quod ſit a linea Ψ habeat ad quadratum B D. Erit Ψ minor ipſa P F. Rurſus aptetur quædam recta linea V I, ſectionibus A V Q L, A X D interjecta, et ipſi B D æquidiſtans; quæ mediam coni ſectionem in puncto H, et rectam lineam R Y in Y ſecet. Demonſtrabitur V H dupla H I, quemadmodum demonſtrata eſt O G ipſius G X dupla. Ducatur poſtea V Ω contingens A V Q L ſectionem in V: et G C ad B D perpendicularis:



junctaque A I producatur ad Q. Erit ergo A I æqualis I Q: et A Q ipſi G Ω æquidiſtans. Demonſtrandum eſt portionem in humidum demiſſam, inclinatamque adeo, ut baſis ipſius non contingat humidum, conſiſtere inclinatam ita, ut axis cum ſuperficie humidi angulum faciat minorem angulo Φ: et baſis humidi ſuperficiem nullo modo contingat.

Demittatur enim in humidum; et conſiſtat ita, ut baſis ipſius in uno puncto contingat ſuperficiem humidi. Secta autem portione per axem, plano ad humidi ſuperficiem recto, ſit portionis ſectio A N Z L, rectanguli coni ſectio: ſuperficiei humidi A Z: axis autem portionis, et ſectionis diameter B D: ſeceturque B D in punctis K, R, ut ſuperius dictum eſt: et ducatur N F quidem ipſi A Z æquidiſtans, et contingens coni ſectionem in puncto N; N T vero æquidiſtans ipſi B D: et N S ad eandem perpendicularis. Quoniam igitur portio ad humidum in gravitate, eam habet proportionem, quam quadratum, quod ſit à Ψ ad quadratum B D: et quam habet portio ad humidum in gravitate, eandem quadratum N T habet ad B D quadratum, ex iis, quæ dicta ſunt: conſtat N T lineæ Ψ æqualem eſſe. Quare et portiones A N Z, A G Q ſunt æquales. Et quoniam in portionibus æqualibus, et ſimilibus A G Q L, A N Z L, ab extremitatibus baſium ductæ ſunt A Q, A Z, quæ æquales portiones abſcindunt: perſpicuum eſt angulos facere æquales cum portionum diametris: et triangulorum N F S, G Ω C, angulos, qui ad F, Ω æquales eſſe: itemque æquales inter ſe, S B, C B; et S R, C R. Quare et N χ, G Y æquales: et χ T, Y I. Cumque G H dupla ſit ipſius H I, erit N χ minor, quam dupla ipſius χ T. Sit igitur N M ipſius M T dupla: et juncta M K protrahatur ad E. Itaque centrum gravitatis totius erit punctum K: partis ejus, quæ eſt in humido, punctum M: ejus autem, quæ extra humidum, in linea protracta, quod ſit E. Ergo ex proxime demonſtratis patet, non manere portionem, ſed inclinari adeo, ut baſis nullo modo ſuperficiem humidi contingat. At vero portionem conſiſtere ita, ut axis cum ſuperficie humidi faciat angulum angulo Φ minorem, ſic demonſtrabitur. Conſiſtat enim, ſi fieri poteſt, ut non faciat angulum minorem angulo Φ: et alia eadem diſponantur; ut in ſubjecta figura. Eodem modo demonſtrabimus N T æqualem eſſe Ψ, et propterea ipſi G I. Et quoniam triangulorum P Φ C, N F S angulus F non eſt minor angulo Φ, non erit B S major,





quam BC. Ergo neque SR minor quam CR: neque Nχ minor quam PY. Sed cum PF ſit major, quam NT: ſitque PF ſeſquialtera PY: erit NT minor, quam ſeſquialtera Nχ: et idcirco Nχ major quam dupla χT. Sit autem NM dupla MT: et juncta MK producatur. Conſtat igitur ex jam dictis non manere portionem; ſed revolvi ita, ut axis cum ſuperficie humidi faciat angulum angulo φ minorem.

ARCHIMEDIS,

UT ALIQUI CREDUNT,

LEMMATA


ABRAHAMI ECCHELLENSIS STUDIO

EX ARABICO IN LATINUM SERMONEM CONVERSA.

PROPOSITIO I.

SI mutuo ſe tangant duo circuli, ut duo circuli A E B, C E D in E, fuerintque eorum diametri parallelæ, ut ſunt duæ diametri A B, C D, et jungantur duo puncta B, D, et contactus E lineis D E, B D, erit linea B E recta.


Sint duo centra G, F, et jungamus G F, et producamus ad E, et educamus D H parallelam ipſi G F. Et quia H F æqualis eſt ipſi G D, ſuntque G D, E G æquales; ergo ex æqualibus F B, F E remanebunt G F, nempe D H, et H B, quæ erunt æquales, atque duo anguli H D B, H B D æquales. Et quia duo anguli E G D, E F B atque duo anguli E G D, D H B ſunt æquales, remanebunt duo anguli G E D, G D E, qui inter ſe, et duobus angulis H D B, H B D æquales erunt. Ergo angulus E D G æqualis eſt angulo D B F. Et comprehenſus angulus G D B eſt communis. Ergo erunt duo anguli G D B, F B D (qui ſunt pares duobus rectis) æquales duobus angulis G D B, G D E. Igitur ipſi quoque ſunt æquales duobus rectis. Ergo linea E D B eſt recta: et hoc eſt, quod volumus.



PROP. II.

Sit C B A ſemicirculus, quem rectæ contingant D C, D B; ſitque B E ad A C normalis; ducaturque recta A D et occurrat rectæ B E in F. Erit B F ipſi F E æqualis.

Jungatur enim A B, eaque cum C D producta in puncto I concurrat. Tum vero a puncto G, quod ſemicirculi C B A centrum eſt, jungatur G B; ducaturque, a puncto B, B H ipſi A C parallela. Et quoniam angulus E B H æqualis eſt angulo G B D, erit utique angulus D B H, communi ablato E B D, æqualis angulo G B E. Æqualis eſt autem angulus I B H angulo A B G, cum uterque angulo I A C ſit æqualis. Igitur angulus I B D, qui ex duobus componitur D B H, I B H, æqualis eſt angulo A B E, qui componitur ex duobus G B E, A B G. At vero etiam angulus B I D æqualis eſt angulo A B E. Igitur angulus I B D æqualis eſt angulo B I D. Quæ enim eidem



ſunt æqualia et ſibi invicem ſunt æqualia. Hinc etiam recta B D rectæ I D æqualis eſt. Et cum æquales invicem ſint rectæ B E, D C, æquales invicem erunt ipſæ etiam I D, D C. Quoniam vero ſimilia ſunt triangula tum A I D, A B F; tum A I C, A B E; tum A D C, A F E: ut I D ad B F, ita ſe habet D C ad F E; et permutando, ut I D ad D C, ita B F ad F E. Æqualis eſt autem I D ipſi D C. Æqualis eſt igitur etiam B F ipſi F E. Quod oportebat demonſtrare.


Atque ita propoſitio vera eſſe deprehenditur, quo normalis cunque cadat B E, quam Arabus Interpres ponit in centrum G cadere, Græci Auctoris mentem non aſſecutus. Itaque, rejecta ejus demonſtratione ut peculiari, generaliſſimam attulimus.*


PROP. III.

Sit C A ſegmentum circuli, et B punctum ſuper illud ubicumque, et B D perpendicularis ſuper A C, et ſegmentum D E æquale D A, et arcus B F æqualis arcui B A: utique juncta C F erit æqualis ipſi C E.

Demonſtratio. Jungamus lineas A B, B F, F E, E B. Et quia arcus B A æqualis eſt arcui B F, erit A B æqualis B F. Et quia A D æqualis eſt E D, et duo anguli D ſunt recti, et D B communis, ergo








A B æqualis eſt B E, et propterea B F, B E ſunt æquales; et duo anguli B F E, B E F ſunt æquales. Et quia quadrilaterum C F B A eſt in circulo, erit angulus C F B cum angulo C A B ipſi oppoſito, immo cum angulo B E A, æqualis duobus rectis. Sed angulus C E B cum angulo B E A, æquales ſunt duobus rectis. Ergo duo anguli C F B, C E B ſunt æquales, et remanent C F E, C E F æquales. Ergo C E æqualis eſt C F: et hoc eſt quod voluimus.

PROP. IV.

Sit A B C ſemicirculus, et fiant ſuper A C diametrum duo ſemicirculi, quorum unus A D, alter vero D C, et D B perpendicularis. Utique figura proveniens, quam vocat Archimedes *ARBELON*, id eſt ſuperficies comprehenſa ab arcu ſemicirculi majoris, et duabus circumferentiis ſemicirculorum minorum, eſt æqualis circulo, cujus diameter eſt perpendicularis D B.

Demonſtratio. Quia linea D B media proportionalis eſt inter duas lineas D A, D C, erit planum A D in D C æquale quadrato D B. Et ponamus A D in D C cum duobus quadratis A D, D C communiter. Fiet planum A D in D C bis cum duobus quadratis A D, D C, nempe quadratum A C, æquale duplo quadrati D B cum duobus quadratis A D, D C. Et proportio circulorum eadem eſt, ac proportio quadratorum. Ergo circulus, cujus diameter eſt A C, æqualis eſt duplo circuli, cujus diameter eſt D B cum duobus circulis, quorum diametri ſunt A D, D C, et ſemicirculus A C æqualis eſt circulo, cujus diameter eſt D B cum duobus ſemicirculis A D, D C. Et auferamus duos ſemicirculos A D, D C communiter, remanent figura, quam continent ſemicirculi A C, A D, D C: et eſt figura, quam vocavit Archimedes Arbelon, æqualis circulo, cujus diameter eſt D B, et hoc eſt quod voluimus.




PROP. V.

Si fuerit ſemicirculus A B, et ſignatum fuerit in ejus diametro punctum C ubicumque, et fiant ſuper diametrum duo ſemicirculi A C, C B, et educatur ex C perpendicularis C D ſuper A B, et deſcribantur ad utraſque partes duo circuli tangentes illam, et tangentes ſemicirculos, utique illi duo circuli ſunt æquales.

* Vide Præfationem, Pag. xix.

Demonſtratio. Sit alter circulorum tangens D C in E, et ſemicirculum A B in F, et ſemicirculum A C in G, et educamus diametrum H E. Erit parallela diametro A B, eo quod duo anguli H E C, A C E, ſunt recti. Et jungamus F H, H A, ergo linea A F eſt recta, uti dictum eſt in propoſitione 1. et occurrent A F, C E in D, eo quod egrediuntur ab angulis A, C minoribus duobus rectis. Et jungamus etiam F E, E B. Ergo E F B eſt etiam recta, uti diximus: et eſt perpendicularis ſuper A D, eo quod angulus A F B eſt rectus, quia cadit in ſemicirculum A B. Et jungamus H G, G C. Erit H C etiam recta. Et jungamus E G, G A. Erit E A recta, et producamus eam ad I. Et jungamus B I,




quæ ſit etiam perpendicularis ſuper A I. Et jungamus D I. Et quia A D, A B ſunt duæ rectæ, et educta ex D ad lineam A B perpendicularis D C, et ex B ad D A perpendicularis B F; quæ ſe mutuo ſecant in E, et educta A E ad I eſt perpendicularis ſuper B I, erunt B I D rectæ, quemadmodum oſtendimus in Propoſitionibus, quas confecimus in expoſitione tractatus de triangulis rectangulis. Et quia duo anguli A G C, A I B ſunt recti, utique B D, C G ſunt parallelæ, et proportio A D ad D H, quæ eſt ut A C ad H E, eſt ut proportio A B ad B C. Ergo rectangulum A C in C B æquale eſt rectangulo A B in H E. Et ſimiliter demonſtratur in circulo L M N, quod rectangulum A C in C B æquale ſit rectangulo A B in ſuam diametrum: et demonſtratur inde etiam, quod duæ diametri circulorum E F G, L M N, ſint æquales. Ergo illi duo circuli ſunt æquales. Et hoc eſt quod voluimus.

P R O P. VI.

Si fuerit ſemicirculus A B C, et in ejus diametro ſumatur punctum D, et fuerit A D ipſius D C ſeſquialtera, et deſcribantur ſuper A D, D C duo ſemicirculi, et ponatur circulus E F inter tres ſemicirculos tangens eos, et educatur diameter E F in illo parallela diametro A C, reperiri debet proportio diametri A C ad diametrum E F.


Jungamus enim duas lineas A E, E B, et duas lineas C F, F B. Erunt C B, A B rectæ, uti dictum eſt in prima propoſitione. Deſcribamus etiam duas lineas F G A, E H C: oſtendeturque eſſe quoque rectas ſimiliter duas lineas D E, D F. Et jungamus D I, D L, et E M, F N, et producamus eas ad O, P. Et quia in triangulo A E D, A G eſt perpendicularis ad E D, et D I eſt quoque perpendicularis ad A E, et jam ſe mutuo ſecuerunt in M, ergo E M O erit etiam perpendicularis, quemadmodum oſtendimus in expoſitione, quam confecimus de proprietatibus triangulorum, et cujus demonſtratio jam quidem præceſſit in ſuperiori propoſitione. Similiter quoque erit F P perpendicularis ſuper C A. Et quia duo anguli, qui ſunt apud L, et B ſunt recti, erit D L parallela ipſi A B, et pariter D I ipſi C B. Igitur proportio A D



ad D C eſt ut proportio A M ad F M, immo ut proportio A O ad O P. Et proportio C D ad D A ut proportio C N ad N E, immo ut proportio C P ad P O. Et erat A D ſeſquialtera D C. Ergo A O eſt ſeſquialtera O P: et O P ſeſquialtera C P. Ergo tres lineæ A O, O P, P C ſunt proportionales: et in eadem menſura, in qua eſt P C quatuor, erit O P ſex, et A O novem, et C A novendecim. Et quia P O æqualis eſt E F, erit proportio A C ad E F ut novendecim ad ſex. Igitur reperimus dictam proportionem. Etiam ſi fuerit A D ad D C qualiſcumque, ut ſeſquitertia aut ſeſquiquarta, aut alia, erit judicium, et ratio, uti dictum eſt. Et hoc eſt quod voluimus.

P R O P. VII.


Si circulus circa quadratum deſcriptus fuerit, et alius intra illud, utique erit circumſcriptus duplus inſcripti.



Sit itaque circulus comprehendens quadratum A B, circulus A B, et inſcriptus C D, et ſit diameter quadrati A B, et eſt diameter circuli circumſcripti, et educamus C D diametrum circuli inſcripti parallelam ipſi A E, quæ eſt ei æqualis. Et quia quadratum A B duplum eſt quadrati A E, ſive D C; et proportio quadratorum ex diametris circulorum eſt eadem proportioni circuli ad circulum, igitur circulus A B duplus eſt circuli C D, et hoc eſt quod voluimus.

PROP. VIII.


Si egrediatur in circulo linea A B ubicumque, et producatur in directum, et ponatur B C æqualis ſemidiametro circuli et jungatur ex C ad centrum circuli, quod eſt D, et producatur ad E, erit arcus A E triplus arcus B F.



Educamus igitur E G parallelam ipſi A B, et jungamus D B, D G. Et quia duo anguli D E G, D G E ſunt æquales, erit angulus G D C duplus anguli D E G. Et quia angulus B D C æqualis eſt angulo B C D, et angulus C E G æqualis eſt angulo A C E, erit angulus G D C duplus anguli C D B, et totus angulus B D G triplus anguli B D C: et arcus B G æqualis arcui A E, triplus eſt arcus B F. Et hoc eſt, quod voluimus.

PROP. IX.


Si mutuo ſe ſecuerint in circulo duæ lineæ A B, C D, (ſed non in centro) ad angulos rectos, utique duo arcus A D, C B ſunt æquales duobus arcubus A C, D B.



Educamus diametrum E F parallelam ipſi A B, quæ ſecet C D bifariam in G, erit E C æqualis ipſi E D. Et quia tam arcus E D F, quam E C F eſt ſemicirculus, et arcus E D æqualis arcui E A cum arcu A D, erit arcus C F cum duobus arcubus E A, A D æqualis ſemicirculo. Et arcus E A æqualis arcui B F. Ergo arcus C B cum arcu A D æqualis eſt ſemicirculo. Et remanent duo arcus E C, E A, nempe arcus A C cum arcu D B æquales illi. Et hoc eſt quod voluimus.

PROP. X.

Si fuerit circulus A B C, et D A tangens illum, et D B ſecans illum, et D C etiam tangens, et educta fuerit C E parallela ipſi D B, et juncta fuerit E A ſecans D B in F, et educta fuerit ex F perpendicularis F G ſuper C E; utique bifariam ſecabit illam in G.



Jungamus A C, et quia D A eſt tangens, et A C ſecans circulum, erit angulus D A C æqualis angulo cadenti in alterno ſegmento A C, nempe angulo A E C. Et eſt æqualis angulo A F D, eo quod C E, B D ſunt parallelæ. Ergo anguli D A C, A F D ſunt æquales. Et in duobus triangulis D A F, A H D ſunt duo anguli A F D, H A D æquales, et angulus D communis: propterea erit rectangulum F D in D H æquale quadrato D A, immo quadrato D C. Et quia proportio F D ad

DC eſt eadem proportioni CD ad DH, et angulus D communis, erunt triangula DFC, DCH ſimilia: et angulus DFC æqualis DCH, qui æqualis eſt angulo DAH. Et hic eſt æqualis angulo AFD. Ergo duo anguli AFD, CFD ſunt æquales. Et DFC æqualis angulo FCE: et erat DEA æqualis angulo AEC. Ergo in triangulo FEC ſunt duo anguli C, F æquales; et duo anguli G recti. Et latus GF commune. Propterea erit CG æqualis ipſi GE. Ergo CE bifariam ſecatur in G. Et hoc eſt, quod voluimus.

PROP. XI.

Si mutuo ſe ſecuerint in circulo duæ lineæ AB, CD ad angulos rectos in E, quod non ſit in centro, utique omnia quadrata AE, BE, EC, ED æqualia ſunt quadrato diametri.



Educamus diametrum AF, et jungamus lineas AC, AD, CF, DB. Et quia angulus AED eſt rectus, erit æqualis angulo ACF, et angulus ADC æqualis AFC, eo quod ſunt ſuper arcum AC. Et remanent in duobus triangulis ADE, AFC duo anguli CAF, DAE æquales. Erunt pariter duo arcus CF, DB æquales: immo et duæ cordæ eorum æquales. Et duo quadrata DE, EB æquantur quadrato BD, nempe CF; et duo quadrata AE, EC æquantur quadrato CA. Et duo quadrata CF, CA æquantur quadrato FA, nempe diametri. Igitur quadrata AE, EB, CE, ED omnia ſunt æqualia quadrato diametri. Et hoc eſt quod voluimus.

PROP. XII.

Si fuerit ſemicirculus ſuper diametrum AB, et eductæ fuerint ex C duæ lineæ tangentes illum in duobus punctis D, E, et junctæ fuerint EA, DB ſe mutuo ſecantes in F, et juncta fuerit CF, et producatur ad G, erit CG perpendicularis ad AB.


Jungamus DA, EB. Et quia angulus BDA eſt rectus, erunt duo anguli DAB, DBA reliqui in triangulo DAB æquales uni recto. Et angulus AEB rectus. Igitur ſunt æquales ei. Et ponamus angulum FBE communem. Ambo anguli DAB, ABE ſunt æquales FBE, FEB, immo angulo DFE externo in FBE. Et quia CD eſt tangens circulum, et DB ſecans illum, angulus CDB æquatur angulo DAB. Et pariter angulus CEF æquatur angulo EBA. Ergo duo anguli CEF, CDF ſimul æquales ſunt angulo DFE. Et jam quidem planum ſit ex noſtro tractatu de figuris quadrilateris, quod ſi educantur inter duas lineas æquales ſibi occurrentes in aliquo puncto, uti ſunt duæ lineæ CD, CE, duæ lineæ ſe mutuo ſecantes, uti ſunt duæ lineæ DF, EF, et fuerit angulus ab illis contentus ut eſt angulus F æqualis duobus angulis, qui occurrunt duabus [lineis] ſe invicem ſecantibus, uti ſunt duo anguli E, D ſimul, erit linea egrediens a puncto concurſus ad punctum ſectionis, uti eſt linea CF æqualis cuilibet linearum ſibi occurrentium, ut CD, vel CE. Propterea erit CF æqualis ipſi CD. Ergo angulus CFD eſt æqualis angulo CDF, nempe angulo DAG. Sed angulus CFD cum angulo DFG eſt æqualis duobus rectis: ergo angulus DAG cum angulo DFG æqualis eſt duobus rectis. Et remanent in quadilatero ADFG duo anguli ADF, AGF æquales duobus rectis. Sed angulus ADB rectus eſt, ergo angulus AGC eſt rectus. Et CG perpendicularis ad AB; et hoc eſt quod voluimus.



PROP. XIII.

Si mutuo ſe ſecent duæ lineæ AB, CD in circulo, et fuerit AB diameter illius, at non CD, et educantur ex duobus punctis A, B duæ perpendiculares ad CD, quæ ſint AE, BF; utique abſcindent ex illa CF, DE æquales.

Jungamus E B, et educamus ex I, quod eſt centrum, perpendicularem I G ſuper C D, et producamus eam ad H in E B. Et quià I G eſt perpendicularis ex centro ad C D illam bifariam dividet in G: et quia I G, A E ſunt duæ perpendiculares ſuper illam, erunt parallelæ: et quia B I æqualis eſt I A, erit B H æqualis ipſi H E: et propter earum æqualitatem, et quia B F eſt parallela ipſi H G erit F G æqualis ipſi G E. Et ex G C, G D æqualibus remanent F C, E D æquales. Et hoc eſt quod voluimus.



PROP. XIV.

Si fuerit A B ſemicirculus, et ex ejus diametro A B diſſectæ ſint A C, B D æquales, et efficiantur ſuper lineas A C, C D, D B ſemicirculi; et ſit centrum duorum ſemicirculorum A B, C D punctum E, et ſit E F perpendicularis ſuper A B, et producatur ad G: utique circulus, cujus diameter eſt F G, æqualis eſt ſuperficiei contentæ a ſemicirculo majori, et a duobus ſemicirculis qui ſunt intra illum, et a ſemicirculo medio qui eſt extra illum. Et eſt figura, quam vocat Archimedes Salinon.

Quia D C bifariam ſecatur in E, et addita eſt illi C A, erunt duo quadrata D A, C A dupla duorum quadratorum D E, E A. Sed F G æqualis eſt ipſi D A. Ergo duo quadrata F G, A C dupla ſunt duorum quadratorum D E, E A. Et quia A B dupla eſt A E, et C D dupla quoque E D, erunt duo quadrata A B, D C quadrupla duorum quadratorum D E, E A, immo dupla duorum quadratorum G F, A C. Similiter etiam duo circuli, quorum diametri ſunt A B, D C dupli ſunt eorum, quorum diametri ſunt G F, A C: et dimidii eorum, quorum diametri ſunt A B, C D æquales duobus circulis, quorum diametri ſunt G F, A C. Sed circulus, cujus diameter A C, eſt æqualis duobus ſemicirculis A C, B D. Ergo ſi auferamus ex illis duos ſemicirculos A C, B D, qui ſunt communes, remanet figura contenta a quatuor ſemicirculis A B, C D, D B, A C, (quæ ea eſt, quam vocat Archimedes Salinon) æqualis circulo, cujus diameter eſt F G. Et hoc eſt quod voluimus.




PROP. XV.

Si fuerit A B ſemicirculus, et A C corda Pentagoni, et ſemiſſis arcus A C ſit A D, jungatur C D, et producatur ut cadat ſuper E, et jungatur D B, quæ ſecet C A in F, et ducatur ex F perpendicularis F G ſuper A B, erit linea E G æqualis ſemidiametro circuli.

Jungamus itaque lineam C B, et ſit centrum H, et jungamus H D, D G, et A D. Et quia angulus A B C, cujus baſis eſt latus Pentagoni, eſt duæ quintæ partes recti, quilibet duorum angulorum C B D, D B A eſt quinta pars recti. Et angulus D H A duplus eſt anguli D B H. Ergo angulus D H A eſt duæ quintæ partes recti. Et quia in duobus triangulis C B F, G B F duo anguli B ſunt æquales, et G, C recti, et latus F B commune, erit B C æquale ipſi B G. Et quia in duobus triangulis C B D, G B D duo latera C B, B G ſunt æqualia, et ſimiliter duo anguli ad B, et latus B D commune, erunt duo anguli B C D, B G D æquales. Et quilibet eorum eſt ſex quintæ partes recti, et eſt æqualis angulo D A E externo quadrilateri B A D C, quod eſt in circulo. Ergo remanet angulus D A B æqualis angulo D G A; et erit D A æqualis ipſi D G. Et quia angulus

D H G eſt duæ quintæ partes recti, et angulus D G H ſex quintæ partes recti, remanet angulus H D G duæ quintæ partes recti; et erit D G æqualis G H. Et quia A D E externus quadrilateri A D C B, quod eſt in circulo, eſt æqualis angulo C B A, et eſt duæ quintæ partes recti, et æqualis angulo G D H. Et quia in duobus triangulis E D A, H D G ſunt duo anguli E D A, H D G æquales, et pariter duo anguli D G H, D A E, et duo latera D A, D G, erit E A æquale H G. Et ponamus A G commune. Erit E G æquale A H. Et hoc eſt quod voluimus.



Et hinc patet, quod linea D E æqualis ſit ſemidiametro circuli. Quia angulus A æqualis eſt angulo D G H, ideo erit linea D H æqualis lineæ D E. Et dico quod E C dividitur media, et extrema proportione in D, et majus ſegmentum eſt D E: et hoc quia E D eſt corda hexagoni, et D C decagoni. Et hoc jam demonſtratum eſt in libro Elementorum. Et hoc eſt quod voluimus.

ARCHIMEDIS

OPERA MECHANICA,

UT CUJUSQUE MENTIO

AB ANTIQUIS SCRIPTORIBUS FACTA EST.

DE SPHÆRA ARTIFICIALI.

LACTANTIUS DIVIN. INST. LIB. 2. CAP. 5.

AN Archimedes Siculus concavo ære ſimilitudinem Mundi ac figuram potuit machinari, in quo ita Solem ac Lunam compoſuit, ut inæquales motus et cœleſtibus ſimiles converſionibus ſingulis quaſi diebus efficerent: et non modo acceſſus ſolis et receſſus, vel incrementa diminutioneſque Lunæ, verum etiam ſtellarum vel inerrantium, vel vagarum diſpares curſus orbis ille, dum vertitur, exhiberet?

Explicitius quam Cicero, Lib. 1. Tuſc. Quæſt. Cum Archimedes Lunæ, Solis, quinque errantium motus in ſphæra illigavit, effecit idem quod ille, qui in Timæo Mundum ædificavit Platonis Deus, ut tarditate et celeritate diſſimillimos motus unâ regeret converſio.

CLAUDIANUS.

Juppiter in parvo cum cerneret æthera vitro,
  Riſit, et ad Superos talia dicta dedit.
Huccine mortalis progreſſa potentia curæ?
  Jam meus in fragili luditur orbe labor.
Jura poli, rerumque fidem, legeſque Deorum
  Ecce Syracuſius tranſtulit arte Senex.
Incluſus variis famulatur ſpiritus aſtris,
  Et vivum certis motibus urget opus.
Percurrit proprium mentitus Signifer annum,
  Et ſimulata novo Cynthia menſe redit.
Jamque ſuum volvens audax induſtria mundum,
  Gaudet, et humana ſidera mente regit.
Quid falſo inſontem tonitru Salmonea miror?
  Æmula Naturæ parva reperta manus.

DE CORONA.

VITRUVIUS DE ARCHIT. LIB. 9. CAP. 3.

Archimedis vero cum multa miranda inventa et varia fuerint, ex omnibus etiam infinita ſolertia id, quod exponam, videtur eſſe expreſſum nimium. Hiero enim Syracuſis auctus regia poteſtate,

rebus bene geſtis, cum auream coronam votivam Diis immortalibus in quodam fano conſtituiſſet ponendam, immani pretio locavit faciendam, et aurum ad ſacoma appendit redemptori. Is ad tempus opus manufactum ſubtiliter Regi approbavit, et ad ſacoma pondus coronæ viſus eſt præſtitiſſe. Poſtquam indicium eſt factum, dempto auro, tantundem argenti in id coronarium opus admixtum eſſe: indignatus Hiero ſe contemptum, neque inveniens qua ratione id furtum deprehenderet, rogavit Archimedem, ut in ſe ſumeret ſibi de eo cogitationem. Tunc is cum haberet ejus rei curam, caſu venit in balneum, ibique cum in ſolium deſcenderet, animadvertit quantum corporis ſui in eo inſideret, tantum aquæ extra ſolium fluere. Itaque cum ejus rei rationem explicationis offendiſſet, non eſt moratus, ſed exiluit gaudio motus de ſolio, et nudus vadens domum verſus, ſignificabat clara voce inveniſſe quod quæreret. Nam currens identidem Græce clamabat εὕρηκα, εὕρηκα. Tum vero ex eo inventionis ingreſſu duas dicitur feciſſe maſſas æquo pondere, quo etiam fuerat corona, unam ex auro, alteram ex argento. Cum ita feciſſet, vas amplum ad ſumma labra implevit aqua, in quo demiſit argenteam maſſam. Cujus quanta magnitudo in vaſe depreſſa eſt, tantum aquæ effluxit. Ita exempta maſſa, quanto minus factum fuerat refudit ſextario menſus, ut eodem modo, quo prius fuerat, ad labra æquaretur. Ita ex eo invenit, quantum ad certum pondus argenti certa aquæ menſura reſponderet. Cum id expertus eſſet, tum auream maſſam ſimiliter pleno vaſe demiſit, et ea exempta, eadem ratione menſura addita, invenit ex aqua non tantum defluxiſſe, ſed tantum minus, quantum minus magno corpore eodem pondere auri maſſa eſſet quam argenti. Poſtea vero repleto vaſe, in eadem aqua ipſa corona demiſſa, invenit plus aquæ defluxiſſe in coronam, quam in auream eodem pondere maſſam: et ita ex eo, quod plus defluxerat aquæ in corona quam in maſſa, ratiocinatus, deprehendit argenti in auro mixtionem, et manifeſtum furtum redemptoris.

AUCTOR LIBELLI DE PONDERIBUS, ET MENSURIS, QUI PRISCIANO, VULGO TRIBUITUR.

Argentum fulvo ſi quis permiſceat auro,
Quantum id ſit, quove id poſſis deprendere pacto,
Prima Syracuſii mens prodidit alta Magiſtri.
Regem namque ferunt Siculum, quam voverat olim
Cœlicolum Regi, ex auro ſtatuiſſe coronam,
Compertoque dehinc furto (nam parte retenta,
Argenti tantundem Opifex immiſcuit auro)
Oraſſe ingenium Civis, qui mente Sagaci,
Quis modus argenti fulvo latitaret in auro
Repperit, illæſo quod Diis erat ante dicatum.
Quod te, quale ſiet, paucis adverte, docebo.
Lancibus æquatis, quibus hæc appendere mos eſt,
Argenti, atque auri, quod edax purgaverit ignis,
Impones libras, neutrum ut præponderet, haſque
Summittes in aquam, quas pura ut ceperit unda,
Portinus inclinat pars hæc, quæ ſuſtinet aurum:
Denſius hoc namque eſt ſimilari craſſius unda:
At tu ſiſte jugum, mediique e cardine centri
Intervalla nota, quantum diſcerpſerit illinc,
Quotque notis diſtet ſuſpenſo pondere filum.
Fac drachmis diſtare tribus. Cognovimus ergo
Argenti atque auri diſcrimina: denique libram
Libra tribus drachmis ſuperat, quum mergitur unda.
Sume dehinc aurum, cui pars argentea mixta eſt.
Argentique meri par pondus, itemque ſub unda
Lancibus impoſitum ſpecta; propenſior auri
Materies ſubſiſtet enim, furtumque docebit.
Nam ſi ter ſenis ſuperabitur altera drachmis
Sex ſolas libras auri dicemus ineſſe;
Argenti reliquum, quia nil in pondere differt
Argentum argento, liquidis quum mergitur undis.

DE ORGANO HYDRAULICO.

TERTULLIANUS LIB. DE ANIMA CAP. 14.

Specta portentoſiſſimam Archimedis munificentiam, organum hydraulicum dico, tot membra, tot partes, tot compagines, tot itinera vocum, tot compendia ſonorum, tot commercia modorum, tot acies tibiarum, et una moles erunt omnia.

DE MACHINIS AERE ET AQUA MOVENTIBUS.

JOANNES TZETZES CHIL. 2. HIST. 35.

—— Μέμνηνται πολλοὶ τοῦ Ἀρχιμήδους.
Ἀνθέμιος μὲν πρώτιστον, ὁ παραδοξογράφος.
Ἥρων, καὶ Φίλων, πάππος τὲ καὶ παῖς μηχανογράφος,
Ἐξ ὧνπερ ἀνεγνώκημεν κατοπτρικὰς ἐξάψεις,
Καὶ πᾶσαν ἄλλην μάθησιν τῶν μηχανικωτάτων,
Βαρουλκὸν, πνευματικὴν, τὰς ὑδροσκοπικάς τε,
Κἀκ τούτου δὲ τοῦ γέροντος τῶν βίβλων Ἀρχιμήδους.

—— Multi meminerunt Archimedis.
Anthemios quidem in primis, qui paradoxa ſcripſit:
Heron, et Philon, avuſque et filius machinarum ſcriptor,
Ex quibus legimus et ſpeculares incenſiones, [ſpectantium,
Omnemque aliam diſciplinam rerum præcipue ad machinas
Ponderum tractricem, ſpiritalem, aquarumque ſpecimina,
Idque ex ſenis hujuſce libris Archimedis.

DE COCHLEA.

DIODORUS BIBL. LIB. I.

Ἡ δὲ νῆσος αὕτη πολλαῖς διώρυξι χειροποιήτοις διειλημμένη, καὶ χώραν περιέχει καλλίστην τῆς Αἰγύπτου. Ποταμόχωστος γάρ ἐστι καὶ κατάῤῥυτος πολλοὺς καὶ παντοδαποὺς ἐκφέρει καρποὺς, τοῦ μὲν ποταμοῦ διὰ τὴν κατ᾽ ἔτος ἀνάβασιν νεαρὰν ἰλὺν ἀεὶ καταχέοντος, τῶν δ᾽ ἀνθρώπων ῥᾳδίως ἅπασαν ἀρδευόντων διά τινος μηχανῆς, ἣν ἐπενόησε μὲν Ἀρχιμήδης ὁ Συρακούσιος, ὀνομάζεται δὲ ἀπὸ τοῦ σχήματος κοχλίας.

Ipſa autem inſula pluribus foſſis manufactis dirimitur, et fœcundiſſimam Ægypti regionem ambit. Cum enim limoſa ſit et irrigua, varii generis fructus affatim gignit; exundante quotannis ipſo flumine, novumque limum inferente, atque incolis totam facile irrigantibus inſtrumenti cujuſdem ope, quod Archimedes Syracuſanus excogitavit, et a figuræ ſimilitudine cochlea vocatur.

IDEM. LIB. 5.

Καὶ τὸ πάντων παραδοξότατον, ἀπαρύτουσι γὰρ τὰς ῥύσεις τῶν ὑδάτων τοῖς Αἰγυπτιακοῖς λεγομένοις κοχλίαις, οὓς Ἀρχιμήδης ὁ Συρακούσιος εὗρεν, ὅτε παρέβαλεν εἰς Αἴγυπτον. Διὰ δὲ τούτων συνεχῶς ἐκ διαδοχῆς παραδιδόντες μέχρι τοῦ στομίου τὸν τῶν μετάλλων τόπον ἀναξηραίνουσι, καὶ κατασκευάζουσιν εὔθετον τὴν πρὸς τὰς ἐργασίας πραγματείαν. Φιλοτέχνου δ᾽ ὄντος τοῦ ὀργάνου καθ᾽ ὑπερβολὴν, διὰ τῆς τυχούσης ἐργασίας ἄπλετον ὕδωρ ἀναῤῥιπτεῖται παραδόξως, καὶ πᾶν τὸ ποτάμιον ῥεῦμα ῥᾳδίως ἐκ βυθοῦ πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν ἐκχεῖται. Θαυμάσαι δ᾽ ἄν τις εἰκότως τοῦ τεχνίτου τὴν ἐπίνοιαν, οὐ μόνον ἐν τούτοις, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς καὶ μείζοσι, διαβεβοημένοις κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην· περὶ ὧν τὰ κατὰ μέρος, ὅταν ἐπὶ τὴν Ἀρχιμήδους ἡλικίαν ἔλθωμεν, ἀκριβῶς διέξιμεν.

Et quod omnium mirabiliſſimum videri debet, fluentes aquas cochleis, quæ Ægyptiæ vocantur, exhauriunt, quas Archimedes Syracuſanus invenit, cum in Ægyptum ſe contulit. Harum autem ope aquam continua vice ad os uſque attollentes fodinæ locum exſiccant, operique faciendo idoneum reddunt. Porro hoc inſtrumentum cum ingenioſiſſimum ſit, minimo labore ingens aquæ vis, ſupra quam cuique credibile eſt, attollitur, et quidquid influxerit ab imo ad ſummum effunditur. Quocirca jure optimo quis miretur Artificis ingenium; neque modo in hiſce cochleis, ſed in aliis etiam pluribus, et quidem majoribus, quæ toto terrarum orbe celebrantur. Quæ ſingula, cum ad Archimedis ætatem pervenerimus, diligenter perſequemur.

MOSCHION APUD ATHENÆUM DEIPNOSOPH. LIB. 5.

Ἡ δὲ ἀντλία, καίπερ βάθος ὑπερβάλλον ἔχουσα, δι᾽ ἑνὸς ἀνδρὸς ἐξηντλεῖτο διὰ κοχλίου, Ἀρχιμήδους εὑρόντος.

Sentina autem, licet profundiſſima eſſet, ope cochleæ, quam Archimedes invenit, ab uno homine exhauriebatur.

DE HELICE.

MOSCHION APUD ATHENÆUM DEIPNOSOPH. LIB. 5.

Quæ igitur pars (navis) abſoluta eſſet, hanc juſſit in mare deduci, ut ibi pars reliqua perficeretur. Cum autem in ea deducenda multum difficultatis eſſet, unus machinator Archimedes haud magna mole deduxit. Conſtructa enim helice tantam navim ad mare tranſvexit. Itaque primus Archimedes helicis conſtruendæ rationem invenit.

Τοῦτο μὲν οὖν τὸ μέρος εἰς τὴν θάλασσαν καθέλκειν προσετετάκτο, τὴν λοιπὴν κατασκευὴν ἵν' ἐκεῖ λαμβάνῃ. Ὡς δὲ περὶ τὸν καθελκυσμὸν αὐτοῦ τὸν εἰς τὴν θάλασσαν πολλὴ ζήτησις ἦν, Ἀρχιμήδης ὁ μηχανικὸς μόνος αὐτὸ κατήγαγε δι' ὀλίγων σωμάτων. Κατασκευάσας γὰρ ἕλικα, τὸ τηλικοῦτον σκάφος εἰς τὴν θάλασσαν κατήγαγε. Πρῶτος δ' Ἀρχιμήδης εὗρε τὴν τῆς ἕλικος κατασκευήν.

DE LOCULO.

AT. FORTUNATIANUS IN ARTE METRICA.

